Natabus.

Equabus

Libertabus

Epitome capitis Secundi.

CA SVPIno ſecūdæ cōiugationis in itū & ctū ſiūt uerbalia nō in itio aut in ctio: ſed in Atio q̄ſi à regulari ſupino: ſed à ſectū fit frequētius ſectio q̄ ſecatio à lotū fit lotio, à potum fit potio, à iutū non iutio, licet iutor & adiutor: ſed à iuuatū iuuatio. Adde à Cornelio tñ celſo frequēter frictio ſi fricatio dici. Cōſilr q̄ſi à ſupinis pfectis legunť ſonaturus ꝓ ſoniturus, ꝓſtaturus & cōſtaturus, ꝓ ꝓſtiturus & cōſtiturus: unde & præſtatio naſci potuit. Quinetiā quæcūq; ul in prima nō habēt olim tertiæ fuiſſe uoſūt & primæ ideoq; uerbalia quædā à prima, quædā à tertia deducta in uſu eſſe. Celſus lib. 3. c. 9. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidetur. Hora. ſer. i. Atq; os magna ſonaturū Lucañ. Conſtatura fides ſupeꝝ &c. ſector autem dici ſolet accuſator: qui ex damnatione accuſati dimidium bonorum illius expectat.

ASCEN.

Frictio.

Cur ab itum fiat atio. Cap. ii.

NOmina, quæ ueniūt à uerbis primæ cōiugationis, poſitionē ſupini habentibus in itum, uel in ctum: ꝓter cæteroꝝ uerboꝝ legē exeunt in atio: non in itio, nec in ctio. Veto, uetui, uetitum: inde uetatio, nō uetitio: præſto, ꝓſtiti, ꝓſtitum, præſtatio, nō ꝓſtitio: cubo, cubui, cubitū, cubatio, nō cubitio: domitū, domatio, nō domitio: ſonitū,

Verbalia in atio a uerboꝝ primæ cōiugationis ſupinis in itū: ictūq;.

Vetatio.

Præſtatio

Cubatio.

Domatio

Sonatio. Crepatio. Tonatio. Fricatio. Sectio. Seccatio. Lauo. Poto.

ſonatio, nõ ſonitio: crepitũ, crepatio, nõ crepitio: tonitũ, tonatio, nõ tonitio: licet dicamus ſonitus, crepitus, tonitus, nõ ſonatus, crepatus, tonatus: frictũ, fricatio, nõ frictio: & ita in cæteris. ſectio tñ crebrius reperit̃ q̃ ſecatio. Lauo, & poto, nõ hñt ſupina, neq; i atũ neq; i itũ, neq; i ctũ, ſed in otũ: ideo formãt noĩa ſua lotio, & potio: unde ſunt lotor, & potor, noĩa uerbalia: & lõtiũ pro urina, prima tamẽ breui, nõ lõga. aliquãdo reperit̃ lauatũ, & potatũ: unde ſunt lauatio, & potatio, lauatorq;, & potator. Iuuo, iuui, iutũ, neq; in hũc, neq; i illũ format modũ, ſuũ deriuatiuũ: cæterũ ex alio ſupino iuuatũ, facit iuuatio. ab illo fit iutor, ſeu potius adiutor. Ex cæteris aũt pauca ſunt noĩa uerbalia ĩ or: ut domitor, & nõ domator: & ſector: qui ſignificat eum accuſatorẽ, qui ex dãnatione accuſati dimidium bonorũ expectat illius, aut certe aliquam partem.

¶ Epitome capitis Tertii.

ASCEN. ¶ LVDIcrus a um aut ludicer ſecundæ non tertiæ declinationis cenſebitur. unde artem ludricam & ludrica præmia legimus, & ludricum ſubſtantiue ſumptum.

¶ Ars ludiera. Cap. iii.

LVdiera, inquit Priſcianus, & non ludicria, ab hoc ludieri dicimus. Virg. in duodecimo. Neq; eni leuia, aut ludicra petunt̃ Premia. Per qđ uult ludicra tertiæ declinationis: cũ cõtra, notũ ſit ſecundæ eſſe: ut in lege illa frequẽter repetita. Qui artẽ ludicrã exercuit: in quattuordecim primis ordinibus ne ſedeat. Ars ludicra eſt ars hiſtrionica, & ſcænica: &(ut ſentio) quicquid noĩe ludicri itelligit̃. nã ludicrũ, qđ eſt ſubſtãtiuũ: nõ modo ludus hiſtriõicus eſt, & ſcænicus: ſed qđcũq; luſoriũ opus, ac ioculare, etiam ludi publici.

Ludicra ars qd ſit. Ludicrũ oẽ opus luſorium.

¶ Epitome capitis Quarti.

ASCEN. ¶ FICVS tã pro fructu q̃ pro arbore & ſecũdæ & q̃rtæ eſt inflexionis, & tam maſculinum q̃ fœmininum: ſed pro fructu dum ſecundæ potius eſt maſculinum. ſicut & pro morbo uolunt ſemper maſculinũ & ſecundæ. Neq; ficulnea p arbore: ſed ficulnus a um p materiato mere latine dicetur.

Ficus morbũ ſignificat.

¶ Pro fructu quartæ & fœmi. Macrobi. in Satur. Ficus aridę &c. Iuue. Si uis altã decerpere ficũ Pro fructu ſecundæ & maſculinũ. Macro. Groſſi appellant̃ fici: q nõ matureſcũt, & Pli. li. xvi. Fici mirabiles ſunt & abortiui: q nunq̃ matureſcũt pro arbore ſcdæ & fœmi. Pli. lib. eodẽ. Quidã breuitate radicũ ſeneſcere celerius arbores putãt. coarguũt fici: quarũ radices lõgiſſimę ſunt, & ſenectus ocyſſima. Pro arbore quartę: ſed ſemper fœmininũ. ut Suſpẽdit ſe de ficu &c. qđ pprie. dixit quaſi deorſum: ſic Aenei. iii. Solamẽq; mali de collo fiſtula pẽdet. Vt aũt qđ ſentio dicã: ficus pro morbo & fructu pprio maſ. eſt, & ſcdæ: ſed pro fructu ẽt quartæ pp arboris affinitatẽ reperit̃ · p arbore aũt fœmi: ſed pro coincidentia cũ fructu tã ſcdæ q̃ q̃rtæ. Galeotus Narnieñ. fruſtra contendit ficũ nuſq̃ maſ. gñis reperiri. Et Calepinus aſſerit ficũ pro morbo quartæ eſſe & maſ. citans Martialẽ ſic dicentẽ. Ficus Ceciliane tuos. Valla aũt legens ficos inauditũ dicit dũ quartæ eſt maſculinum reperiri: Idẽ Calepinus docet. Ambro. & Hierony. ficulnea pro ficu uſos. Certum autem eſt ficulneus ficulnea ficulneum · pro ficulnus ficulna ficulnum reperiri.

¶ De ficu. Cap. iiii.

FIcus, idem inquit etiam, uitium corporis, quartæ eſt. Martialis in quinto epigrãmatum. Cum dixi ficus: rides quaſi barbara uerba: Et dici ficos Ceciliane iubes. Dicemus ficus: quas ſcimus in arbore naſci: Dicemus ficus Ceciliane tuos. Ex quo oſtendit, & uitium, & fructum quartæ eſſe declinationis: genere aũt differre. Ego uero reperio ancipitẽ apud Martialẽ ſcripturam: & frequẽtius ſic: ut & ipſe puto ſcribẽdum. cum dixi ficos: rides quaſi barbara uerba: Et dici ficus Cæciliane iubes. Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci: Dicemus ficos Cæciliane tuos. Ante oĩa, cur ille riſiſſet Martialẽq; diceret ficus? an nõ reperit̃ ſic⁹ ſaltem pro arbore, atq; etiã pro fructu in numero ſingulari? Non hoc ergo ille ridebat. Quid ergo? quod gñe abuteret̃? ne hoc qdem. quippe cum dico ficus: quo gñe utar nemo intelligit. certe ridebat: quod alia declinatione uteret̃: q̃ ea, qua debebat: ut ex ſecũdo uerſu, in quo eſt mutata declinatio, apparet. Quod ſi igit̃ Cæcilianus de declinatione aiebat, nõ de gñe: debuerat Martialis ad declinationẽ, nõ ad genus reſpõdere: ut eſt putandum, atq; adeo neceſſe eum reſpõdiſſe. ſi qdem, ut oſtẽdi, ille rephenderat qđ hic ficos diceret, nõ ficus. quæ reprehenſio ſi uera eſt, ut Priſciano uidet̃: qui uult ficus magis eſſe quartæ: q̃ tãdem modeſtia poetæ fuiſſet: eum, qui recte admoneat: tam execrabili, etiã uero crimine inceſſere? ergo cõuinxit accuſationẽ Impitiam cum accuſatione flagitii per iocum, & dicacitatẽ: ut moris ſui eſt: q ille adeo ſtolidum, nõ ſolum neq̃ eſſet: ut negaret ficos reperiri: quos ſemp ſecum, & qdem cum dolore geſtaret. quod minime mirũ eſt reperiri: cum pro fructu, ad cuius ſimilitudinem morbus appellatus eſt: in ſecũda declinatione, &(ut opinor) in gñe maſculino nõ modo apud poetas, ſed apud oratores quoq; approbatiſſimos reperiat̃. ut Horatius à piguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Et Plinius ad octauium Ruffum. Quæ nũc cum ficis, & boletis certamẽ nondũ habẽt. Et Cicero de ſenectute. Ex tãtulo grano fici. Quidã grãmaticorum recẽtium, ideſt imperitorũ, aiũt pro fructu quartæ, pro arbore ſecundæ eſſe declinatonis: cum pro arbore ſit ſæpius quartæ. ut idem de oratore. Vxorẽ ſuam ſuſpẽdiſſe ſe de ficu. Secũdæ aũt: ut apud Iuuenalẽ. Ad quæ diſcutienda ualẽt ſterilis mala robora fici. Macrobius & ipſe in ſcđa declinatione ſemp fere utit̃ & plurimos ueterũ oſtẽdit uſos. Priſcianus uero uult pro fructu, & morbo quartæ eẽ: & hoc

Ficus pro morbo & fructu qd differant.

auctoritate Martialis. Neq; ego inficior:ultimum illum Martialis uerſum poſſe ſic legi: ut recitat Priſcianus : ſed id magis ioco, q̃ ſerio à poeta accipiamus eſſe dictũ. Nec enĩ ſe ipſum, qđ ficos dixiſſet, ſed illius & nequitiã, & impitiã reprehẽdere uoluit, nõ ignorãs: ficos & latine, & uſitate dici. Nec uero Priſciano faciẽdũ fuit: ut unum Martialẽ ſequeret: immo Cæcilianum neſcio quem, ut flagitioſum hoiem, ſic ineruditum in eo præſertim loco: ubi iocabat poeta: nec ſuam ſniam aperiebat: & tacite negabat: quod affirmare uidebat. Nam nequaq̃ dixiſſet ficus quartæ eſſe declinatiõis, & generis maſculini: quod inauditũ eſt: nec differentiam poſuiſſet generis inter morbum, & fructũ: cum hoc ab illo dicat. Quidã eccl'aſtici aiunt pro arbore ficulnea: ut ibi. Reſpicite ficulneam, & cæteras arbores. qđ nuſquã alibi, ſi memoria nõ excidit: mihi reptũ eſt. ſed adiectiuũ Ficulnus, ficulna, ficulnũ ꝑ materiato ex illa arbore: ut à populus populnus, populna, populnũ, & à corylus colurnus, colurna, colurnũ, & ab abies abiegnus, abiegna, abiegnum, ab illice illignus.

Epitome capitis Quinti.

SCEN. IN VLVS finita ſi iuxta diminutiuoꝝ formã rite formãtur uera ſunt diminutiua cenſenda: ſin minus nequaq̃. Sicut nec & hæc quæ rite formari uident: cuniculus, munuſculus: aliquãdo pediculus, cuculus, cicercula, nouacula, lenticula, acicula, uernaculus, ridiculus, anniculus. Et neutra plurima: ut umbraculum, tabernaculum &c. Curriculum & cætera ab auctore enumerata & eorum ſimilia.

Tria neceſſaria ad formationẽ diminutiuorum. VT autẽ rite formẽt diminutiua tria ſunt neceſſaria: Primũ eſt ut genus primitiui ſeruent. Secũdum ut ſignificationẽ cũ acceſſione diminutionis. Tertiũ ut formã. Genus ſeruãt hic piſciculus, hæc auricula, hoc uaſculũ à primitiuo hic piſcis, hæc auis, hoc uas. Genus aũt nõ ſeruant. Puluiſculum à puluere: ranunculus à rana: curriculum à curru: conuenticula à conuentu, bacillũ à baculus: ſed & baculũ legit, terebellum à terebra. Et plurima græca: ut elegidium ab elegia, epiſtoliũ ab epiſtola: quæ tamẽ quia in ſignificatione conueniunt diminutiua ſunt. Cõtra anguilla ab angue, ungula ab ungue, auricula ab aure, mentula à mẽto: aut mente & ſimilia ſignificatione diſſentienda diminutiua non ſunt. Sic nec anniculus eo ꝙ rebus quadrat diminutionem nõ recipit: ut anniculũ uinũ. Contra bimulus diminutiuũ eſt: quia nõ dat niſi diminutis. Nec diminutiuũ ꝓprie eſt auunculus: qa non eſt paruus auus: & cætera in textu declarata. Formatio eorũ in ulus fere eſt hæc. Oĩa primæ & ſecũdæ decli. mutãt ultimã uocalem in ulus, niſi exeant in ius: aut in ia: aut in iũ, uel eus. a um: quia hæc olus. la lum faciunt: ut fergiolus fergiola fergiolum, urceolus &c. Itẽ niſi exeãt in er, aut ra, aut rũ: in lus, & nus: qa ea faciunt ellus a um: ut dicemus ſequẽti capite. Pãnus tamen pãniculus facit. ramus ramuſculus &c. Exẽpla igitur ſunt paruus a um: paruulus a um, ſeruus ſeruulus, ſilua ſiluula. Itẽ in culus a um exeuntia formantur a nominatiuo neutri generis in us, & in or tertiæ decli. addendo culũ, & à monoſyllabis in as, & os à quolibet nominatiuo tertiæ decli. in er, & in e: quãdoq; & in is, & ſæpe in us. Quare autẽ us, & u: in culus aut lũ uertunt: ſed a domo domuncula. Itẽ in x, aut r deſinentia, aut polliſyllaba in us ſæpe mutant e ablti in ulus. Quintæ autẽ addunt cula ablto. Sed tertiæ in o uertunt in onculus aut oncula. Exẽpla ſunt de neutro in us & in or: ut, maiuſculus la lũ pluſculũ & ab omni cõparatiuo thus thuſculũ rus ruſculũ. Sus autẽ ſucula facit, & uetus uetulus la lũ.

lepus itẽ lepuſculus, cor corculum, corpus corpuſculum. De monoſyllabis in as & in os: ut maſculus, uaſculus, floſculus &c. de nominatiuo in er: ut pauperculus la lũ, fraterculus, paterculus: ſic ſororcula: uxorcula. In e: ut reticulũ à rete. In is: ut uermiculus, molliculus: deponunt enim s: ſed lapis facit lapillus. In us poliſyllaba: ut ſerpens ſerpentulus, adoleſcẽs adoleſcẽtulus. Dico poliſyllaba: quia à fons fit fonticulus, mons monticulus. Quintæ ut recula, plebecula, fidecula. De in o: ut homũculus: ſed & homulus & homullus reperitur, latrunculus, uirguncula &c. Meminerimus autẽ nõ certam eſſe legem: quocirca peritorum exempla nobis inſpicienda ſunt.

Diminutiui diffinitio & inuentionis cauſa. Diminutiuũ autem auctore Priſ. eſt ꝙ diminutionem ſui primitiui abſolute ſignificat: inuentumq; eſt aut neceſſitate, ut regulus, aut modeſtiæ gratia: ut ingeniolum, opuſculũ, munuſculum nr̃m', aut blandiendi adulandi ue ratione: ut corculum, ſuauiolum, animalia, & multa alia apud Plau. ꝓcipue dico neceſſitatis gratia: quia nullum eſt aliud uocabulũ: quo illi magiſtratus in regno ſignificentur: quales ſunt quos ꝑes Frãcie dicunt. non enim reges ſunt: ſed tñ reguli. Dico modeſtiæ ꝓpter diminutionẽ, dico adulandi aut blandiendi gratia: quia iminuta ferè cultiora, & lepidiora eſſe ſolent: pluſq; placere: ut infantes q̃ ſenes. Auunculus minus rite formatur: qa ab auus fieret auulus: nec eſt (ut dixi) paruus auus: ſed frater mr̃is, ſicut patruus frater pr̃is. Cuniculus eſt animal de genere leporino a cuneo nomẽ deductũ: unde & cuniculus paruus cuneus uerũ diminutiuũ. Dicitur etiam cuniculus: uel (ut Feſtus uult) hoc cuniculum foramẽ ſub terra occultum: muſculus interdum diminutiuum eſt muris & rite formatur: ut apud Plĩ. De tut gente Nilo muſculi reperiunt. Interdum ſignificat articulum in quo neruorũ capita ſunt. Interdum machinam bellicam, interdũ piſciculum quo duce balena utitur, & ſic diminutiuum non eſt. Vernaculus nõ eſt diminutiuum: ſed denominatiuum, & quaſi poſſeſſiuum. Diminutiuum autem eſt uernula etiam cõis generis. Alioquin uernulus dicendum ſit pro maſculo.

PETrus de FON. Diminutiua unde dicta. DIMINVtiua ex eo dicuntur nomina: quia paucitatẽ ſignificationis rerum ſignificatarum exercent. ut ipſe Quin. lib. i. his uerbis: Ante placet latinam rationem ſequi: quodq; patitur decor: neq; enim dixerim Calypſonem ut Iunonem: quanq̃ ſecuturus antiquos & præcipue Cæſar hanc rationẽ diminutiuorum ſequitur.

De Dimminutiuis in ulus. Cap. v.

DImminutiua exeuntia in talẽ uocem, qualis eſt piſciculus: ſi rite formẽtur: uera ſunt diminutiua: ut piſciculus, uermiculus, paſſerculus, fraterculus, ſecuricula, lucubratiũcula, uirgũcula, ſororcula, munuſculum, corpuſculum, mendaciunculum, pluſculum. ſin minus rite forment diminutiua nõ ſunt. Auunculus, cuniculus, muſculus, qñ non eſt paruus mus: pediculus: uel, ut alii uolunt, pedunculus: & penultima lõga, cuculus, cicercula, nomen leguminis, nouacula, culter raſorius, lẽticula, uaſculi genus. Seruius tamẽ ſup Donatũ ait. Acus, acicula. acus enĩ dicit: qua ueſtes ſartiuntur, acicula: qua mulieres utunt ad ornatum capitis. Alia maſculina, aut fœminina nõ occurunt. Adiectiua tria: anniculus, ridiculus, uernaculus: anniculus puer, annicula puella, anniculum iumentum: hoc eſt, unius anni: ſicut bimus, bima, bimum: duoꝝ annorũ: trimus, trima, trimũ: trium annoꝝ: quadrimus, q̃drima, quadrimũ: q̃ttuor annorũ: & non amplius. nec de aĩalibus modo: ſed de inanima-

Lucubratiuncula. Mẽdatiuſculum. pediculus Pediũculus. Cicerculã leguminis nomẽ Nouacula culter raſorius. Lenticula uaſculi genus.

Annicul⁹ Bimulus. Trimulus Quadrimulus.

tiſ: ut anniculū uinū: bimum oleum. De pueris tamē magis loqmur p dimminutiuū: bimulus, trimulus, q̄drimulus: qa intra hos annos adhuc parui ſunt. Similiter de his, in quæ hæc ratio locum habet. diſſimiliter, inqbus nō habet: Ridiculus homo, ridicula res, ridiculū caput: id eſt deridēdū. Eſt ſæpe etiā neutrū: ſignificatq; plerūq; ſermonē riſus potius, quā deriſus excitantem.

Ridiculus Ridicula. Ridiculū.

Vernaculus, la, lū: quod eſt domi noſtræ, uel in noſtra patria natum: ut lingua uernacula: quod uulgo dicūt lingua materna: dictū à uerna: qui eſt ſeruus domi noſtræ natus. i. ex noſtra ancilla. prætereа neutra multa ſūt: umbraculū, habitaculū, cœnaculū, crepuſculū, geniculum crepitaculū, uinculū, amiculū, pro amictus genere, quodā, ferè pallio, curriculū pro curſu, & pro loco, in quo certamē currēdi exercet̃: nōnunquā ēt pro curru. Vt Curtius li. viii. Alioꝝ turbati equi nō in uoragines mō, lacunaſq;, ſed ēt in amnē præcipitauere curricula. Cubiculū: quod certe à cubili nō uenit: cū intra cubiculū cubile ſit: & eius diminutiuū foret cubiliculū. Puluis & ſignificatione, & formatione legitima dimminutiuū facit: ſed genus mutat apud Hieronymū: ut uile puluiſculū. maſculine tamē poſuit Apuleius in quodā ſuo carmine: de quo memini in apologia de magia. Miſi, ut petiſti, mūditias dētiū Nitelas oris, ex arabicis frugibus Tenuē, candificū nobilē puluiſculū, Cōplanatorē tumidulæ gingiuulæ, Sarritorē pridianæ reliqæ: Neq̄ uiſat̃ tetra labes ſordiū: Reſtrictis forte ſi labellis riſeris. Cōuētus quoq; facit cōuenticulū. Cicero pro Sextio. Tamen cōuēticula hoīum quæ ciuitates nominauerūt.

uernacul⁹ Vernacula lingua qd ſit. Vmbraculum. Habitaculum. Cœnaculū Crepuſculum. Geniculū. Crepitaculum. Viculum. Amiculū. Curriculum. Cubiculū Puluis. Puluiſculum. Puluiſculus Conuenticulum.

Baculus nō terminat diminutiuū in hac uoce: qa ſua talis eſt: tamē neutrum lꝫ bacillum. Cicero ſcdo de finibus. Bacillum aliud inflexū: aliud ita natum. Reperit̃ tñ primitiuum, & in neutro apd̄ Ouidium li. xv. Eſſe ſolet, baculumq; tenēs agreſte ſiniſtra. Ne terebra qdem huius uocis eſt: tamē gignit diminutiuum terrebellum, nō terrebellam. Auricula uero rite formatur: ſed ſignificatione diſſentit. nāq; cartilago illa eſt circa aurium concauitatē: nō autē parua auris. Mētula quoq;: quæ nō paruā mentem ſignificat: ſed uirilia. Fidiculæ pro īſtrumēto torquēdi. qđ an rite formet̃, nūc uideamus. Nā fidis, inqt Priſcianus, facit fidicula. Nā ſi eēt fides in hac ſignificatione: qūo Seruio placet: nō fidicula feciſſet: ſed fidecula. Auidius Seruiū Priſcianus carpſit: utpote unā rē nō uno in loco rephendēs, cæteꝝ ipſe fallit̃: nō Seruius. Nam nec fidis, quēadmodū ueteꝝ auctoritas tradit: ſed fides dicit̃: & ſi fides dicat̃: fidiculā potius, quàm fideculā analogia exigit. de auctoritate. ſatiſfecerit F. Pōpeius, ita ſcribēs. Fides gen⁹ citharæ dictæ: qđ tātum inter ſe chordæ eius, quātum inter hoīes fides cōcordet. Analogiæ quoq; rō fidicula exigit à fides: ſicut ędicula ab ædes, ſedicula à ſedes, cædicula à cædes, non Cædecula, ſedecula, cædecula: ſicut apes, de quo ſolo noīe facit ille mētionē: apicula facit, non apecula. & ſi quādo apis in nominatiuo reperiat̃: ut ille ait ueluti eſt apd̄ Ouidium i. xiii. Nō apis inde tulit collectos ſedula flores: hoc perquāraꝝ eſt: & analogia apes potius, quam apis defendit: qa à pede cōpoſitum, ac deriuatum putat̃. Deniq; fidis in noīatiuo inauditum eſt. ergo fides dicēdum eſt: cuius diminutiuum fidicula: uel parua cithara, uel cordula. in plurali tortorium (ut dixi) inſtrumētum, ex duob⁹ (ut reor) obliquatis lignis cōpactum: uel ab extorquēda fide, ac ueritate: uel à neruis funib⁹, uinculiſq;: quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur.

Bacillum Terrebellum. Auricula. Mentula. Fidiculæ. fides Aedicula Sedicula Cædicula Apicula Apes potius q̄ Apicula. Fides tortorium. Cithara cordula

ℭ Epitome capitis Sexti.

ℭ IN ELLVS la lū dimi. ueniūt à noſbus ſcdæ decli. in er ra. aut rū deſinētibus, & nōnunq̄ à lus, & nus. Vñ naſcitur pauca illus illa illū: ut tener a um. tenellus la um. libra libella ſicut liber libellus: flagrū flagellū, oculus ocellus, catulus catellus, geminus gemellus, bonus bellus. Palus āt paxillus. Talus taxillus, mala maxilla, ala axilla, uinū uillum, unus ullus &c. Cicero tñ ut inqt Mācinellus de oratore ad Brutū: inuit ab axilla alā, & à maxilla malā: nō econuerſo formata: dicit. n. ita: Quinetiā uerba ſæpe ꝯtrahunt̃ nō uſus cā. ſed auriū: qūo eni ueſter axilla ala factus eſt: niſi fuga literæ uaſtioris? Quā lrām ēt è maxillis, & axillis, & uexillo, & paxillo cōſuetudo elegās latini ſermonis euellit.. Hæc ille. Veꝝ qa ut Ser. ꝑcipit deriuatiuū dēt eſſe aut maius, aut par principali & rariſſime minus uerò ſimilius eſt in illius eē deriuata. ſed Cicero. mēs mihi uī ex cōſuetudine frequēter diminutiuis utente ꝑpter uaſtitatē literæ x eam factam q̄ principalibus utat̃. Dico itēꝝ ꝙ latini ferè uterent̃ his diminutiuis axilla, uexillū, paxillus, maxilla, uenuſtioris ſermonis amatores pp uaſtitatē literæ x dimiſſis diminutiuis uti cœperūt principalibus, & ita non amplius axilla &c. ſed ala, uelū, palus: mala in uſu erant. Vnde auctor cōtra Raudenſem docet ſm Ciceronem in de oratore dimi. ab ala & mala eſſe axilla & maxilla: addit Mancinellus, Catullus aūt à mala malula diminutiuū fecit, ait nāq;: Mœſta neq; aſſidua tabeſcere malula fletu Ceſſaret: triſtiq; imbre madere genæ. Verum (ut dixi) de horum formatione nō pōt certa lex dari: unde ſæpe multiplex reperit̃ formatio.

ASCE[NSIUS] Malulæ

ℭ De dimminutiuis in er. Capi. vi.

AD hunc locum pertinet, quod nunc ſubiiciemus: nomina tertiæ declinationis exeūtia in er, ſiue maſculina, ſiue fœminina, ſiue cōmunia, hmōi uocem dimminutiuorum ſortiri: ut pater paterculus, frater fraterculus, mater matercula: cuius quaſi ſimilis ſoror facit ſororcula: & cicercula à cicer, tanquā fœminino: pauper, pauperculus, paupercula: quæ ſunt ſecūdæ declinatiōis: tā adiectiua, quā ſubſtātiua faciūt dimminutiuū in ellus maſculina, in ella fœminina, in ellū neu-

Paſculus Fraterculus Maſcula. ſororcula Cicercula

Cultellus. Libellus. Puellus. Magistellus. Tenellus. Misellus. Sacellus.

tra: culter cultellus, liber libellus, puer puellus: magiſter magiſtellus, tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum, miſer miſera miſerꝝ, miſellus miſella miſellũ, ſacer ſacra ſacrũ, ſacellus ſacella ſacellũ. unde hoc ſacellum pro templo modico. Hinc factũ eſt: ut fœminina quoq; ſubſtantiuorꝝ eodem modo, quo adiectiuorꝝ, facerent diminutiua: caper capra capella, puer puera puella, liber libra libella: licet multo aliud libra, quã liber ſignificet. Hæc dimminutiua in ellus, ella, exeunt. Sũt quædã in illus, illa. inter ea autẽ priora Priſcianus ponit ala: uultque facere diminutiuũ axe illa. Cicero tamẽ inter poſteriora. duo enim maſculina, totidemq; fœminina donat hoc genere terminationis: palus paxillus, tallus taxillus, malla maxilla, alla axilla. Sũt tamen alia in hãc uocem exeuntia.

Capella. Puella. Libella. Paxillus. Taxillus. Maxilla. Axilla.

Epitome capitis ſeptimi.

ASCEN. In aſter.

¶ IN ASTER finita imitationem potius q̃ diminutionem cõnotant, præter duo hæc: recaluaſter & ſurdaſter.

¶ Verum imitatio quãdam perfectionis diminutionem habet. unde per contemptum dici ſolẽt paraſitaſter, poetaſter, philoſophaſter.

¶ De dimminutiuis in aſter. Cap. vii.

Dimiutiua i aſter qd ſignificent. Oleaſter. Pinaſter. Apiaſtrũ. Mẽtaſtrũ. Siliq̃ſtrũ.

ILla quoq; dimminutiua, quæ finiunt in aſter: immitationem potius ſignificant, q̃ dimminutionem. neq; enim ea ratione dicitur oleaſter, pinaſter, apiaſtrum, mentaſtrũ, ſiliquaſtrũ: quod ſit parua olea, parua pinus, paruũ apium, parua mẽta, parua ſiliqua: ſed quod ſilueſtria, oleam, pinũ, apium, mentam, ſiliquã imitãtia. ex quo q̃dam utunt̃ filiaſter pro priuigno: q̃a nõ paruus filius eſt: ſed imitat̃ filiũ: & paraſitaſter, nõ paruus paraſitus, (aliter enĩ nõ diceret̃ à comico paraſitaſter paruulus) ſed imitator paraſitorꝝ. ut apud M. T. pro Vareno. Erutius hic noſter antoniaſter eſt. & ad Atticũ li xii. Omnĩo ſolet eſſe. fuluiaſter ideſt Antonii Fuluiiq; imitator. & hunc Auguſtinus appellat pħaſtrum, nõ (ut puto) paruũ pħum, ſed imitatorẽ pħorꝝ: niſi dicis imitationẽ eſſe dimminutionẽ q̃dam pfectiõis. tamẽ aliud eſt eſſe dimminutiua: aliud imitatiua. nec q̃ſq̃ dixerit oleaſtrũ eſſe minutã oleam, & pinaſtrũ minutam pinũ: quã Plinius ait miræ eſſe altitudinis [& ut q̃dam nũc ſolent puſillos homines appellare Antoniaſter, Luciaſter, Paulaſter, ſecuti Priſcianũ: q præter ſuperiora, hæc addit eſſe hmõi dimminutiua adulationis, & maxĩe puerorꝝ: ut Catulaſter, Antoniaſter, Patriciolus, Sergiolus. Sed hæc poſteriora uere ſunt diminutiua: illa (ut oſtẽdi) nõ uere: ideoq; nec adulationis: quãquã omnia diminutiua nec minus, quã hæc, in olus ſunt apta adulationi: & ſæpe etiã contẽptui: ut homũculus, homulus, argutulus. Sed ad rẽ reuertamur. Pulaſtra apud Varronẽ: quæ eſt parua adhuc, adoleſcẽtulaq; gallina: quod nec ipſam diminutionem ſignificat. nam maiuſcula potius pulla, quã minuſcula eſt: etiã ſi minor gallina eſt: nec gallinaſtra dicit: ſed pulaſtra. [Duo tamẽ nomina ſunt: quæ dimminutionis regulã ſeruãt: ſurdaſter, & recaluaſter: quorꝝ alterꝝ ſignificat diminutionẽ ſurditatis: nõ eſt planẽ ſurdus ſurdaſter, ſed (ut ſic dicam) ſurdulus: & recaluaſter: q frõte calua eſt, nõ toto capite: q̃ſi recaluatulus: q̃d eſt diminutiuũ. in quẽ modũ nequeunt reſolui nomina illa, de q̃bus ſupra diſputauimus. Ex his autẽ, quæ retuli, exẽplis liquet: nõ modo in aſter finiri hæc noĩa, & eẽ maſculina: ſed etiã in aſtra fœminini generis: ut pullaſtra, filiaſtra, apud quoſdã pro priuigna, ſiliquaſtra pro piperito: q̃d nõ uideo q̃d ex ſiliqua imitet̃: & in aſtrum neutri: ut apiaſtrum, ſiliquaſtrũ à ſiliqua arbore ferẽte fructũ ſui nominis: q̃d Græci κεράτιον uocant. ſignificat etiã ſiliqua folliculum, ubi grana leguminũ includunt̃: & ſiquid leguminibus eſt ſimile. feręq; hæc nomina arborum, herbarumq; diuerſum genus habent in primitiuis à diminutiuis: uel deriuatiuis.

Fil faſter. Paraſitaſt. Antõiaſt. Fuluiaſt. Philoſophaſter. Oleaſter. Pinaſter. antoniaſt Luciaſter Paulaſter. Catulaſt antoniaſt Patriciolus. Sergiolus. Homunculus. Homulus. argutulus. Pulaſtra. Gallina. Surdaſter. Recaluaſt. Recaluatulus. Filiaſtra. Siliq̃ſtra p pipito. Siliqua.

¶ Epitome capitis octaui.

ASCEN. In arium. In arius. In orius. In etum.

¶ IN ARIVM exeuntia ferẽ rerꝝ ſignificatarꝝ per noĩa unde formant̃ repoſitoria: aut earũdem copiam ſignificant: nonnunq̃ tñ & res ipſas. Verum in arius & aria officia hominum, qualitatemq; ſignificant: & ſi à uerbis deducunt̃ actionem & paſſionem: pauca tñ obligationem quãdam & paſſionem connotant. In orius fere actorẽ: & in orium officinam, ſeu locum ubi quid ſit In etum locum natiuum.

¶ Mancinellus aũt probat ꝯtra auctorem plãtarium locum eſſe: idq; auctoritate Plinii dicẽtis lib. 17. cap. 13. de arborum inſitione ſic: Quædam plantatio inſita eodem die trauſfert̃: ubi tũ ſi Laurentiũ noſco dixiſſet non locum ſignificari: ſed plantam: inſitio enĩ plantæ inſertio loco ꝯgruit. Idem docet Seruiũ uera docere: quia donaria ꝑprie loca ſunt in q̃bus dona reponunt̃ deorꝝ: abuſiue aũt templa. Maro enĩ. 3. Georgicorꝝ ait: Tempore non alio dicũt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues Iunonis & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Et Aulus Ge. etiam lib. 1. cap. 10. inquit: Vbi reponi ſolebãt ſigna uetera: quæ ex eo tẽplo collapſa eſſent: & alia quædã religioſe donarii ꝯſecrata. Et Apuleius lib. 9. ſic; Cantharoq; & ipſo ſimulachro, quod gerebã apud Fani donarium redditus, ac ꝯſecratus altera die &c. idẽ quoq; lib. 2. Floridorꝝ de Iunonis fano apud Seruiũ inter alia ſic ſcribit: Ibi donariũ deæ perq̃ opulentum plurimum auri & argẽti ratio: in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſcemodi utenſilibus, & c. Macrobius aũt donaria pro donis ipſis poſuit: ait enim lib. 3. Satur. Ornamẽta uirorꝝ quæ ſunt clypei: coronæ & huiuſmodi donaria. Neq; enim donaria deducunt̃ eo tempore: quo delubra ſacrant̃. Hæc eadem fere affert Calepinus in auctorẽ noſtrum. Verꝝ ut in Rataẽſem dicit Apuleius potius rudere q̃ aures loqui docet. & Gellius ſupſtitioſe loqui. Quocirca illorꝝ auctoritate non moueret̃. Sed ut litem dirimam: dicamus donaria dona ipſa eſſe: ut apud Spartianum qui ſcribit Antonium dediſſe militibus donariũ: ſed quia frequenter locata pro loco: & ꝯtra ponunt̃: accepit Virgi. & alii contenta pro ꝯtinente. Veruntamen donaria pro donis etiam accipere poſſumus in illo Virgiliano: non enim eſt donum ſine loco.

PETrus de FON. ¶ QVI TEcum cupis eſſe meos: docet ſtudioſos libroꝝ
ſuoꝝ: ubi & à quo eos emere poſſunt: quos membrana artat
breuibus tabellis: qui exiguo uolumine ſunt cõpacti: tabulis
Tabularium. enim libri teguntur. Tabulariũ uerò eſt locus ubi cætera bis
ſcripta: quæ utilia ſunt, reponuntur: quia ad malã partem non
Tabulæ. eius cedit ſignificatio: & tabulæ in numero plurali ſunt per
diminutionẽ. Tabulæ dicebantur teſtamẽta, ſiue aliæ publicæ
ſcripturæ: Licet quacunqꝫ materia eſſent ꝙ initio ceratis ta-
bulis inſtitutis ꝯſueuerãt: nunc hi tabelliones appellati ſunt:
ut Virg. Nec ferrea iura Inſanumqꝫ foꝝ: aut populi tabularia
uidit: & à tabulo dicuntur hæc nomina.

¶ De exeuntibus in rius, uel in rium. Ca. viii.

Tabularium. Aerariũ. TAbularium, locus: ubi tabulæ, ideſt
inſtrumẽta, & litteræ reponuntur: ſacra-
rium, repoſitorium ſacroꝝ: ærarium,
repoſitorium æris: ideſt nũmoꝝ, ſimi-
liumqꝫ rerũ ꝓtioſarum, atqꝫ opum: armarium:
Armamẽtarium. ubi reponuntur libri, cæteraqꝫ hmõi: armamen-
tarium: ubi reponuntur armamẽta, & arma: Atra-
mentariũ, uaſculum, quod cõtinet atramẽtum.
Calamarium. calamarium ꝗdam uſurpãt pro theca calama-
ria: in qua calami reconduntur. ſed qa hoc tem-
pore pleriqꝫ pẽna ſcribunt: põt etiam dici Pen-
narium: niſi malumus appellare thecam pẽna-
riam: ut thecam calamariam: & thecã graphia-
riam. Penarium: ubi reponitur penus: hoc eſt edu-
lia, & ad uictum ꝑtinentia: uiuarium: ubi conti-
nentur uel aues, uel piſces, uel feræ: quæ dunta-
xat ad uictum ſpectant: pomarium: locus po-
moꝝ reponendoꝝ, uel locus conſitus pomis. ut
Ouidius. Id metuẽs ſolidis pomaria clauſe-
Pomeriũ. rat Atlas Mœnibus. ¶ Quidã hoc pomerium
uocant. Titus aũt Liuius pomerium ait eſſe lo-
cum ad muros intra, & extra: in quo ædificare
non licet: quaſi poſt mœnia. ut dicimus pome-
ridianum pro eo, qđ eſt poſt meridianum. Vn-
de Lucanus. Lõga per extremos pomeria iũ-
gere fines. ¶ Pomarium igitur aut locus frequens
arboribus pomi, ſiue fructuum pomi repoſito-
rium: aut copia ipſa arborum pomiferaꝝ. nam
horum noium natura eſt ſignificare uel locum,
ubi illa ſunt: uel ipſaꝝ rerum, quæ in loco ſunt,
Aluearium. copiam: ut aluearium. tametſi põt dici locus:
ubi ſunt aluei apum: tamen potius accipitur pro
copia alueoꝝ eodem in loco collocatorum, ac
Roſariũ. mellificantiũ. Et roſarium: magis copiam fruti-
cum uno loco roſas gignẽtium, quam ipm lo-
cum, ubi hi frutices ſunt, ſignificat. quẽ locum
Roſetum. ne roſetum ꝗdem appellare poſſis: cum idem
ſignificet, quod roſarium. niſi per cõtentum ſi-
Plãtariũ. gnificet continens. Plantarium: nõ locus plan-
taꝝ: ſed ipſe plantæ: etiã ſi euulſæ, aut nõ con-
ſitæ fuerint. Nec me fallit: Seruiũ ſeparare plan-
Plantaria. taria à plãtis, dicens. ¶ Plantæ ſunt raptæ ab ar-
boribus: plantaria uerò: quæ ex ſeminibus nata
cum radicibus & terra propria transferuntur.

¶ Ad qđ ſentiendũ uidetur allexiſſe eũ uerſus Vir-
gilii: Et uiua ſua plãtaria terra. ſeminarium non Seminarium.
locus, ſed ſemen ipm: ideſt plantulæ: pampina- Pampinarium.
rium nõ terra, ubi naſcuntur pampini: ſed con-
geries pampinoꝝ: ideſt uirẽtium uitis ramuſcu-
loꝝ: uel (ut ait Plinius) palmes, qui è duro exit:
materiamqꝫ in ꝓximum annum ꝓmittit: pãpina-
rium uocatur. certe in hoc palmite multi pãpini
ſunt. Calcearium, ueſtiariumqꝫ pro calceis, & Calceariũ
ueſtibus: ut cibaria pro cibis: fuſtuariũ pro fuſti- Veſtiariũ.
gatione. Carnarium nõ locus eſt, ubi caro ſalſa
ſuſpenditur: ſed caro ipſa: niſi cõtentum pro con-
tinente. Donaria nõ locus repoſitorius donoꝝ: Donaria.
ſed ipſa dona: licet Seruius dicat: ubi dona ob-
lata ſunt: ſicut lectiſternia dicuntur: ubi hoies in Lectiſternia.
templo ſedere cõſueuerunt. Ita in cæteris adhi-
benda in ſimilium noium ſignificatione accura-
tio eſt. ¶ Et hæc de neutris. Nam maſculina,
fœminina, cõmunia, officia hoium, qualitatẽqꝫ
ſignificãt. Caprarius, capraria, ſaltuarius, cam- Cãparius.
parius, horrearius, claſſiari⁹, cuſtos, exercitor- Horrearius.
ue capraꝝ, ſaltus, campi, horrei, claſſis: Saga-
rius, lintearius, ueſtiarius, uẽditor ſagoꝝ, linteo-
rum, ueſtium. Proprietarius, fructuarius, uſua- Fructuarius.
rius, cuius eſt ꝓprietas prædii, cuius fructus, cu- Vſuarius.
ius uſus: quæ omnia ſignificant actionem paſ-
ſionemqꝫ, numero quidem incõprehenſibilia:
pauca autẽ: quæ paſſiue accipiuntur: Legatarius,
commodatarius, depoſitarius, beneficiarius, fi- Beneficiarius.
deicõmiſſarius, qui legatum, cõmodatum, de-
poſitum, beneficium, fideicõmiſſum accepit:
& ſi qua ſunt alia: ex huiuſmodi noibus fiunt:
etiam nomina quædam reꝝ: calcaria, ſulphura-
ria, ubi calx coquitur: & ſulphur fit. atqꝫ hæc à
nomĩbus ferè ꝓficiſcuntur. illa uerò magis à uer-
bis, uel à uerbalibus in or: & ſunt adiectiua in
orius, oria, orium, actionem ſignificãtia. Accu- Accuſatorius.
ſatorius, petitorius, defenſorius, fideiuſſorius, Defenſorius.
inſtitutorius, exercitorius, tributorius. nã tribu- Inſtitutorius.
tarius uenit à tributum, tributorius à tributor:
ſicut depoſitarius à depoſitum, et depoſitorius Tributorius.
à depoſitor. Significat itaqꝫ tributarius: qui ſol-
uendo tributo obnoxius eſt: ut ſtipẽdiarius: qui Depoſitorius.
ſoluendo ſtipẽdio: & depoſitarius: qui redden-
do depoſito: & munerarius: qui dat munus po-
pulo gladiatorib⁹ in harena exhibẽdis. Ideoqꝫ
uas eſcarũ dicimus, & uas potorium: quia hoc Portoriũ uas.
à nomine uerbali uenit: illud non uenit. Pretor,
ſenator, olitor, lictor, non opinor deſcendere à
uerbis: ſed quia uocem uerbalem obtinẽt: ſicut
cenſor, & quæſtor: ſic formauerũt ſua denomi- Senatorius.
natiua ꝓtorius, ſenatorius, olitorius, lictorius: Cẽſorius.
ut cenſorius, & quæſtorius. holitor aũt eſt: qui Quæſtorius.
hortum oleꝝ exercet: quem nonnulli hortula-

num uocãt. Eſt & olus unaquæq; herba, qua
ueſcimur. nam ſunt & horti non oleꝝ, ſed arbo-
ribus conſiti, & uoluptatis gratia comparati: ut
horti Saluſtiani, Põpeiani, Lucculliani, Clau/
diani. Lictor: miniſter cõſulis, ꝓconſulis, præſi-
dis, prętoris: qui faſcem uirgaꝝ alligatum cum
ſecuri portat. ſuntq; lictores conſulis duodeni:
alioꝝ ſeni. His addere poſſumus aleator: quod
Aleator. uidet deſcẽdere à uerbo, quod nuſq̃ reperitur.
non enĩ aleare dicimus: ſed alea ludere. Neutra
autem in orium, locum plerũq; ſignificant: ubi
aliquid fit: ut deambulatoriũ, locus, ubi deam/
Repoſitorium. bulamus: dormitoriũ, locus, ubi dormit: repo/
ſitorium, ubi reponit quid: tentorium, ubi ten/
dimus uela: aut ſiquid inſtar ueloꝝ habet: ſiue
uelamenta cõtra iniuriam cæli: uel ipſa potius
uela: auditorium, locus, ubi audimus ꝑcepto/
rem, aut orantem nõ in uera cauſa, aut opus no-
uum recitantẽ: aut ſi quid ſimile eſt: uel ipſa tur-
Tectoriũ. ba, atq; ipſe cœtus auditoꝝ: tectorium illinimẽ-
tum eſt, & quaſi pauimẽtum parietis, atq; incru-
ſtatio: amatorium genus ueneni amorem, uel in-
Portoriũ. ſaniam ingerentis: portorium uectigal portus,
uel fluminum, uel lacuum, uel ſtagnoꝝ. nam &
portitor ille dicit: qui traducit hoĩes: ac uehit
nauigio, uel ad nauim de littore, uel de naui ad
littus, uel ad ulteriorẽ fluminis lacus, ſtagniue,
ſeu ripam, ſeu littus: licet freq̃ntius dicat littus.
poteſt etiam accipi pro eo, qui portorium con/
duxit: ideſt qui fructus pecuniarios ex portu cõ-
duxit: & à uenientibus illos exigit. Quæ ratio
in cæteris hmõi diſcernenda eſt. Hoc etiam lo/
co addam: quod cum dicamus dumetum, ſpi/
netum, uepretum, ſimiliaque: tamen dicimus
ſenticetum, non ſentetum.

Epitome capitis noni.

EVENtus, Iuſſus, & Permiſſus ſubſtantiua in ſingulari numero quartæ quidem declinationis & maſculina: in plurali autem ſecundæ & neutra uſitatius reperiuntur.
Contra iugerum in ſingulari ſecundę & in plurali tertiæ frequentius eſt: licet aliter quoq; legantur.

Mancinelli enĩ lima docet & hoc Euentũ, Iuſſum, ac Permiſſum: & hos euentus, Iuſſus, ac pmiſſus repiri: & huius iugeris & ab hoc iugere: quod forte Valla inficias nõ iret: ſed rarius eſſe contenderet. Verba Mancinelli ſunt. Euentus in ſingulari generis eſt maſculini & declinationis quartæ: eius aũt pluralis numerus: eſt euẽtus: ut uſus M. Tul. li. 1. de Orator: Vt enim quiſq; optime dicit: ita maxime dicẽdi difficultatem uarioſq; euẽtus orationis: expectationemq; hoĩum pertimeſcit. Virg. li. 6. de Aene. Cęcoſq; uoluptat Euẽtus animo ſecum. Poſſem & plures afferre teſtes: hoc uero euẽtum hæc euenta facit. Tullius enim in ptitionibus ait. Si cuiuſq; facti & euenti cã ponet. Et Lucretius lib. 1. Euentum dici poterit. quodcunq; erit actum. Inde igit eſt euenta, & nõ hic euẽtus Ab hoc iuſſu tñ: & ab hoc pmiſſu legit. Hoc aũt iuſſum & permiſſum: hæc iuſſa: hæc pmiſſa faciunt. Sillius lib. 6. Ire iubet cãpis equitem ruit ipſe citatũ Quadrupedem planta fodiens: ſcutataq; raptim Cõſequitur iuſſo manus & muralia portat &c. Et lib. 9. Nec iuſſo mota collectis fumãtia lucent Terga elephantoꝝ flammis &c. Aulus Gellius lib. 9. cap. 20. hæc ſcribit. Ateius Capito publici priuatiq; iuris peritiſſimi quid lex eſſet hiſce uerbis diffiniuit. Lex inquit eſt generale iuſſum populi aut plebis rogãte magiſtratu &c. poſtea ſubdit. Nam niſi populus aut plebs roget: nullũ plebis aut populi iuſſu fieri põt. Apparet igit hoc iuſſum, iuſſi, iuſſa pluraliter afferre: & pmiſſum pmiſſa. Cum pmiſſa etiam in plurali ſubſtantiuum fit. Priſcianus li. 7. itaq; inquit: Dicit tamen & hoc iugus iugeris. Iuue. Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Itaq; recte dixit. Põponius enim Mela li. 3. de Araxe ita ſcribit: Frangit ſubinde ad oppoſita cautium: atq; ob id ingenti cum murmure ſonanſq; deuoluit adeo citus: ut qua ex præcipiti caſurus eſt in ſubiectam nõ declinet ſtatim undam: ſed ultra q̃ canalem habet auehat plus iugeris ſpacio ſublimis & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferens &c. Et Tibul. lib. 2. inquit. Prædator cupit immẽſos obſidere campos. Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Pli. item libro. 19. ca. 9. ubi de cæpis meminit: ſic ſcribit. Cæteri cæpas ter foſſo ſolo ſeri iubent extirpatis radicibus herbaꝝ in iugero denas libras &c. Variabimus igit huius iugeris, ab hoc iugere: hæc iugera, hoꝝ iugerũ, his iugeribus, hæc iugera, o iugera, ab his iugeribus. Hoc uero iugerũ, ab hoc iugero: hæc iugera, o iugera, nec ulterius.

Iuſſum & pmiſſum. — Iugus.

De euentu, iuſſu, pmiſſu, iugero. Cap. ix.

EVentus in ſingulari, generis maſculi/ Euentus.
ni, & declinationis q̃rtæ eſt. eius plu/
rali M. T. ſæpiſſime in neutro generi:
& declinatione ſecunda utitur. ut de
oratore. Ex aliorum factis, & dictis, aut euẽtis.
Idem de diuinatione. Si euẽta quærimus: quæ
exquirunt extis. & ad Luceium. Fabulam reꝝ,
euentorumq; meoꝝ. Et ad Atticũ. Semp enim
cauſæ euentoꝝ magis mouent, q̃ ipſa euenta. Euenta.
Quidã planè imperiti euentũ aiunt ſignifica/
re pricipium: ut apud Ouidium. Exitus acta
probat. careat ſucceſſibus opto: Quiſquis ab
euentu facta notãda putat. Illud enim, exitus
acta pbat: uox eſt accuſantiũ Phyllidem argu/
mento, quod dicit à caſu. eos enim Phyllis ipſa
execrat, dicens. Careat ſucceſſibus opto: quiſ/
quis à caſu, & non à cauſis alium laudat: aut ui/
tuperat. Similia ſũt huic, iuſſu, & pmiſſu tuo: Iuſſus.
quoꝝ pluralia ſunt ſecũdæ potius declinatiõis: Iuſſa.
in ſingulari ferè nunq̃. neq; enĩ dicere ſolemus Permiſſus.
iuſſo tuo, ſed iuſſu: uel pmiſſo tuo, ſed pmiſſu. Permiſſa.
Horatius tñ. utar pmiſſo: ideſt re permiſſa: non
autem pmiſſione. nec dixiſſet permiſſo tuo. nec
iuſſibus, pmiſſibuſq; tuis dicimus: ſed iuſſis, per
miſſiſq; tuis: nec iuſſus, pmiſſuſq; tuos: ſed iuſſa
tua, & permiſſa. Virgi. Accipe iuſſis Carmina
cœpta tuis. & iteꝝ. Ille patris iuſſa exequit. &
alibi. Haud molia iuſſa. E diuerſo iugeꝝ in ſin/
gulari ſecũdæ, in plurali tertiæ eſt declinatiõis:
non aũt: ut ait Priſcianus: inger iugeris: cũ om/ Iugerum.
nes dicãt in ſingulari iugeꝝ: & in plurali iugeri/
bus. Significat aũt mẽſuram ducentoꝝ quadra-
ginta pedum in lõgitudinem, dimidii in latitu/
dinem: uel, ut aliqui uolũt: quãtum par bouum
uno die arat: quæ duæ ſignificationes in idem

recidunt. tantum ferè ſolet uno die par bouum arare: quantum dixi.

℄ Epitome capitis decimi.

ASCEN. ℄ ADIECTIua in tilis, ſilis, & xilis, ſi à paſſiuis ueniunt præteriti paſſiui ſignificationẽ habent: ſin abſoluta pſentis. Quæ uero à locis inhabitatores aut indigenas: ut ſaxatilis, aquatilis. Sunt tñ: quæ re ita exigẽte præſentis paſſiui ſignificationem obtinẽt: ut plicatilis criſta quæ plicatur.

℄ Addi poteſt aut plicari poteſt: quomodo contra Vallam Mancinellus exponit aptile, dicens: Apertile non quod apertum dicit̃: ſed quod aperitur uel aperiri poteſt: ut uerſatilis axis qui uerſatur: plicatilis criſta quæ plicat̃, uel plicari poteſt. Et hoc pacto Ouidii illud exponi debet. Sicuti etiam li. 13. Meta. Tortilis: Vltimaq; accipiat ꝙ tortilis ultima piſcis. Alii aũt tortilis anſa dicit̃. Dona. futilis & futile deductũ ult à futili uaſe: quo in ſacrificiis utebant̃: ſed & illud à futiendo ſeu effundẽdo dictũ eſt: eo qd ꝯſtate neq̃at depoſitũ fundit.

Apertile quid ſit.

PETrus de FON. ℄ ADIECtiua uero in bilis terminata ſunt quæ tres habent caſus, & binas ẽminationes: nulla uerò ſuit aptior diffinitio: ex qua magis poſſit diſtiguere adiectiuum à ſubſtantiuo. Nam quẽadmodum alio loco dicturi ſumus non præterea adiectiuum eſt: quia tres terminationes habere uidet̃: ſed quia ſuo ſubſtãtiuo ſubiicitur: tamen hæc notiora pueris præſertim rerum omnium ignaris: lib. tamen. 3. Plinius de hac materia perſpicue teſtatus eſt, & adiectiuum eſt: quia ſuo ſubſtantiuo ſubiici uidetur.

℄ De adiectiuis in tilis. Cap. x.

NOmina, quæ exeunt in tilis, uel in ſilis, uel in xilis: ſimillimã ſuis participiis, unde naſcunt̃, ſignificationẽ habent. Vas fictile, quod fictũ eſt à figulo: nõ quod fingi põt. Coctiles lateres, qui cocti ſunt: & nõ crudi. Raſiles calathi: quaſi raſi, nihil extantis ac redũdantis plenitudinis. Virg. tamen. Et torno raſile buxũ, quaſi raſibile. Penſilis uua, pẽſilis lectus, penſiles lychni, penſiles balneæ, penſiles horti quod ſuſpenſi ſunt, & in aere pendentes: flexilis ramus, flexiles uites, qđ flexæ ſunt: & lapſu erratico torquẽtur: tortilis anſa, qđ retorta, & replicata eſt: tornatile poculum, quod tornatũ eſt, & torno factũ: textilis ueſtis, qđ detexta eſt: ſutilis balteus, ſutilis cymba, quod cõſuta eſt: Sculptile ſimulacrũ, quod ſculptũ eſt: Altilis auis, altilis quadrupes, altilis piſcis, qui ſagina altus, ſiue alitus eſt, atq; ſaginatus: ſtructilis baſis, ſtructiles colũne, quæ nõ ſunt ex uno lapide, ſed ex multis: apertile latus, quod apertum eſt. ut Ouidius de triſtibus.

Fictile. Coctiles lateres. Raſiles. Penſilis. Tortilis. Tornatile Textilis. Sutilis. Sculptile. Altilis. Structilis. Apertile

Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri.

Tinctile uirus, quod tinctũ eſt, aut intinctum eſt ſpiculo ſagittæ: ut apud eundẽ, & in eodem opere. Et tinctile uirus. Tonſile buxetũ, & tonſiles oleas legimus: qđ tonſæ ſunt, ac in orbem, & comã putatæ. Et hæc nomina in participiũ paſſiuũ reſoluunt̃: quia paſſiuũ habent. quæ uerò paſſiuo carent: in pſentis participium: qualia ſunt neutra: ut anima uolatilis: quaſi uolans. & quidã uolatilia uolucres uocant: qa uolant: ut altilia animalia: q̃ alunt̃. Seſſiles lactucæ: quaſi ſedẽtes quod licet à participio nõ ueniat: tamẽ eiuſdem naturæ eſt: cũ in ſignificatione cõſentiat: & à ſupino naſcatur. Verſatilis quoq; ſcæna uidetur ſignificare, qđ uerſatur huc & illuc: non qđ uerſata eſt: & axis uerſatilis: & gladius angeli uerſatilis, quod uerſat̃. Quidã aiunt uerſilis ſcæna, & ductilis: uerſilis quidẽ: quod cũ tota machinis quibuſdã conuertebat̃: aliam picturæ faciem oſtẽderet: ductilis uerò: cũ tractis tabularis hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Plicatilis criſta upupæ, quæ plicatur: non quæ plicata eſt: & nauis plicatilis, quæ plicat̃: cũ facta eſt ex coriis: fiſſilis arbor: fiſſile lignũ: fiſſile robur: tũ quaſi fiſſum. Cuneus enĩ dicitur fiſſile lignũ: tum quia fundit̃: quaſi fiſſibile: ut Plinius lib. xvi. Hæc maxime fiſſillia: alia frãgi celeriora, quã findi. Idem paulopoſt. Nulliſq; fiſſile rimis hoc lignũ: ideſt fiſſum. Solutilis etiã nauis dicit̃: q̃lis nauis: in qua Agrippina à Nerone filio per inſidias poſita naufragiũ fecit: quaſi ſolubilis: qu; facile ſolui poſſet. Ego uero malim ſolutilẽ dicere ſolutã: & nõ fideliter conſutã. Et ſectile porrum legimus, non tam ſectibile (qđ enim nõ eſt ſectibile?) quã ſectũ, & ſua ſponte cõciſum. nã conciſum, & ſectũ introrſum uidet̃. Futilis, uanus, & inutilis: uel à futio: unde effutio: uel à fuo futũ: uel per apocopẽ ab alio ſupino: quod ab aliis diuinari malo, quã à me proferri. Vmbratilis uidet̃ conuenire cũ cæteris, quaſi umbratus: ut uita umbratilis, & res umbratiles: ideſt uita umbra & opaco marceſcens, & res per inuolucra, & inanitatem, qualis umbra eſt, dictæ, umbratiles appellant̃. Aquatilis à nomine, uľ à uerbo: animal in aqua degẽs: ſaxatilis incola ſaxorum: piſcis fluuiatilis incola fluuii: non maris, aliarumúe aquarum piſcis: pluuiatilis aqua, uel à pluo: uel magis à pluuia.

Tonſilis. Volatilis. Altilia. Seſſilis. Verſatilis Ductilis. Verſilis. Plicatilis. Fiſſilis. Cuneus. Solutilis. Sectilis. Futilis. Vmbrati. Aquatilis. Saxatilis. Pluuiatilis.

℄ Epitome capitis undecimi.

ASCEN. In bũdus. ℄ IN BVNdus uerbalia participii præſentis uerboꝝ frequentatiuorum ſignificationem habẽt: eaq; uſitatiſſima ſunt quorum huiuſmodi participia inuentu rariſſima.

℄ In huius ſentẽtiam it & Neſtor totis pedibus: dicens noĩa in bundus ex ſimilitudine etymologiam trahere dixit Scaurus antiquus grãmaticus: cuius opinionẽ ſecutus eſt Seruius ſup quitum Thebaidos, & Priſcia. ut uitabũdus ſimilis ſit uitanti: pdabundus ſimilis prædãti: furibũdus ſimilis furẽti: ridibũdus ſimilis ridenti: populabũdus ſimilis populãti: rubicundus pro rubibũdus (teſte Priſciano) ſimilis rubẽti. At uero Caſellius per participium exponit in cõmentario lectionum antiquaꝝ: ita ſcribẽs: ludibũdus, errabũdus, ridibũdus: idem eſt ꝙ ludẽs, errans, ridẽs. Simil̃r quoq; exponit Marcellus has pcipue dictiones: ut moribundus dicat̃ moriẽs: errabũdus errãs: deplorabũdus deplorãs: uolutabũdus uolutans. uitabũdus uitãs. In hãc ẽt ſniam ducit̃ Gel. in noctibus atticis & lucidius his diſſertatiõibus. Nã ẽminata ĩ bũdus (ut ait) uehemẽtiam ſignificãt ꝙ idem eſt ac ſi diceret idem ſignifi

cant quod & participia frequẽtatiuorum: ut riſitans: erritans populitãs. Lucretius libro.6. Verſabundus enim turbo deſcẽdit. & illam deducit pariter lento cũ corpore nubẽ: id eſt uerſans. Quod & Pompeius exponit apertius. Ait enim in dictionibus ac litteris incipiẽtibus: Caſibundus id eſt crebro cadẽs. Vnde Neuius referẽte Varrone lib.1. de Analogia ait: Riſi egomet me caſibundũ ire ebrium: hoc eſt crebro cadentẽ: interprete (ut diximus) Põpeio. Hanc etiam opinionẽ ſeqtur Laurentius lib.1. Elegãtiarum: & Tortellius in cõmẽtariis Ortographię: quæ (pace ↄtradicẽtium dixerim) firmior & certior eſt: qđ etiam uno hoc exemplo ꝓbamus. Saluſtius in Iugurtha: Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitũ ductare. hoc exẽplum Seruius affert in teſtimonium ſui erroris: qđ haud dubium noſtræ ſniæ magis confert q̃ ſuæ. Quid eni addidiſſet Saluſtius quaſi qđ ſimilitudinem, imaginemq́ꝫ ſignificat: ſi uitabundus per ſe ſimilitudinẽ ſignificaret? Quid ꝙ Priſci. noſtram etiam ↄtra ſeipſm opinionem tenet. Nã (ut diximus) rubicundus inquit pro rubibũdus ponit̃. Nunquid rubicũdus rubenti ſiſis dr̃ aut rubẽs? certe rubẽs. Vñ Virg. in culice ait: Et roſa purpureo creſcit rubicũda colore. Calphurnius Aegloga.4. Et potius glãdes rubicũdaq́ꝫ collige corna. Hæc ille. Sanè epibolos dicitur ductor ne quid erres.

¶ De adiectiuis in Bundus. Cap.xi.

Vitabundus. Vacabundus. Prædabũdus. Moribundus. Errabundus. Furibundus. Rubicundus.

PRiſcianus libro quarto inquit. In bundus definẽtia ſimilitudinẽ habere ſignificãt: ut uitabundus, ſimilis uitanti: uacabũdus, ſimilis uacanti, prędabundus ſimilis prædãti: moribundus ſimilis moriẽti: errabundus ſimilis errãti: furibũdus ſimilis furenti. & paulopoſt. Excipit̃ alternitatis cauſa rubicundus: qđ in penultima ſyllaba pro b c habuit: ne ſit abſonũ: ſi rubibũdus dicamus.

Sed uideamus: an Priſcianus recte ſentiat. Neq́ꝫ à me primũ quęſtio hęc mouet̃: ſed olim ab A. Gellio, atq́ꝫ ante hunc à Terẽtio Scauro Adriani tẽporibus, ut idẽ A. G. ait, grãmatico uel nobiliſſimo, cõtra Caſſeliũ in cõmentario lectionũ antiquarum ita ſcribentẽ.

Ludibundus. Errabundus. Ridibundus.

Ludibũdus, errabundus, ridibũdus, idem eſt, quod ludens, errans, ridẽs. Quod Scaurus reprehẽdit, dicẽs: Ludibũdum eſſe, qui ludẽtem, errabundum, ridibundumq́ꝫ, qui errãtem, ridẽtemq́ꝫ agit, ac ſtimulat. Hoc A. Gelius cõfutat: atq́ꝫ ita cũ Caſſelio ſentit: ut nõ ſimulationẽ per hæc noía, ſed ecõtrario uehemẽtiam itelligi uelit, his qdem uerbis. Sed qua ratione Scaurus adductus ſit, ut Caſſelium in eo reprehẽderet: nõ hercule reperiebamus. nõ eſt enim qn hoc genere ipſo dũtaxat idem ſignificent: qđ ea demõſtrarent, à quibus producunt̃: quid eſſet ludentem agere, uel imitari. Et paulopoſt. Cum reprehẽſionem autẽ illam Scauri notaremus: in memoriam nobis rediit: qđ Siſenna in quarto hiſtoriarum eiuſdẽ figuræ uerbo ita uſus eſt.

Populabundus.

Populabundus, inqt, agros ad oppidum ꝑuenit. quod ſcilicet ſignificat cum agros popularet̃: non ut Scaurus in cõſimilibus uerbis ait: cum populantẽ ageret: uel cum imitaret̃. Poterat tñ Aulus Gellius accõmodatum magis etiã producere exẽplum: quale apud Saluſtium in Iugurtino.

Vitabundus.

Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca: & tramites exercitũ ductare. Si hmõi nomina in bundus ſignificarent ſimilitudinẽ: quid ita adderet quaſi? quod ſimilitudinẽ, imaginemq́ꝫ ſignificat. Pergit idẽ Gellius, dicens. Sed inqrentibus nobis quænã ratio & origo eſſet huiuſcemodi figuræ populabundus, & errabũdus, multorũq́ꝫ, aliorum id genus uerborum, enepibolos hercle Apollinaris noſter ſibi uideri particulã iſtam poſtremã, in quã uerba talia exeunt: uim & copiã, & quaſi abundãtiam rei, cuius id uerbum eſſet, demõſtrare:

Lætabundus.

ut lætabundus is dicat̃: qui abunde lætus ſit: & errabundus: qui lõgo atq́ꝫ abundanti errore ſit. cæteraq́ꝫ oía ex ea figura ita dici oſtenditur ꝓductio hæc, & extremitas largã & fluentẽ uim, & copiam declararet. Hæc Aulus Gellius. A quo miror cur deſciuerit Priſcianus: & uni Scauro potius, q̃ his duobus, tribuſue aſtipuletur. an quia grãmaticus Scaurus, & Priſciano ſimilitudine ꝓfeſſionis coniunctus? Caſſelius uero iuriſconſultus? & A. Gellius orator, Apollinariſq́ꝫ philoſophus. Puto Seruium ſecutũ potius: q̃q̃ ab eo libenter diſentire ſolet. Ait enim ille, tũ alibi, tũ .x. æneidos.

Moribundus.

Moribunda moriẽti ſimilis. quod ita eſſe Saluſtius oſtẽdit: qui ait. Quaſi uitabundus per tramites, & ſaltuoſa loca exercitum ductare. Nullum exẽplum Seruius magis contra ſe proferre potuit: ut modo oſtendi. Audi quã ſubiungit rationem. Nam Iugurta non uitabat legatum: ſed eum uitare ſimulabat. Ita loquitur: quaſi expoſuerit: uitabundum dici à ſimulatione, & non à ſimilitudine. Non ſimulabat uitationem legati: ſed timorem. Præterea ſi qua foret ſimilitudo: ea ſimilitudo atq́ꝫ ſimulatio itelligit̃ per illud quaſi, nõ per illud uitabundus. Addit adhuc rationem.

Nã quia nomen eſt: ideo ſignificat ſimilitudinem, non paſſionem. Et alia deinceps. ubi nullum robur rõnis eſt. Sed præter rõnes illorum ipſe quoq́ꝫ Priſcianus imprudens cõfeſſus eſt, quod negabat.

Rubicundus.

Quæro enim: nunqd homo rubicundus, qđ ille ſimile fecit cæteris in bundus: ſimilis rubenti eſt? an uere rubens? profectò uere rubens. ergo idem erit rubicundus, & rubẽs. quæ ſnía Caſſelii eſt: quæ & breuior eſt: nec minus fortaſſe uera: q̃ illa ſiue Gellii, ſiue Apollinaris: cum frequentiſſime ſic accipiant̃,

Populabundus. Errabundus.

populabundus populans, errabundus errans. ſed nõnunq̃, ut Gellius ait, uehemẽtiam ſignificãt. quam ut breuiter & ipſe cõplectar: idẽ ſignificant, quod ꝑticipia frequẽtatiuorum: Luſitans, riſitãs, erratitãs, lectitãs, populatitãs: ſi repiremus. qđ cũ nõ ſit: ad hæc, ut reor, i bũdus teriata decurrimus.

¶ Epitome capitis duodecimi.

ASCEN. In icus.

¶ VERBALIA In icus à facio & dico: & i quus à loquor & ſequor: ſi qua ſunt à ſequor comparatiuum & ſuperlatiuũ ab inuſitato uerbali in ens frequentius deducunt.

Abſolutũ nomen.

¶ SAEPE enim abſolutum ſeu poſitiuũ nomẽ in uſu eſt: à quo cõparatiua & ſuplatiua rara: atq; econuerſo: ut magnificus in frequenti eſt uſu: magnificẽs in nullo: & tñ magnificentior & magnificẽtiſſimus ſunt frequẽtiſſima: cũ magnificior & magnificiſſimus uix uſq̃ reperiantur. Silr̃ diues in frequẽtiori eſt uſu: q̃ Dis adiectiuũ: & tñ ab eo ditior & ditiſſimus in uſu ſunt cum diuitior ualde rar: ſed in Heroidibus tamen lectum: diuitiſſimum rariſſimũ, aut nullum ſit. Addamus in icus noia non geminare ſyllabam. Nam ab amicus fit amicior: à ſpurcus ſpurcior: à pudicus pudicior: q̃uis dicatur pudicitia, ſpurcitia, amicitia: quia genitiuo Iterdum additur cia: ut auari auaricia: duri duricia &c.

Dis, & dites.

¶ De exeuntibus in cus: quomodo comparatiuos, ſuperlatiuoſq; faciant. Cap. xii.

Magnificus. Honorificus. Mũficus.

MAgnificus, honorificus, munificus, non ex ſe gignunt comparatiuos, ſuperlatiuoſq;: ſed ex aliis, quæ in uſu non ſunt, ac ne poſſunt quidem eſſe, magnificens, honorificẽs, munificens. nõ enim dicim⁹ magnificior, honorificior, munificior: ſed magnificẽtior, honorificentior, munificentior: & in ſuplatiuo magnificẽtiſſimus, honorificentiſſimus, munificẽtiſſimus. Mirificus tñ mirificiſſimus facit. ut Terentius. Mirificiſſimus eſt patruus tuus. Et M. Cato, teſte Priſciano. Cõtra Thermũ de Ptolomæo rege optimo, atq; beneficiſſimo. Et Accius in viii. Didaſcalicon. Et magnificiſſimo, excellentiſſimoq; honore. Omnia ergo à facio ſic cõpoſita, ac terminata hanc regulã ſequunt̃: mirificus, beneficus, maleficus, ueneficus, uulnificus, tabificus, luctificus, pacificus, morbificus, ſacrificus: & ſi qua ſunt alia: quæ oia aſcititium cõparatiuum, ſuplatiuumq; hñt: aliqñ etiam ſuũ. Sunt ne alia nomina eiuſdem naturæ? certe ſunt: ea, quæ formantur à dico, & à loquor: & ſi qua reperirent̃ à ſequor. maledicus maledicẽtior maledicentiſſimus: benedicus autem non inueni: quia nec benedico inuenit̃: licet eo Priſcianus utatur: & hoc tpe utamur more græcorum: quorum auctoritate dedimus huic uerbo accuſatiuũ præter naturam ſuam: cum poſtulet datiuum: ſicut maledico: qd & ipſum nunc ad imitationem Græcorum habet etiam aliqñ accuſatiuum. De benedico unius uocis loquor, non duarum. nam tũc & aliud ſignificat: & aliter regit. Præterea fatidicus, ueridicus. iuridicus uero rarum uerbum eſt. Cauſidicus magis ſubſtãtiuum. A loquor ſunt plura: à ſequor fortaſſe nulla: niſi pediſequus: qd ſubſtãtiuum eſt. Magniloquus, grãdiloquus, altiloquus, uaniloquus, doctiloquus, uerſutiloquus, fatiloquus, faciũt cõparatiua magniloquẽtior, grandiloquẽtior: Et item cætera ſuplatiua magniloquẽtiſſimus, grandiloquentiſſimus: & reliqua. ſed eorum poſitiua poſſunt eſſe, tum participia, magniloquẽs, grãdiloquens, tum nomina, magniloquus, grãdiloquus: præter unũ: ſuauiloquẽs, quod neſcio an dici poſſit ſuauiloquus. maledicens planè participium eſt: ſed & maledicus dicimus: quod tñ in fatidicus, & ueridicus non fit: neq; in illis ſuperioribus: magnificens, honorificens, munificens: quæ participia eẽ nõ poſſunt: cũ hæc fuerit futura uera uox: magnifaciens, honorifaciens, munifaciens.

Mirificus

Bñficus à facio compoſita nomina. Veneficus Tabificus Pacificus. Maleficus Vulnific⁹ Luctificus Morbificus.

Nota a dico & loquor. Vaniloquus. Doctiloquus. Verſutiloquus.

¶ Epitome capitis xiii.

ASCEN. In eus. In aceus. In atus In itus.

¶ IN eus ex materia mera aut ſolida quid factum. In aceus commixta: aut quid in ea natum. In atus incruſtatum aut tectum. In itius aut materiam ſi à nomine: aut paſſionem ſi à uerbo deducuntur ſignificant.

¶ VT porta ferrea ex ſolido ferro: ferracea ex ferro mixto: ferrata ferro incruſtata & munita ſeu tecta. Ager cretaceus in creta conſiſtens: tectum lateritium ex latere factum: domus conductitia, conducta aut conducibilis.

¶ De exeũtib⁹ in ceus, i eus, & in tius. Ca. xiii.

Exeuntia noia I ce⁹

FInita in ceus pauca ſunt: materiamq; ſignificant: ut herbaceus, betaceus, maluaceus, ex materia herbæ maluæ, betæ. harũdinaceus, ferulaceus, roſace⁹, triticeus, hordeaceus, teſtaceus, toſaceus, harenaceus, cretaceus, argelaceus, ex materia harũdinis, ferulæ, tritici, hordei, roſæ, teſtæ, toſi, harenæ, cretæ, argillæ. hoc tñ dñnt à materialib⁹: qd illa magis totum ſignificãt: hæc partẽ. ager enim cretaceus non idem eſt, quod creteus: nec harundinaceus ſurculus. qd harundinea fiſtula. Vnum eſt natũ, & poſitum in creta, aut harũdine: alterum ex corpore, ac materia cretæ, & harundinis facta. & panis triticeus, hordeaceuſue nõ ex ſolo tritico, hordeoue cõpoſitus eſt: ſed ex aqua quoq;: licet triticeus utriuſq; harum, de quibus loquor, formarum uideri poſſit: & magis illius: cuius ſunt creteus, harũdineus, & ſimilia. nã triticaceus facere deberet: niſi dicim⁹ euphoniæ cauſa ſyllabam eſſe ſublatã. qd mihi ita uidetur: qa diſtincta eſt ſpecies eorum, que exeũt in ceus: & eorum, quæ exeũt in us. Huius generis eſt uinaceus: cum eſt adiectiuũ: ut uinaceo grano legimus quendam ſuffocatum: pro acino uuæ: & uinacea ſubſtãtiuum plurale, pro granis uuæ iam preſſæ. Dicimus tñ motus terrenus potius, q̃ terreus, ac terraceus. Sunt itẽ nomina finita in tius deſcendentia ab hñtibus. t. in ultima ſyllaba: & ſi à nominibus quidem, ſignificãt materiam: ſi à ſupinis uerò: paſſionẽ quandam: ut craticius, ſtramenticius, latericius, cemẽticius, pauimenticius: item ficticius, cõmenticius, pigneraticius, fœneraticius, conducticius, aſcripticius, dediticius: rõ ficticia, ac cõmenticia: quæ ficta, & ad tẽpus cõmenta, & excogitata: res pigneraticia, aut fœneraticia: quæ data eſt pigneri,

Harundinaceus. Ferulaceus, Roſaceus. Hordeaceus. Toſaceus.

Vinaceus. Terrenus potiuſq̃ terreus. Cratinus. Stramentitius.

aut ad fœnus pertinet: domus conductitia: quę conducta eſt: homo aſcriptitius, dedititiuſq́: q ad aliquã ré aſcriptus eſt: et qui ex numero eorum eſt qui ſe in alterius imperium dediderunt.

℄ Epitome capitis. xiiii.

ASCEN. Cõpatiuũ ℄ CO Mparatiuũ ſemp auget ſignificationẽ abſoluti: licet rem ſubiectã iminuat. Sæpe tñ pro abſoluto reptum eſt. Nec cõparatiue poſitum dũtaxat per magis eſt exponendum: ſed etiam per alia aduerbia cõparatiua: ſicut & ſuperlatiuum per aduerbia ſuplatiua. Addi poteſt uerũtamen uirtute ſubaudiri ſæpe minus per comparatiuum: q̃ per abſolutum importatur: quod Donatum, Seruium, [illegible]tonem, cæteroſq́ grammaticos ſenſiſſe coniectura conſequor.

℄ Verbi gratia: minus excedit par & paucum in paruitate & paucitate: ſed qd minus eſt excedit à paruo & pauco in quantitate & numero. Pro abſoluto autem poni approbat ſic Mãcinellus. Recte qdem meo iudicio expoſuiſti Laurẽti triſtior pro triſtis: & ſenior pro ualde ſenex. Nam & alio in loco idẽ Virgilius inqt: Hoc Helimus facit: hoc æui maturus Aceſtes. Et lib. 6. de Charonte ait: Iam ſenior: ſed cruda deo uiridiſq́ ſenectus. ubi item pro ualde ſenex exponẽdum eſt: quod datur intelligi per uerba illa: Sed cruda deo uiridiſq́ ſenectus. Quãuis enim ualde ſenex Charon eſſet: attamen crudus & uiridis erat. Verum illud ulterius addemus: qd ſenior ẽt pro magis ſenex accipit̃. Seneca eni ep̃la. 75. ita ſcribit. Quẽadmodũ ex duobus ſapientibus qui ſenior deceſſit: non eſt beatior: eo cuius inter pauciores annos terminata eſt uirtus

℄ Virtute autem ſubaudiri per comparatiuum minus: & leuius quidam importari patet multorum teſtimonio: qui hominem liberiorẽ: ſeueriorẽmq́ potius q̃ liberum: ac ſeuerum dicunt: quaſi ſubaudiatur paulo aut aliquanto q̃ par ſit.

I T rus FON. ℄ CO M paratiuum nomen qd cum intellectu poſitiuĩ uel aliquo participe ſenſu poſitiui ſignificat: ut Diomedes & Donatus inter nominis accidentia numerant: nos autẽ pleroſq́ grãmaticorum ſecuti comparationem in ſpeciei partes re geſſimus: illa perſuaſi rõne q non oibus ſed cæteris cuiuſdam generis & ſignificatiõis nominibus accidit cõparatio: ut Quintilianus. 1. lib. utimur uulgo. Virg. Aenei. 1. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.

℄ De ui cõpatiui, De min⁹, De magis. C. xiiii

Comparatiuum pro minori ui accipi, q̃ ipſum poſitiuum hẽat, ait Priſcianus. ut Virgilius. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. Triſtior enim hic ex parte triſtis accipit̃. Sæpe per ſe poſitũ pro ipſo poſitiuo: ut. Comites ſenioris Aceſtę: pro ſenis. In quorum utroq́ eſt cauſa cur aliqd nos addamus. nã illud triſtior planè pro triſtis, non pro ex parte triſtis accipit̃: ut ait Quintilianus. Vtimur uulgo cõparatiuis pro abſolutis: ut ſiquis ſe infirmiorẽ appellans, non dixit pro minus q̃ infirmus: & hoc ſenior potius pro ualde ſenex, q̃ tñ ſenex. ut idem Quintilianus de Iſocrate. Eoq́ iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum cõpleuit annum) præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouidius de Triſtib⁹. Soſpite ſic te ſit natus quoq́ ſoſpes: & olim Impium regat hoc cum ſeniore ſenex. Ideo cũ Seruio non ſentio, dicente ſm Varronem. Senior, & iunior, cõparatiua ſunt per iminutionem. eſt enim ſenior nõ ſatis ſenex: iunior non ſatis iuuenis: intra iuuenẽ: ſicut pauperior intra pauperẽ. Dixit aũt hoc Varro in libris ad Ciceronẽ. quam rem à Varrone tractatam cõfirmat etiã Plinius. Hæc Seruius. Si uere hoc Varro, & Plinius ait: quis nõ cernit ſibi ipſi repugnare rõnem hanc? eſt enim natura cõparatiui ſupare in ea qualitate, quã obtinet poſitiuus. Quæ ſupatio quotiẽs icolumis eſt: non poſſis tunc dicere factam eſſe diminutionẽ. Ponamus exẽplum huic rei ſimillimum. Antiquior te ego ſum: ideſt, maior te natu ſum. item adoleſcentior te ſum: ideſt minor te natus ſum. ita iunior te ſum: ideſt minoris ætatis, quã tu: uidelicet, ſupero te paruitate ætatis. Quẽ in modum accipit̃ illo in loco Seruii. ergo non per iminutionẽ, ſed ꝓprie. quare ut in iunior fallit̃: ita in ſenior falli dicẽdus eſt. quæ tñ oia (ut ſentio) pro poſitiuo accipi ſolent: quemadmodum ocyus pro ocyter. minus pro non ſemp ferè accipitur. frequentiſſime tñ iunctum aut cum ſin, aut cũ quo, prout ſin minus: ideſt ſi nõ: quo minus. i. ut non. ſicut quo ſecius etiam pro ut non. Quia de hoc cõparatiuo minus feci mẽtionẽ: aliqd etiam de ipſo dicam. Placet autem mihi nõ modo à paruũ uenire: ſed etiam à par: ut par pecuniæ habeo: non aũt paruum pecuniæ. ergo minus pecuniæ ad parũ pecuniæ potius: quã ad paruum pecuniæ, uidet̃ referri. Addam aliqd e contrario de magis. Ait idẽ Priſcianus: oia comparatiua mittere aduerbia ſimilia neutro generi. Atq magis non in us exit more aliorum. ſed in is exit qd comparatiuum eſſe, & uis ipſa hui⁹ uocis idicat: & multo poſt neſcio quo modo fatet̃ hic auctor. præterea quod à maius nullum aliud aduerbiũ eſt: & aliquod eſſe debet. Dicimus eni iuſtius queror: melius ſcribo: peius canto: plus gaudeo: minus doleo: maius gaudeo non dicimus: ſed magis. qd à magnum poſitiuo cõparatiuum eſſe, uel hinc palam eſt: quod oẽs ſic loqmur. Magis poterat Põpeius, quã Cæſar: ſed poſtea maxime potuit oium Cęſar. Ex quo apparet: eiuſdem poſitiui: quod eſt magnũ: cõparatiuum eſſe magis: cuius ſuplatiuum eſt maxime: mutata u in g, & antepoſita i. Quod cum ita ſit: cur per magis & poſitiuum reſolui comparatiuum Priſcianus uoluit, tacẽs de cæteris, quæ eundẽ uſum præſtant? Fortior plus fortis: uehemẽtius fortis: ualidius fortis: & quæ ſunt eiuſmodi. opinor qd nõ putabat hoc eſſe cõparatiuum: ut quod à uoce cõparatiui receſſerat: aut ſi putabat: abſurdum uidebat̃ comparatiuum per cõparatiuũ reſolui cũ poſitiuo: cum præſertim ipſum magis more aliorum cõparatiuorum reſoluẽdum ſit. quod fieri nequit. qd ſi reſolui nequit: ne alia qdẽ poterũt. Quale eſt:

Cõparatiui natura quæ ſit.

Ocyus & ocyter.

Minus & non.

Quo ſecius pro ut nõ

Minus à parum.

Magis à magnum.

ſi dicam. Quod eſt iſtorũ maius ædificiũ? aut quod ualidius? abſurdũ (ut dixi) quibuſdã uideri poſſit: ſi reſoluatur magis magnum, & ualidius ualidum. Adde quod, ſicut reſoluit comparatiuum per magis: debuit reſoluere ſuplatiuum p maxime: ut fortiſſimus Græcorũ Achilles: maxime fortis Græcorũ: nõ autem ſuper oẽs Græcos fortis. nã hoc modo ſupra ſe fortis erit: qđ fieri nequit. Item ſine appoſito fortiſſimus Hercules non dr̃ cõmode, ualde fortis: ſed ualidiſſime, ideſt maxime fortis. nã qđ abſurdius ẽ quã, cum exponamus cõparatiuum per cõparatiuũ: exponere ſuperlatiuum per poſitiuum?

Cõpatiui. Superlatiuiq; reſolutio.

℄ Epitome capitis. xv.

ASCEN. Cõuenientia cõparatiui cũ ſuperlatiuo.

℄ COMPARatiuum tam nomen q̃ aduerbium partitiue tentum: utpote dum genitiuũ regit: aut caſum præpoſitiõis in genitiuum reſolubilem locum hẽt dũtaxat inter duo aut ſingula, aut bifariam diuiſa. Suplatiuum aũt dũtaxat iter plura duobus: utpote nõ citra tertium numerũ: & utrunq; iter ea quæ eiuſdẽ ſunt generis ſeu naturæ: ita ut ſalua ſentẽtia genitiuus poſſit adiectiuo conformari etiam in caſu & numero. Verũ cõparatiuum comparatiue tentum: utpote dum ablatiuum rei excellæ: aut regit, aut regere congrue poteſt tam inter duo q̃ plura: & tam ea quæ eiuſdẽ ſunt naturæ: q̃ quæ diuerſæ locari poteſt. ſi tñ ſententia conſtare poterit. Interrogando autem: & indiffinite loquendo damus comparatiuo uter & utrum: ſuperlatiuo quis & quid.

℄ Conueniunt ergo cõparatiuum partitiue tentum: & ſuplatiuum in duobus: quia utrunq; regere põt genitiuum: & uult dũtaxat poni inter ea quæ ſunt eiuſdẽ naturæ. Differunt aũt in uno: q cõparatiuum iter duo aut in duas partes diuiſis locum hẽt: ſuplatiuum ecõtrario tentum inter plura duobus. Exẽplum de duobus: ut Manuum dextra fortior eſt: Aiacum Telamonius. De duabus partibus: ut Romanorũ maior pars meliorem uicit. Exẽplum de pluribus: ut digitorũ medius lõgiſſimus: Græcorum Achilles fortiſſimus. In his aũt tribus utrũq; differt à cõparatiuo cõparatiue tento. Primo quia illud ablatiuum regit: hæc genitiuũ regunt. Secundo qa illud tam inter duo: q̃ inter plura, & econuerſo. Hæc dũtaxat inter ſimi poni uolunt. Tertio quia illud tam iter ea quæ diuerſæ: q̃ inter ea quæ eiuſdẽ ſunt naturæ locari poteſt. ſic tamen ut ſubaudiatur reliquis aut cæteris: hæc tãtum inter ea quæ eiuſdem dixi. ſic tñ &c. quia dum dixit Statius: Et melior ſis quæſo deis: ſubaudit cæteris. Et Vale. Maximus dicens: Omni ciue maior: ſubaudit reliquo: alioquin ſnia non conſtaret. Nã ut auctor noſter in Pogium annotauit: inepte dixit ille: Ariſtoteles dixit: Democratiam oĩbus peiorẽ: quia ipſe (inquit) dixiſſem olum peſſimam nõ peiorẽ: ſicut hic homo eſt omnium peſſimus: non oĩbus peior: ne ſeipſo peior eſſe dicatur: & ſuplatiuum ad ea quæ ſunt eiuſdem generis cõparetur. Cõparatiuum uerò ad diuerſa &c. Dum uerò de diuerſis loquitur non eſt opus ſubaudito: ut prior aliis: præſtantior ſuperioribus & uenturis Perſis. Importunior ſupioribus. Peior aliis: & in cõſimilibus locutionibus. Similr̃ ubi nõ eſt ablatiuus: ſed caſus reſolubilis in ablatiuũ: ut prior ante hos non reſoluã: ideſt prior horũ. ſed his. Similiter Aenei. 1. Scelere ante alios Imanior oẽs: Quos intermedius uenit furor. i. imanior aliis oĩbus: non aliorũ oĩum. Quãdo autem dico: Inter Romanos maior pars meliorẽ uicit: reſolui licet in genitiuum Romanorũ. Et inter manus meas, aut è manibus meis meliorẽ amiſi: reſoluam manuum mearũ &c. Tunc aũt ſciuntur eſſe eiuſdẽ naturæ: qñ genitiuus non collectiuus cõformari poteſt: uere & congrue cum gradu: unde non recte dicam: Achilles erat fortiſſimus Troianorũ: quia non erat fortiſſimus Troianus. Neq; dicam erat fortiſſimus ſuorũ ſociorũ: quia non erat ſuus ſocius. Nec Maia eſt fortiſſima ſuarũ ſororũ: quia non eſt ſua ſoror. In collectiuis aũt non ita. Nam optimus plebis aut populi non eſt optima plebs aut populus. ſed in plebe aut populo &c. Nihil ergo facit in auctorẽ noſtrum Mancinelli Limax cuius iſtic obtuſiores ſunt dentes q̃ ut quicq̃ abradant. Sunt autem hmõi. Priſcianus lib. 3. ſic ait. Fit autem cõparatio ad unũ uel ad plures tam ſui generis q̃ alieni. Quãuis græci honoris cauſa ſuæ gentis magis q̃ ratione ueritatis dicant non poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationem &c. Itaq; Priſcianum recte docuiſſe cõparationem apud Latinos fieri ad unum, uel ad plures: tam ſui generis q̃ alieni: auctoritate oſtẽdam. Statius enim lib. 8. inquit: Sed pectora flectas: Et melior ſis quæſo deis. Verba ſunt Amphiarai ad Plutonem. Valerius item Maximus lib. 4. cap. 13. Idẽ ſenſit Fabricius Licinius honoribus & auctoritate omni ciue tẽporibus ſuis maior. Et libro. 6. cap. 2. Tertium te importuniorẽ ſupioribus habere cœpimus rectorem. Ipſe quoq; Laurentius Vallenſis lib. 7. Herodoti ita ſcripſit: Poſtq̃ Merdonius Dñe inquit. Tu uerò non modo ſupioribus Perſis: ſed etiam uenturis es præſtantior. Hæc ille. Idem rephendit qđ dixit nullam literam noui teſtamenti eſſe latinam ſic: Secus eſſe alibi ipſemet fateris libro 3. cap. 22. dicens. Vnde interpres noſter trãſferens maluit latine q̃ grãmatice loqui. Parſius igit̃ agendum erat &c. Verũ diceret ſe dicere nullam eſſe latinam ſic: ut nihil cõtineat barbarici: ita ut per eam poſſit latinitas cõfirmari: q̃uis nulla ſit tã barbara quæ non multa dicat latine. De prior autẽ dicit ſic. Prior non ſolum ad unũ refertur: ſed etiam ad plures. Nam Aulus Gellius lib. 14. cap. 7. refert Varronẽ in literis quas ad Oppianum dedit ſcripſiſſe ita: Quotieſcunq; uſu uenit ut oẽs iſti magiſtratus eodem tpe Romæ eſſent: qui eorũ prior aliis eſſent: & potiſſimum ſenatus cõſulendi ius fuiſſe. Saluſtius itẽ in Iugurtha ſcribit Micipſam Maſſiniſſæ Iugurthæ Manaſtabalis fratris ſui filio ita dixiſſe: Cæterũ ante hos te Iugurtha: quia ætate & ſapientia prior es: ne aliter quid eueniat prouidere decet &c. Ante hos aũt intelligit Adherbalẽ & Hiempſalem filios ſuos Micipſa. Apuleius quoq; lib. 2. florũ ait: Vt Hippias è numero ſophiſtarũ eſt artium multitudine prior omnibus: eloquentia nulli ſecundus. Hæc ille. Vbi Apuleiũ inepte locutum: quis non uidet? niſi ſubaudiatur (quod tñ durum eſt) reliquis aut cæteris. Quærunt multi qũo græci conſulant honori ſuæ gentis non faciendo cõparationẽ ad multos ſui generis: ſed ſuplationem. Nẽpe q plus eſſe in ſuplatiuo Priſcianus putat q̃ in comparatiuo. Itaq; honeſtius dicit Achillem fortiſſimũ græcorũ q̃ fortiorẽ græcis. ſubaudi cæteris. Nã etiam ſm doctrinã Vallæ ut fortiſſimus ſit græcorũ neceſſe eſt tris gradus fortitudinis eſſe iter græcos: ut uerò fortior ſit reliquis græcis. ſatis eſt duos eſſe utpote ſi cæteri oẽs in uno ſint gradu fortes. & Achilles illis fortior in altero. Sed cum obſcura ſit hæc ratio Priſciano declaranda fuit.

Quæſtio præclara.

PETrus de FON.

℄ SVPERlatiuum nomen qđ ad plures ſui generis cõparatum oĩbus supponitur: uel per ſe prolatum ſignificat quãſi potiſſimum: cum hoc aduerbio ualde: ut Ariſtoteles phorũ doctiſſimus: & illa formanẽ à dictionibus quæ incrementum ſeu augmentum recipe poſſunt: ut Saluſt. in Iugurtha: Sylla cum equitatu apud Deſtimos. Varro de Hæreſibus à primo computo Deſtimam uiam uenit: eadem quoq; ratione dicetur dexter dextra dextrum. pro dexterior dextimus.

℄ Comparatiuum ad unum: Superlatiuum ad plura. Cap. xv.

INter cõparatiuum, & ſuperlatiuum ea inprimis, quæ apud græcos, differentia eſt: quod cõparatiuum refertur ad unum: & ſuplatiuũ ad plura. quod reprehẽdit Priſcianus, inquiens. Fit autem cõparatio uel ad unũ, uel ad plures tã ſui generis, q̃ alieni: quãuis Græci honoris cauſa ſuæ gẽtis magis, q̃ rõne ueritatis dicunt nõ poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationem. Alii autem

Cõparatiuũ ad unũ & ad plures ſm Priſcianũ ſuplatiuum ad plures.

Diminutiua à cõparatiuo.

dicunt: hanc eſſe rõnem, propter quã non utuntur tali cõparatione: quod cum ad plures ſui generis fit cõparatio: ſuperlatiuo poſſumus uti: ut fortiſſimus Græcoꝝ Achilles. Sed ſuplatiuus multo alios excellere ſignificat: cõparatiuus uerò poteſt & paruo ſupantem demonſtrare. unde etiam diminutionem iure accepit apud nos: maiuſculus minuſculus. Hæc Priſcian⁹. à quo tam pro Græcis, q̃ pro Latinis diſſentio. Nam quæro à Priſciano: quonã modo Græci diſtinguerent ſenſum cõparatiui à ſenſu ſuplatiui: cũ ipſi quoq; cõparatiuo genitiuum tribuant? niſi hac ratione: ut hoc ad unum, illud referatur ad plura. loquor: quoties cõparatio fit ad eos, qui ſunt eiuſdẽ generis. nam ad eos, qui ſunt alieni: neceſſario quoq; utunt̃ genitiuo per cõparatiuum: cum ablatiuo careant. Cum dico cõparationem: more Priſciani tam ſuplatiui, q̃ cõparatiui intelligi uolo. Atqui apud Latinos iſta ambiguitas non eſt: qui cõparatiuo ablatiuum tribuimus. de hoc paulopoſt rñdebo. Tamẽ tanti momenti eſt illa Græcoꝝ ratio: ut eã Latini ad formam græcæ conſtructionis imitati ſint: hoc eſt, ut cum genitiuo iungerent comparatiuum: utiq; inter duo: (nam ſuplatiuum nõ dubiũ eſt hẽre locum inter plura) ut Aiacum fortior fuit Thelamonius: & manuum melior eſt dextra. ſi uerò tres Aiaces fuiſſent: diceremus nõ fortior, ſed fortiſſimus: ſicut digitoꝝ lõgiſſimus eſt, nõ longior, medius. Horatius, O maior iuuenum, inquit. ad duos enim Piſones filios, patrẽq; ſcribebat. Ouidius in pſona Medeæ: quæ duos filios habuit. Cum minor è pueris iuſſus, ſtudioq; uidendi Conſtitit ad geminæ limina prima foris. Et Cæſar, ſiue alius pro Cæſare in cõmentario. x. In teſtamento Ptolemæi pr̃is hæredes erant ſcripti ex duobus filiis maior, & ea, quæ ætate antecedebat. Ideo maior Aiax, & minor: ille Thelamonius: hic Oilei fili⁹: ſ maior, & minor Atrides: ille Agamẽnon: hic Menelaus: maior Cato, & minor: maior, & minor Scipio: de duobus Africanis: maior Cyrus, & minor: ſiue ſupior, & poſterior: nam tp̃s ſignificamus: nõ dignitatem maiorẽ, minoremúe. De malis tñ non maior, & minor dicimus: ut Dionyſius ſuperior, & Dionyſius iferior. Qui numerus cum ſuperat: nõ per cõparatiuum, ſed p poſitiuum, aut per ſuplatiuum loqmur: ut magnus Alexãder, magnus Pompeius, Fabius maximus, Valerius maximus. Et hæc eſt Græcorum ratio. in qua nobis cum illis cõuenit: quod ad unum ſui generis utẽdum eſt cõparatiuo: ad plures ſuplatiuo. ideoq; curioſiſſimus in loquẽdo, & recõditiſſimæ ſcientiæ Macrobius in Saturnalibus mihi non probatur: ubi dixit. Age Serui, non ſolũ adoleſcẽtium, qui tibi æquæui ſunt: ſed ſenum quoq; oium doctiſſimus. Non enim eiuſdẽ generis adoleſcẽs cum ſenibus: nõ aliter: q̃ ſi dicam. ego ſum doctiſſimus Romanoꝝ, & Carthaginẽſium. ſi Romanus ſum: tollendum eſt Carthaginẽſium: ſi Carthaginẽſis: tollendum eſt Romanoꝝ: ſi neutrũ: utrunq; male iungitur. Et Priſcianus in primo. Oium eſt breuiſſimum eoꝝ, quæ diuidi poſſunt: id quod diuidi nõ poteſt. Nõ aliter: q̃ ſi dicas. hæc eſt pulcherrima ſuaꝝ ſoroꝝ. cum ſit dicẽdum. hęc eſt pulcherrima ſoroꝝ. nam ſoroꝝ ipſa una eſt: ſuaꝝ non eſt. quid autẽ ad plures generis diuerſi? Nẽpe nos, qui ſextum caſum habemus ſimillimum genitiuo: adhibemus: ut Achilles troianis fortior fuit: & ego ſum doctior Carthaginẽſibus: qui nõ ſum doctiſſimus Romanoꝝ: & tu doctior es ſenibus: iuuenum lõge doctiſſimus. Græci eodẽ genitiuo utunt̃. ut ſit hæc differentia: ſuplatiuum ad plura ſui generis: Cõparatiuum ad plura diuerſi generis cõparari. qđ Priſcianus reprehẽdit, nolens illam dr̃iam iter hos gradus eſſe: ſed hãc: quod ſuplatiuus multum, cõparatiuũ paꝝ excellere ſignificat. Quæ ratio præterq̃ qđ non ſatis defendit opinionẽ Gręcoꝝ, atq; adeo uſum Latinoꝝ: etiam falſa eſt. neq; enim, ut ipſe uult: quia cõparatiuum diminutionẽ accipit: ideo paꝝ ſignificat: & non potius multum: qa dimminui poteſt: & pręſertim dicat: cõparatiuum aliqñ tranſcendere ſuplatiuum: ut Achilles fortiſſimo Troianoꝝ Hectore fortior fuit. Sed ego in hoc nõ laboro: quod cõparatiuum modo trãſcendat: modo minuat̃: quæ res non mutat naturam cõparatiui. Aliud aĩaduertendum eſt, quo ſolo ipſi gradus cõparationis ponderant̃: quod cõparatio unum gradum obtinet, ſiue primum: ſuperlatio uero ultimum: atq; (ut ego ſentio) nõ ad ſingulas res, ſed ad gradus quoſdã illa referenda ſunt. nã ubi fuerint multa eiuſdẽ generis: nõ tñ cadat ſuplatio, uno eminente, cæteris paribus: ut ſi inter plura uaſcula, aut plura nauigia ad unam magnitudinem facta aliqđ ſit longe capacius, & grandius: non recte dicas. hoc eſt oium maximum. neceſſe eſt ubi ſuplatio eſt: ibi ſit & cõparatio: ut aliquod ſit maius aliquo: & itẽ alteꝝ maius hoc: quod erit iam maximum oium. Et in Troianis ſunt aliq fortes: & his alii fortiores: atq; his alii adhuc, qui uocantur fortiſſimi. Itaq; nunq̃ citra tertium numeꝝ fit ſuplatio. At Priſciano uidetur: ſi cætera paria nauigia aliqđ paululũ antecederet: dicẽdũ maius cæteris: ſi multo: maximum oium. Quid ergo ſi inter hæc ipſa paria

Cõpatiuũ ad unũ tã tum.

Cõpatiuũ ãtum ĩn- er duo.

iax uter-

acrob. rpitur.

Pulcherrima ſuaꝝ ſoroꝝ male dici.

Cõpatiuũ ad plã diuerſi gñis

unum, utcunq; emineat, eiuſdem tamen generis, non diuerſi: quõ dicẽdum erit? Cõparatiuum non refertur ad ea, quæ plura ſunt eiuſdẽ generis: & ſuplatiuum nõ habet locum īter paria. malim ego dicere per cõparatiuum: ſed in ablatiuo: ut maius cæteris. nam inter duo (ut dixi) damus genitiuum.

Cõpatiuũ inter duo gtõ iũgit.

Quidam dant genitiuum etiam: ubi plura duobus ſunt: ſed tãtummodo eccleſiaſtici: præſertim imitati græcos auctores: unde interpretantur. nulla enim littera eſt latina noui teſtamenti. Dicunt ergo: maior diſcipulorum: minor fratrum: ſiue q̃a cæteri pares ſũt: unus autem aut excellat, aut excellatur: ſiue non magnifecerint hanc differẽtiam ſuperlatiui, & cõparatiui, altero pro altero, hoc eſt cõparatiuo pro ſuplatiuo utentes: ut ex illo loco datur intelligi. Qui uult īter uos maior eſſe: ſit ueſtri minimus. Cur non dixit maximus, minimuſq;? aut maior, minorq;? niſi quod pro maximus poſuit maior. in quo græcum ſecuti ſumus. In illo autem, licet huc parum pertinet: græcum non ſequimur. Nunc manet fides, ſpes, charitas: tria hæc: maior horum eſt charitas? Cur nõ aut maior harum, aut minus horum? Græci genitiuum hunc in generibus unum habẽt: qui eſt τούτων. Verũtamen potuiſſet latinius dici maximum: niſi Græcos imitari maluiſſemus: Græcos inquã: unde traduxerũt: non autem ueteres illos: & ex quibus grãmatica confirmatur. Nam ut charitas eſt maior cæteris: ita cæterarum duarum (ut opinor) altera alterã ſuperat: raroq; reperitur numerus triũ: ubi nõ potius ſuplatio cadat, quæ tres diuerſas exigit quãtitates: q̃ comparatio. ideoq; Græci cõtenti fuerunt dicere cõparationem ad unũ, ſuplationem ad plures: quaſi oĩa inter ſe aliud ab alio diſtantia. Quin ipſe Priſcianus: q̃q̃ diſſentit: tñ paulo poſt quaſi imprudẽs qd̃ negauerat, confeſſus eſt: prior referri ad unum: primus ad plura.

Prior ad unum. Primus plura.

quod antea Diomedes, Donatus, & Seruius dixerant. ideoq; illud iungi ablatiuo, more cõparatiuorum: hoc autem genitiuo, more ſuplatiuorum. Quæ non ſignificant melior, & optimus: quẽadmodum ipſe uult: ſicut nec potiſſimum pro optimum: (in phor. apud Terẽtium. Vbi dubites, qd ſumas potiſſimum) ſed in his oĩbus principalior, principaliſſimus, & principaliſſimum.

Cõcluſio deputationis.

Lactãtius carpitur.

Quod cum ita ſit: ut in ſũma colligam: & breuiter dicam, ut à principio īſtitui: cõparatiuum īter duo eſſe: ſuplatiuum īter plura: ſi modo tria ſint īparia. ueluti ſi in duas partes diuiſa ciuitas eſt: ut bello ciuili Pompeii, & Cæſaris: recte dicas: maior pars Quiritũ ſequebatur Põpeium: minor Cæſarem: nõ autẽ maxima, aut minima: niſi accipias pro ualde magna maximam, & pro ualde parua minimam. ſi in tres partes: ut in tp̃e triũuirali: dicendũ erit. maxima pars Quiritum ſequebatur Octauium: maxima pars legionum erat cum Lepido: maxima pars nauium erat cum Antonio: nõ maior. In quorum utroq;, ne quis putet neminẽ hæc ignorare: peccauit Lactantius, uir latinus planè, & facundus: qui in ſecũdo libro inſtitutionum inq̃t.

Lactãtius notatur.

Vt poſſis dubitare quos dicas potiſſimum ſtultiores: illos ne: qui falſam religionẽ ſuſcipiunt: an qui nullã. Et in ſeptimo. Vt ea ipſa, quæ dicerem: nõ noſtris, ſed aliorum potiſſimũ litteris confirmarem. Potiſſimum dixit pro potius. duæ enim partes erãt: nõ multæ: ut apud Quintilianum. Hoc loco quæram neceſſe eſt: quæ ratio fuerit: ut iuuenis ad parricidium ſuo potius gladio uteretur? Tãetſi non abſurde hic potiſſimum dici poſſet: quaſi ſuo ex oĩbus potiſſimum: & in illo Lactãtii quoq;: ſi tale foret: non aliorum, ſed noſtris potiſſimum: quaſi ex oĩbus potiſſimum: eruntq; multæ partes, & totidem, quot ſunt genera litterarum: uel non aliorum, ſed noſtris potius: eruntq; duæ partes: hinc noſtræ litteræ: illinc alienæ. Idem Lactantius in primo. Oẽs Sibyllæ unum deum prædicant: maxime tñ Erithrea: quæ celebrior, & nobilior īter cæteras habetur. Celeberrima, & nobiliſſima dicẽdũ erat. Cicero aũt quodã loco id, qd̃ dico, aptiſſime oſtẽdit: cum ait in Piſonem. Me cum quæſtorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuffragiis populus Ro. faciebat. Aedilem priorem dixit: quia duo tantum erant ædiles: ſicut duo cenſores, & duo cõſules: cæteri autem ferè oẽs magiſtratus multi: ut prætor, quæſtorq;: inter quos ſe creatum dixit aut primum, aut īter primos.

Aediles duos tantũ fuiſſe.

Cuius rei ſi q̃s fidem deſideret: bini ſemper ædiles noĩantur à Terentio: ipſe Cicero pro Milone inquit. Septem prætores, octo tribuni plebis, illius aduerſarii, defenſores mei. Nam quæſtores penè ſinguli ſingulis ꝓuinciis præficiebantur. Et exẽplo Lactantii admoneor: ut dicam: illam præpoſitionem, inter, tam cõparatiuo, q̃ ſuplatiuo poſſe dari: ut conſtat ſuperioribus, quæ rettuli, exẽplis: & Quintiliani in Gladiatore: Qui īter nos ut apparet, fortior fuit: Et in geminis languentibus: Dii ꝓhibeant: ut ex duobus filiis uilior īcipiat eſſe periturus.

Inter tam cõparatiuo q̃ ſuplatiuo.

De ſuplatiuo ipſe paulo ante protuli exẽplum. Celeberrima inter oẽs, & nobiliſſima habetur. Quæ ſi pares præter unam fuiſſent: utẽdum putarem cõparatiuo: ut fecit Lactãtius. Solemus quoq; in interrogando, & dubitãdo dare utrum cõparatiuo: quid autem ſuplatiuo: ut idem Quintilianus.

Vtrum cõparatiuo. Quid ſuplatiuo. Vter de duobus. Quis de pluribus.

Ita non

Ita non tantum, utrum ſit melius, ſed quid ſit optimum, quæritur. Iterum. ex duobus uter dignior: ex pluribus quis digniſſimus. Et Cicero. Cum quærere uidetur orator: utrum potius, aut quid potiſſimum dicamus? Tamen aliqñ damus, quid, etiam comparatiuo. Sed ego ad altiora ducente ſtilo tranſeo: & ad ea, quæ oratorum magis ſunt, q̃ grãmaticorum: & magis latine elegãterq; loqui uolentium: q̃ eorum, qui ad normam grãmaticæ periti eſſe cõtẽti ſunt. quare ſeparemus ea, quæ de hac re ſuperſunt dicenda: & eis ſuum locum aſſignemus. quæ et ſi poſſent poſterius tractari: tamen quia ad materiam graduum pertinent: in hoc potiſſimum loco exequamur rem dignam auribus ſtudioſorum: de exactiſſima antiquorum latinitate, & elegantia M. T. Ciceroni, Marcoq; Fabio Q uintiliano præcipue obſeruata, duobus luminibus atq; oculis, tum omnis ſapientiæ, tum uerò eloquentiæ latinæ.

Epitome capitis. xvi.

ASCEN. QVISq; frequenter & eleganter ſuplatiuo tam diuerſi q̃ eiuſdẽ caſus ponitur: rarius & minus eleganter cum cõparatiuo: neq; pulchre cum poſitiuo. niſi ſuplatiuus in uſu nõ ſit. Ponitur tñ decenter cum numeralibus ordinibus. Item cum unus per cõpoſitionem: cũ ſingularis: cum quotus pro quot. Caret aũt cum adiectiuo genitiuo plurali: pro quo ſingularẽ uſurpamus. Ois uerò elegãter cum poſitiuo: & interdũ cum comparatiuo: raro admodum ſuperlatiuo ponitur.

Exempla ſunt. Optimus quiſq; chriſtianus: ſeptimo quoq; die rem diuinã audit. Ois aũt religioſus oi ſolẽniori die cõfitetur prius q̃ rem diuinam faciat: Strenuus uerò quiſq; miles priuſq̃ arma tractet dixi rarius & non pulchre: q̃a non eſt neͣgãdum qn ſecus fiat aliqñ. Vnde dicit auctor: Maluiſſem ego dicere oia placidiora. q. d. Scio qdẽ aliter quoq; dici: ſed minus elegãter: unde de unuſqſq; dicit q̃ non facile patitur ſuperlatiuum &c. pag. igitur faciunt Mancinelli annotamenta: cum aſſumat eadem exẽpla quæ auctor approbat. Nã in ſequenti capite fatet̃ quiſq; cum eo: & quo etiam cõparatiuo iunctum. Mancinelli autẽ uerba ſunt. Boni quiſq; & ſapientes quiq; latine non barbare dr̃. Apuleius enim in prima oratione inquit: Naq; peccatũ ſemel: ut bonus quiſq; ſollicitus cauet ita &c. Tranquillus de Othone: Ferebatur & uagari noctibus ſolitus atq; inualidum queq; obuioꝝ uel potulentũ corripere: ac diſtento ſago impoſitũ in ſublime iactare. Tacitus lib. 12. Trepidatione uulgi inualidus quiſq; obtritus. Itẽ præterea probatur quiſq; cõparatiuo iungi ſic: Vegetium & Lactantium recte ſcripſiſſe Quintilia oſtendit. nam lib. 2. cap. 3. inquit. Erit eo obſcurior quo quiſq; deterior; ſic ille. Quibus oſtendit ſe mentem Vallen. non accipere. Nam uult qſq; non cohærere principaliter comparatiuo: ſed tunc quando eſt particula quæ comparatiuo cõſentit: ut eo uel quo: ſicut in ſequenti capitulo dicit Quintilianus. Quo quiſq; ĩgenio minus ualet hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur. Modo ergo diceris quiſq; melior, aut melior quiſq; hoc facit. ſed quo quiſq; melior eſt: eo diligentius deo ſeruit: quia ordo eſt quiſq; ſeruit: eo diligentius deo quo melior eſt. Præterea cum Mancinellus probat unuſquiſq; ſuperlatiuo iungi dicens: Vnuſquiſq; optimus dici quoq; recte oſtendit Valerius Maximus lib. 4. cap. 3. de Fabricio ſic dicens. Cenſu par unicuiq; etiam pauperrimo: uidetur ſubaudiri etiam: ut ſit unicuiq; etiam pauperrimo: ſed ut notum eſt unum exemplum non facit regulam. Valla etiam abunde hæc purgat in Raudenſem ſo. 7. ut impreſſimus.

Adiectiue q̃ſq; poſitũ iter ſuplatiuũ & ſubſtantiuũ tenet̃, nec eiuſdẽ ſuplatiui natura fruſtrat̃.

De quiſq; cum ſuperlatiuo: de ois cum poſitiuo, & aliquãdo cum ſuplatiuo. Cap. xvi.

IGitur ſuplatiuus aſciſcit ſibi quiſq;: relinquit aũt omnis, & cunctus poſitiuo. ut optimus quiſq;, ſapiẽtiſſimus quiſq;, pro eo quod eſt: unuſquiſq;, qui eſt bonus, ac ſapiens: uel oẽs boni & oẽs ſapientes. nõ enim liceret dicere boni quiq;, & ſapientes quiq;: nec oẽs optimi, & cuncti ſapientiſſimi. Nõ recte ergo Priſcianus in prohemio. oium iudicio cõprobatur eruditiſſimoꝝ. Idem intelligo: ſi ſuplatiuus in alio caſu ponatur: q̃ illud quiſq;, ſic. maximo quiſq; aio diuitias deſpicit. ualẽtiſſimi quiſq; corporis longe abeſt à ſapientia. At uerò cõparatiuis non quiſq; cõuenit: ſed ois. Vegetius tñ non perpolitus ſanè ſcriptor inqt: Honeſtiores quiq; milites: pro honeſtiſſimi quiq;. Et Lactantius de opificio. Nã ſi ita eſſet: placidiora quæq; aialia uel nihil felis oino, uel minus haberent, q̃ feræ. Maluiſſem ego dicere: oia placidiora aialia: ut Q uintilianus in ægro redẽpto. Rus, ſeruulos, penates, & oia utiliora properanti feſtinatione parẽtis addixi. Ex poſitiuis autem illa excipiuntur: quæ carent ſuperlatiuo: qualia ſunt quæ habent i, uel u, ante us: ut pius, & ſtrenuus: quæ nõ nunquã patiuntur ſuperlatiuum: ideoq; utranq; rationem ſequuntur: omnis pius: & pius quiſq;. Saluſtius in Iugurthino. Nam ſtrenuus quiſq; aut occiderat in prælio: aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Ipſe mallem dicere: ſtrenuiſſimus quiſq;: piiſſimus quiſq;. Quidam tamẽ Saluſtiani codices ſcriptum habẽt ſtrenuiſſimus. Carent etiam ſuperlatiuo illa numeralia: ſecundus, tertius, quartus, quintus: & deinceps. nam primus, etiam cum numerum ſignificat: ſuperlatiuum eſt: & ultimus. Dicimus itaque primo quoq; tempore: primo quoq; die. Q uod imperitiores putant eſſe coniunctionem quoque quæ habet primam breuem: cum hic ſit longa. Cicero in Philippicis. Primo quoque die conſules ad ſenatum referant. Q uanquã hic non tam omnis: q̃ unus omnium primus dies ſignificatur. Idẽ pro Rabirio. Tertio quoq; uerbo excitabatur. & pro eodem Rabirio. Q uinto quoq; anno de moribus noſtris iudicaretur. Cæſar commẽtario quinto. Legione producta, cognoſcit non decimum quenq; eſſe reliquum militẽ ſine uulnere. Suetonius in uita Cæſaris. Et intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoq; anno intercalaretur. Q uod ineruditi ſic pronuntiare ſolent. omni quarto anno eſſe biſextum: omni quinto anno ſit luſtrum apud Romanos Græcoſq;: oi quin

Quiſq; cũ ſuplatiuo Omnis. Cunctus cũ poſitiuo. Ois cum cõparatiuo.

Noia que hũt i, uel u, añ us.

Noia numeralia ſuplatiuis carent.

Quŏque pria breui.

Iubileum Iudæoꝝ.

quageſimo anno Iudei agunt iubilæum: cum ſit dicendum: quinquageſimo quoq; anno. Vulpianus apud Iuſtinianũ libro uigeſimoſeptimo ait: Militem, quaſi milleſimum quéq; dictum: ideſt oẽm, qui ex millenario numero ultimus. tñ accipiendus eſt nõ ultimus: ſed quiſq; ex eo numero. nam cũ dico. dabo tibi ex ouibus decimam quãq;: non eam intelligo: quæ decima in numerãdo eueniet: ſed unam de decẽ quæcũq; ſit: uel (ut abſolutius loquar) ſingulas ex denis: ſiue ex decem: quas tu elegeris. Itaq; unaquęq; poteſt eſſe decima. Et exẽplo Cæſaris conſtat: decimum quéq; eẽ unum ex numero denario. Ita dicamus milleſimum quéq; unum ex numero millenario. Iuriſperiti noſtri elegantiæ latinæ ignari intelligunt militem ex mille maxime ſtrenuum. Vnde puto errorem ortum de uocitandis militibus hoc tẽpore inſigne quoddã dignationis ferentibus. Sed ad rem. Hinc etiã factum eſt: ut dicamus: unuſquiſque, & ſingulus quiſq;: non ſingulisſimus: quod non reperitur: ſicut nec unicus habet unicior, & uniciſſimus.

Decimus quiſq; quõ intelligat.

Vnuſquiſq; Singulus quiſq;.

Quotus etiam iungiẽ cum quiſq;: ſed tamen diuerſa ratione à ſuperioribus. nunquã enim ferè utimur hac dictione, niſi interrogatiue, & in ſignificatione, quæ eſt quot. quotus enim frequẽter ſignificat quot: ut Martialis. Dic quotus es? quanti cupias cœnare? nec unum. Addideris uerbum: menſa parata tibi. ideſt quot eſtis: & quot tecum habes. Cicero pro Ligario. Quotus enim iſtud quiſq; feciſſet? ideſt nullus, uel rarus. Ouidius de arte. Forma dei munus: forma quota quæq; ſupbit? ideſt nulla, uel rara. Non uenit in mentem: an cum aliis nominibus iungatur quiſq;. Hoc tamen ſcio nõ habere genitiuum pluralem dũtaxat cum adiectiuo iunctum: ideoq; utimur genitiuo ſingulari pro plurali. idem enim eſt: optimi cuiuſq; animus: quod, omnium bonorum animus. Vnuſquiſq; autem ideo non facile patitur ſuperlatiuum: quia illud, unus, uim quandam ac naturã (ut pauloante oſtendi) ſuperlatiui obtinet: potiuſq; dicimus unuſquiſq; bonus: q̃ unuſquiſq; optimus. Atq; hæc hactenus de quiſq;.

Quotus quiſq;.

Vnus uim ſuperlatiui habet.

Epitome capitis.xvii.

ASCEN. Vt & ita.

VT ET Ita conſimiles eſflagitant gradus: ideoq; ſi quiſq; interuenit ſuperlatiuos ferè exigunt: ſed eos: aut nominales ambos: aut aduerbiales ambos. aut alterum nominalem: alterum aduerbialem. Quid autem & omnia eius cõpoſita quæ ſ ante d uel c habent: ſubſtãtiua ſunt genitiuum alterius ſubſtantiui: aut adiectiuũ eiuſdem caſus eſflagitantia: quod uerò cũ ſuis adiectiuum & ſubſtantiuum conſimilis caſus deſiderãs; ut quid monſtri alis? & quod monſtrum alendum prędicas? Quæcunq; autem uim ſuperlatiuam habent: poſitiuo magis q̃ ſuperlatiuo cohærent.

Quid & eius cõpoſita.

Vt in primis: cum primis: inter primos: apprime: præter cæteros. Per, ualde, oppido, ſanè, iter paucos &c. Fruſtra hãc præceptionem taxat Calepinus in uocabulo ita dicens: Licet quidem præceperint in hac iunctura: ita & ut ſemper reſpondere gradus. Ouidius tamen li. Heroidum dixit: Vt ferus eſt: multoq; ſuis truculentior Euris, Spectaſſet ſiccis uulnera noſtra genis. Non enim ſicciorbus dixit &c. hæc ille. Verum illud ita quod Ouid. ſubintellexit ad primam particulam: quæ cum ut iungitur, retulit: non enim dixit ut ferior eſt: ſed ut ferus eſt. Taceo quod ut aliter accipi poteſt, & ſine ita poni: quocirca locus ille nihil contra nos facit.

De ut, & ita cum ſuperlatiuo: de quo, & eo cum comparatiuo. Cap. xvii.

Addamus de ut, & ita, ſimilibuſque. Duplicatur ſuperlatiuum, uel altera ex parte nomen, ex altera aduerbiũ, uel utrinq; nomen, uel utrinq; aduerbium, cum his ideclinabilibus, quæ nominaui. Cicero de Oratore. Vt quiſq; optime græce ſciret: ita eſſe nequiſſimum. Idem in eodem.

Vt & ita cum ſuperlatiuo.

Vt enim quiſq; optime dicit: ita maxime dicendi difficultatem, varioſq; euẽtus orationis, expectationemq; hominum pertimeſcit. Idẽ de officiis. Vt quiſq; animi magnitudine maxime excellit: ita & maxime uult princeps omniũ, uel potius ſolus eſſe. Quintilianus. Quod ut longe optimum: ita difficillimum. Et iterum. Non ut quicq; primum dicendum: ita primum occurrit. In quo caueamus: ne pro quicq; dicamus quodq;. multum enim refert inter hæc duo. In Catone maiore utrunq; ſuperlatiuum ſuſtulit Cicero. Vt quiſq; ætate antecedit: ita ſentẽtiæ principatũ obtinet. Quod facere alibi ſolemus: ut in illo. Homo in primis doctus: non in primis doctiſſimus: ne duas res ſuperlationem habẽtes coniungamus. Iuſta igitur cauſa quare Cicero ſuperlatiuos prætermiſit. quæ cauſa Donato in eunuchum Terentii non fuit: qui ait. Vt quiſq; miſer eſt: ita ſenior uidetur. nam præter id, quod non adhibuit ſuperlatiuum: etiam confuſionem quandam fecit ex poſitiuo, & comparatiuo. quod ita emendemus, tum per aduerbium, ſic: ut quiſq; maxime miſer eſt: ita maxime ſenex uidetur: tum per nomen, ſic: ut quiſq; miſerrimus eſt: ita annoſiſſimus uidetur: tum per alterum nomen, ita: ut quiſq; maxime miſer eſt: ita annoſiſſimus uidetur: uel: ut quiſq; miſerrimus eſt: ita maxime ſenex uidetur: tum per comparatiuum: (nam & hoc idem efficit, quod ſuperlatiuum) hoc modo: quo quiſq; miſerior, uel quo quiſq; magis miſer eſt: eo ſenior, uel eo magis ſenex uidetur. Quod ita licere fieri, exemplo probandum eſt. Quintilianus ſecundo inſtitutionum. Quo quiſq; ingenio minus ualet: hoc ſe magis attollere, ac dilatare conatur. Et paulo poſt. Erit eo ẽt obſcurior, quo quiſq; deterior, Iuſtinus autem, ſiue Trogus ſuplatiuum cum

Quo et eo cũ cõparatiuo.

Eo cũ cõparatiuo.

comparatiuo miſcuit, inquiens libro. xvi. Locupletiſſimus ut quiſq; eſt: ita plures equites in bello ſuo regi præbet. Ego dicerem: ita plurimos. quin & ita ab illo ſcriptum fuiſſe ſuſpicari libet. Dicebam paulo ante: non licere dicere in primis doctiſſimus: idē ſentio de inter primos, & cum primis. licet Saluſtius (ſi modo codex non ſit mēdoſus) aliter dixerit. Ac ſane, quod difficillimum eſt, in primis & prælio ſtrenuiſſimus erat: & bonus cōſilio. Similia his ſunt, in paucis, cum paucis, inter paucos: item ſup oēs, ante alios, præter cæteros. Sed hæc etſi poſitiuo frequētius gaudeant: tñ nōnunq̄ patiunt̄ ſuperlatiuum: ut Plinius lib. xxvi. De uſu abſynthii conuenit dicere, herbæ facillime, atq; inter paucas utiliſſimæ. Virgilius in ſeptimo. Petit ante alios pulcherrimus oēs Turnus, auis atauiſq; potēs. Et in eiuſdē opis primo. Pygmalion ſcelere ante alios īmanior omnes.

Inter cū ſuplatiuo

Ante cū ſuplatiuo

Per poſitiuo.

Ante cū cōpatiuo

ℭ Epitome capitis xviii.

ℭ TANTVM & q̄tum & ſilia in uno poſitiuo quadrant. Sed tanto & q̄to, & conſilia in o cōparatiuo: & interdū ſuplatiuo: cæteriſq; uim excedēdi cōnotātibus cuiuſmodi ſunt ante poſt cum cōpoſitis alius, alter, ſecus, & ſimilia. Tam autem & q̄ in diuerſo ſēſu tribus cohærent gradibus.

ℭ Poſitiuo dum tā ualet tātum & q̄tum: ut Vir tā bonus q̄ doctus .i. tantū bonus q̄tum doctus. Cōparatiuo pro tanto & quāto: ut Vir tam melior q̄ doctior. Suplatiuo autē pro ualde: ut Vir ille tā doctiſſimus .i. tam ualde & inſigniter doctus. Vir q̄ optimus .i. ualde bonus aut pro tāto: ut Vir oīum tam optimus q̄ doctiſſimus .i. tanto & quanto ſed pro ualde acceptum & ſuplatiuo iunctum non recipit gradū: ut Vir q̄ optimus nō q̄ optimus oīum: ut in ſequentibus patebit.

ASCEN. Tātum & quantum Tam & q̄. Plus hic ado cōparatiuo ut ualde ſuplatiui dī ut ſapientior pī ſapiētiſſimus ualde & optime ſapiēs.

ℭ De tantum, & tanto, ſimilibuſq; quomodo iungantur gradibus. Cap. xviii.

HOc magis, & eo magis, idem eſt: q̄d tanto magis: item quo magis idē, q̄d quanto magis. Quare admoneor: ut aliquid de hor̄ noīum natura præcipiam: poſitiuos magis decere tātum; & quātū: cōparatiuos tanto, & quāto. Cicero. Quāto es maior: tanto te gēras ſūmiſſius. Non autem quātum es maior: tantum te geras ſūmiſſius. & contra: quātum poteſ: tātum elabora: non autē quanto poteſ: tāto elabora. Lactātius tñ præter morem oratoꝝ inquit. Quanto frequēter impellitur: tanto firmiter roborat̄. Et Boetius in dialecticis dixit. paulo æquales. hic pro paulū dicens paulo: ille pro frequentius, firmiuſq;, frequenter, firmiterq;. Tollerabilius, q̄d fecit poeta Catullus. Tanto peſſimus omnium poeta: Quanto tu optimus oium patronus. In ſuperiore Lactantii exēplo bis peccatum eſt in utroq; mēbro. Quidam alii peccant in altero: ut ſi dicatur. quanto frequētius impellitur: tāto firmiter roboratur: uel: quanto frequēter impellitur: tāto firmius roboratur: niſi ita uenuſte dicas: ut Virgilius in. xii. O pſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci Virtute exuperas: tanto me impenſius æquum eſt Cōſulere. & Quinti. in primo. Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua, ac tubæ faciunt? quoꝝ concentus quāto eſt uehemētior: tantum romana in bellis gloria cæteris præſtat. Quod non licuiſſet aliter dicere. Proxime autem ad uim comparatiuoꝝ accedūt illa aduerbia, ante, & poſt, ſiue præpoſitiones: ut tanto ante ego ueni: quanto poſt tu uenisti. Et illud nomen alius, & ſuum aduerbiū aliter, & huic ſimile ſecus: ut Quintilianus. At quanto alius fuit ille infeliciſſimi iuuenis affectus? Terentius. Veꝝ aliter euenire multo intelligit. Et Cicero. Multo ſecus euenit. Nam q̄d dico de tanto, & quanto: idem intelligo de aliquāto, de multo, de paulo, cæteriſq; ſimilibus. rurſus q̄d de tantum, & quātum: idem de aliquantum, de multum, de paulū, & reliqs. Sed quia hæc tranſeunt in aduerbia: ideo nonnunq̄ (de his, quæ exeunt in um, loquor) abutimur pro his, quæ exeunt in o: præſertim quādo non eſt illa cōtrapoſitio duoꝝ: ut ſuperioribus exemplis oſtendimus. Iuuenalis. Deſpiciam qui ſit quātum ſublimior Atlas. Terentius. Cuius frater aliquantulum eſt ad rem auidior. Quintilianus. Ac quidam, ſi forte ſuſceperint negocia paulum ad dicēdum tenuiora: ea conuitiis implent. Ita in aduerbiis, participiiſq; multum ante, uel multo ante, paulum poſt, uel paulopoſt. Verbis autem ſemp ferè cōuenit per um potius, q̄ per o: exceptis, ab, ante, præ, à poſt, cōpoſitis, more coꝝ, unde componuntur: ut multo præſtat: & multum præſtat. Saluſtius. Multo præſtat beneficii, q̄ maleficii immemorem eſſe. Ita multū, uel multo anteceſſi: paulum, uel paulo poſt habui tua negocia meis. Tam, & q̄ ſimilia, atq; eadem uident̄ tantum & quantum: ideoq; raro cum comparatiuo iunguntur. ut Virgilius. Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flāmis: Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Cū ſuperlatiuo frequentius: ut tam hic eſt omnium optimus, q̄ nobiliſſimus. Saluſtius. Quam quiſque peſſime fecit: tam maxime tutus eſt. Quod idem ualet: ac ſi diceret: ut quiſq; peſſime fecit: ita maxime tutus eſt. Teren. Nanq; adoleſcens quā minima in ſpe ſitus erit: tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.

Tantū cū poſitiuo. Quātū cū poſitiuo.

Boetius paulo

Lactantii error.

Tanto cō paratiuo Quanto cōpatiuo.

Añ cū tanto. Poſt cum quanto. Alius aliter cū q̄to

Secus cū tāto q̄to.

Aduerbia lum, & ol Verba cōpoſita ab, ante, præ, poſt.

Tam & q̄.

Solent poni tam, & q̄ ſeparatim, & alterum ſine altero, utrunq; in ſignificatione uehementiæ. ut Cicero. In tam optima cauſa non debeo timere. ideſt: in tā ualde, ac perualde bona cauſa. Et iterum. Nōdum erat ueſtris tam

grauiſſimis, tamq́ multis iudiciis, ignominiiſq́ cõciſus, id eſt iudiciis uelleis, ignominiiſq́ tantopere grauibus. De quã hoc ſit exẽplũ. Tu es homo q̃ iucundiſſimus: id eſt, ualde, uehementerq́ iucundus. Sed de hoc diſſerendum latius: ideoq́ non in eundem locum includam.

Epitome capitis xix.

ASCEN. Per ſemp poſitiuũ requirit.

PER [illegible] ſignificans ualde, [illegible] poſitiuo & uerbis non cum cõparatiuo aut ſuplatiuo componi uult: q̃ autem pro eo qđ eſt quantum poſitiuo quidem adhæret ſed non principali uerbo nec ſine figura dicendi. Nã aut ironice, aut admiratiue, aut [illegible], aut [illegible] loquimur. Raro autẽ admodum ſic ſuplatiuo iunctum legas. Sed q̃ pro quãto legitime licet non frequenter cõparatiuo datur pro ualde autem ſuplatiuo: ideoq́ cum uerbo principali & [illegible] figuram [illegible].

Reſpiciendum itaq́ eſt ad ſignificationẽ. Non enim [illegible] directis: q̃ optimum aduenerit, conabimur ſed in eo ſenſu dices cum primũ ut primum uel ubi primũ. Nam utcunque articula in locum q̃ uel quantum [illegible] adhæret [illegible] ſuplatiuũ interueniente uerbo poſſum aut ſimili: ut dicã q̃ potero breuiſſime. Nec tñ pro ualde multis dices q̃ plura: ſed cõplura. Venuſte autem q̃ cum ut aut pro aut relatiuo ſequitur, cõparatiuum hoc pacto iunior es q̃ qui, aut q̃ ut ſale belli geras. Maius eſt opus q̃ pro humeris tuis. Cæterum q̃ ualde inſtum particulæ poſitiuum [illegible] legitime cohæret: ut perq̃ oppido, q̃ ſane, q̃ pauci dicẽdi ſunt periti. At ſuperlatiuo [illegible]: quia ſignificat idem quod per cum poſitiuo; [illegible] nomen.

Exẽplificatio.

conuenire te. Item. eſt mihi iunctum, ac mádatum conuenire te. ubi dicere non poteris, cōueniendi te, Cicero tñ ad uxorem nouo quodam modo locutus eſt. Cum in aīo haberem nauigádi: pro eo, quod eſt nauigare. ut lib. i. de diuinatione. Haberetq́ in aīo nauem cōſcendere. Alio loco dixit. Nam mihi erat in animo mittere ad Dolobellā. Itaq́ ſubintelligit propoſitum, ſiue uoluntas: ſicut in illo fit apud eundem. Cum illius diei mihi uenit in mētem. Et alibi. Non minus ei uenit in mētem poteſtatis, q̄ æquitatis tuæ. Vbi qdam uolunt accipi genitiuum pro nominatiuo. Mihi potius placet ſubintelligi conditio, ſtatus, qualitas illius diei tuæ poteſtatis, tuæ æquitatis: aut aliquid ſimile: ita hic propoſitum, ſiue uoluntas. ut ſit: cum habetur in aīo propoſitum nauigandi. Venio nūc ad accuſatiuum gerundiui. Dicimus itaq́, induxi te ad nauigádum: non autem nauigare: niſi more Græcorum: qui, cum careant gerundio, funguntur infinito cum articulo: raro ſine eo. licet nōſtre quidam frequētiſſime utantur: ut. Non ueni ſoluere legē: ſed adimplere. Pleriq́ eruditorum dixiſſent. non ueni ad ſoluēdam legem: ſed adimplendā: quos & ipſe nunc imitor: & imitandos oībus arbitror. Quā enim cauſam habet: ut alienam linguā ſecteris: relinquas tuam? quanq̄ ne illam qdem ſequaris: cum careas articulis, quibus Græci utuntur: Et quod illi hn̄t ὅτι: tu malis dicere, quia, aut qm̄, q̄ quod: ut in eodem. Putatis: quia ueni ſoluere legem. Cum eſſet dicendum, qđ. Sed ad rem. Vocaui te ad currendum: non currere: ſto ad prædandum: non prædari: ſedeo ad audiendum: nō audire: uado ad uenandum: nō uenari. Rurſus, iuſſi te arare: non ad arádum: cogito inſidiari: nō ad inſidiandum: timeo ædificare non ad ædificandum. Quædam uerba cum utroq́ conueniunt. Hortor te ſtudere: & ad ſtudendum: flagitor reſpōdere: & ad rñdendum: paratus ſum ſcribere: et ad ſcribendum. Ego ſum aptus pugnare: & ad pugnádum: ille eſt idoneus militare: & ad militádum. Quæ noia rara ſunt. Nā pleraq́ hmōi accuſatiuū poſtulāt: ut bonus, utilis, cōmodus, malus, inutilis, incōmodus ad militandum.

Gerūdio: Actō quo utimur.

ℭ Epitome capitis xxviii.

ASCEN. Fore.

ℭ FORE quia futuri tpis ſignificationē habet reſpuit participia: niſi in noia migrant. Cōpoſita a fore futurū quoq́ tpś cōnotant: ſed abſolute ſere pnuntiant. Fore aūt & fores foret non differūt ab eſſem eſſes eſſet: eorūq́ cōſtructionem hn̄t.

Exempla.

ℭ Non ergo dicemus amatum fore: ſed eſſe, aut amatorē fore. Quod aūt Ouid. dixit: Doliturus erit: ſenſus poteſt eſſe ſi quis erit qui poſtmodū ſit doliturus. Itaq́ duo futura nō coincidant. Nā hæ poſſunt ſimul uerificari: Nemo eſt Antichriſtum uiſurus: & erunt multi Antichriſtū uiſuri: ſi qui eum uidebunt nōdum ſunt. Ciceronianū aūt quod Manci. adducit poſſumus cōſtruere: ut fore non detur participio, ſic. Diuinarent fore. i. futurum eſſe. ſtudium tuū mihi aliqñ expetēdum ſubaudi eſſe. Digeſt. exēplum cum auctore militat: qui dicit idem eſſe forē & eſſem: ſi ergo rite dicitur pſtandum eſſet et pſtādum foret. Calepinus aūt ſic: Conſtruit fore quoq́ etiā cum participio pſīus tpis: quod eſt contra Vallam. Cæſar. Nōnulli etiam Cæſari nuntiabant cum caſtra moueri: aut ſigna ferri iuſſiſſet: non fore dicto audientes milites. Verba aūt Mācinelli ſunt. Participium paſſiuū futuri etiā ſi in nomen non reuertit legamus recipe fore. Tullius enim lib. iii. Epiſtolarum Familiarium in ep̄la quadā ad Appium Pulchrū ita ſcribit: Quaſi diuinare tali in officio fore mihi expetēdum aliqñ ſtudium tuum: ſic cum de tuis rebus geſtis agebat inſeruiebam honori tuo. & lib. ix. Digeſtorum ſic legitur: Sufficeret id præſtare quod pſtandum foret. Sed tñ aſſeris idem eſſe forem fores foret: q̄ eſſem eſſes eſſet. Ouid. quoq́ participio futuri in rus etiā futuri uocem coniunxit Metamor. ix. Si quis tamen Hercule ſi quis Forte deo doliturus erit &c. De participio in dus nuſq̄ ſero cum id paſſim legatur. Quæ enim rara inuentu ſunt tantum obſeruo. Hæc ille.

Calepini opinio de hoc noie fore cōtra Vallam. Mācinelli Liuia.

Limæ finis.

ℭ FORE quoq́ ab eo qđ eſt forem ſumitur: q̄ accipitur pro eo qđ eſt futurū eſſe circūloquimur: uidelicet futuri infinitiui modi: & cōpoſita a uerbo ſuo qđ ſum eſt. rōnem ſimplicitatis ſequunt: niſi q̄ poſſum a pot & ſum q̄ cōpos ſum aliqñ excipit t mediam ut potes pōt. Sum pterea uerbū proprie ſubſtātiuū eſt. hoc eſt quid ſubſtātiam ſignificat quoq́: ob idipſum dei pprium eſt ipſo dicēte in Exodo. Qui eſt miſit me ad uos. Sunt tñ & alia uerba que poſſunt dici ppemodum ſubſtantiua: ut ſiſto, exiſto, exto, fio, maneo, uiuo, quæ poſt ſe æque regunt caſum ſimilem pręſenti: ut Cicē in lib. de Amicitia: Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Idem de Senectute: Ipſius Appii extat oratio &c. Hora. quarto: Carmiſis anus & uis formoſa uideri.

PETrus de FON.

Sum ſoli do ſubſt debet.

ℭ De fore, affore, deffore, abfore, cōfore, profore. Cap. xxviii.

Fore.

FOre qdem habet uocem infinitiui: ut eſſe: ſignificationē uero participii, qđ eſt futurū, una cum infinito eſſe. Idem eſt enim fore, quod futurū eſſe: nō tantum eſſe: licet forē, fores, foret, idem ſit, quod eſſem, eſſes, eſſet. Quare cum noie iungi debet fore: non cū participio: ne duo participia ſimul cōfundamus. Spero te amatorē, uel amicum fore: non autem amatum fore: ſed tñ amatum: ne uidearis hoc dicere: te futurū amatum: quod ratio non patitur: cum futurū ſupuacuum ſit. Item de participio paſſiuo futuri. Timeo te uerberādum fore. ſatis erat uerberādum: uel adiuncto infinito uerberādum eſſe. Participia autem pręſentis tpis, & præteriti uident minus cōmunionis habere cum fore, qđ ad futurū ſpectat: q̄ participia futuri tpis: tñ plus habent. Ibi enim ideo non cōuenit: quia ſupuacua ſignificatio eſt: qđ hic non fit: eo, quod ſæpe cum iſtis cōiunctum illud fore repimus: ſed ita ſi tranſeunt in nomē: alioquin non cōgruant diuerſorum temporum eodē in loco participia, ut ſpero te ſapiētem fore: credo me amātem tui fore: non te. Seruāt enim naturam nominis: non participii. Opinor te acceptum illis fore: non ab illis. Cicero. ſpero amicitiam noſtram notam poſteritati fore: nō dixit à poſteritate. Quod ſiquādo reperiatur regere

naturam uerbi: quid mirũ? cum etiam nomẽ ne ſit, an participium, dubitari poſſit: & putari potius nomẽ: ut ego ſum dilectus ab oibus: & ego ero dilectus ab oibus. Non enim hoc eſt participium præſentis tpis, aut futuri: nec tẽpus perfectum indicatiui: nec futurũ ſubiunctiui: & tamẽ cum præſenti iungit̃, & futuro: propter qđ debet potius nomen uideri: ſicut & participiũ paſſiuum futuri in nomẽ reuertit̃: tuncq; recipit fore. Vt ſpero hunc puerũ admirandum uirum fore: ideſt admirabilem. Cõpoſita aũt à forte nullam cõtrouerſiam habẽt: quia ferè nuda ponuntur ſine noie, & ſine participio. Affore: ut Virgilius. Affore cernetis. Statius lib. i. Thebaidos uidet̃ accipe pro ſignificatione præſentis. Senſit manifeſto nomine ductos. Affore: qđ nexis ambagibus augur Apollo Portendi generos uultu fallente ferarũ Ediderat. Defore: ut. M. Tullius contra Rullum. Verũ arbitrant̃ non defore, qui illam reſtituerent. Affore: qđ minus in uſu eſt: unde dicuntur affuturi. Confore, & Profore apud comicos. profore: ut Horatius. Quæ nocuere, ſequar: fugiã, quæ profore credam: ideſt profutura eſſe.

Affore.
Defore.
Confore.
Profore.

ℭ Epitome capitis xxix.

ASCEN.
Supina neq; genus: neq; numerũ: neq; caſum hñt.

ℭ SVPINA: quia neq; genus: neq; numerũ: neq; caſum more nominũ hñt: non noia: ſed uerba cenſenda ſunt. Gerũdia uerò quia caſum nominalẽ habẽt & regunt poſt ſe in ſignificatione utiq; actiua participalia uerba uocari ſolẽt. Differunt tamẽ à participiis tam gerundia q̃ gerundiua nomina: q participia tẽpus ſine rei adminiſtratione cõnotant: gerundia rei adminiſtrationẽ ſine tpe. Habent tamen gerundiua nomina caſus omnes: ſed nullum regunt: ſed rurſum reguntur cum ſubſtantiuis ſuis in eodem caſu.

ℭ Supina non hẽre genus, numerũ, aut caſum patet: qa indifferenter dico: Vado ſcitatum oraculum & oracula. Sortes & libros ſibyllinos. Gerũdia hẽre caſum patet: qa reguntur in genitiuo, accuſatiuo, & ablatiuo more noium: ut Studio uidendi patres obſlectatus ſum: inter uidendum patres: aut uidẽdo patres. Dixi poſt ſe hẽre caſum: qa ante ſe nullum regunt. Vnde In cõueniendo pplos in unum. In cõuertendo dñs captiuitatem & ſiles non ſunt latinæ locutiones. Nec dices ſcribẽtem hñdum eſt calamũ: ſed ſcribenti opus eſt calamo. Addũdi in ſignificatione utiq; actiua: qa in paſſiua abſolute ponũtur: ut res ad intelligẽdum difficilis: fit facilis ſæpe repetẽdo: ideſt dum ſæpe repetit̃. In di uero raro admodũ paſſiue legitur: niſi ſiant gerũdia noia, aut pluralis numeri: ut ſtatim dicam. Gerundia aũt noia eodem modo declinant̃: ut participia in dus: ſed non ſignificant tps: ut illa. Vt Aeneid. 7. Turne qđ optanti diuum pmittere nemo Auderet: uoluenda dies en attulit ultro. Voluenda inquã dies non uoluet̃: aut uolui debeat in futuro: ſed uolubilis & quæ tũ uoluebatur. Significat ergo adminiſtrationẽ rei. ſ. formam rei gerendæ: unde & gerũdia dicta ſunt. Reguntur autẽ cum ſubſtãtiuis ſuis: ſicut cætera adiectiua: ut dies uoluenda attulit: habeo rõnem diei uolendæ. Accõmoda te diei uoluendæ. Obſerua diem uoluẽdam. O dies uoluẽda qđ attuliſti nobis. Terreor à die uoluẽda: & ſic de aliis. Quia uerò doctrina auctoris cõfuſius tradit̃ q̃ ut facile capiat̃ dicemus diſtinctum quæ reſtãt de ſingulis.

Locutiones incongruæ.

Gerũdia in di & gerũdiua gtĩ caſus.

ℭ Gerundia in di à ſubſtãtiuis affinitatem pſertim cum uerbo hñtibus: & qbuſdã adiectiuis genitiuum regẽtibus reguntur: idq; fere in ſignificatione actiua: in qua poſt ſe caſum ſui uerbi regere poſſunt: cõcinniuſq; ponunt̃ q̃ gerundiua quotiens interuenit relatiuum. Paſſiue at non inuenuſte pro gerũdiuis ponunt̃ cum genitiuo plurali: quaſi utriuſq; ſint numeri & generis ois. Gerundiua aũt nomina gtĩ caſus ab eiſdẽ à quibus ſubſtantiua ſua regunt̃: ſed nullũ regunt caſum: recipiunt aũt cũ genere diuerſas determinationes: potiuſq; paſſiuam q̃ actiuam rerum adminiſtrationem important.

Dñia inter gerundiũ & gerundiuum.

ℭ Exempla igit̃ ſunt: Rapior ſtudio uidendi patrẽ: ſum cupidus uidendi patrẽ: non uidẽdi à patre. Pulchrius tñ (ut diceremus) loqueremur per gerũdiuum nomẽ: niſi interueniat relatiuum: cuius interuẽtu locum hẽt gerundium: ut Hic dies attulit initium dicẽdi quæ uellem: non eorũ dicendorũ quæ uellẽ. Cum genitiuo plurali: ut ueſtri adhortandi cauſa apud Liuium. Nã genitiuus primitiuus eſt à uos, ueſtrum, uel ueſtri: & iſtorũ nominandi apud Plautum, ſui uidẽdi apud Ciceronem. quæ exẽpla in textu patẽt. Illud tñ Plautinum manifeſtius erit. ſi animaduerterimus loqui de obſoniis multis: quorum illi potius nominãdi q̃ edendi: hoc eſt comedendi erat copia: cum ea non haberet: de gerundiuo hoc ſit exemplum. Cupidus ſum patris uidendi: matris uidendæ: templi uidendi: parentum uidendorũ: ſororum uidendarum: ſpectaculorũ uidendorum. ſed ad uitandam ſyllabæ coincidẽtiam: non inepte dixeris uidendi ſpectacula. Mancinellus docet et paſſiue capi gerundium in di. ſed id raro: & apud Iuſtinũ uerba eius in fine huius ponentur.

Exẽpliſicat.

ℭ Gerundia in dum conſtructa cum uerbis & noibus regentibus accuſatiuũ mediantibus his præpoſitionibus ad, ob, propter, ante, inter, & ſimilibus: tam actiue q̃ paſſiue capi poſſunt: ſed actiue ſuorũ uerborũ caſum poſt ſe regunt: paſſiue nullũ: ut apud Saluſtium: Ipſe ad imperãdum uocaretur. i. ut ei imperetur. Cum inter uerò ſignificant ferè quod imperfectum ſubiunctiui addita particula cum. Gerũdiua autem nomina accuſatiui caſus utriuſq; numeri & omnis generis: cum eiſdẽ conſtruuntur, aut ſine præpoſitione cũ his uerbis, loco, conduco, mando, curo, habeo pro debeo & ſimilibus.

Gerundia in dũ tam actiue q̃ paſſiue capiuntur.

ℭ Exempla patent in textu: ut ad uidendum ſpectacula: ob purgandum ſcelus: propter coronam obtinendam: ante dormiendum: inter cœnandum. i. cum cœnaretur: aut cum cœnaremus ſm exigentiam ſermonis præmiſſi. Locauit uineam paſtinandam: habeo agros colendos &c. Paſſiue accipit̃ cum dico: Res eſt ad cognoſcendum facilis.

Exempla.

ℭ Gerundia in do ſæpe cum his præpoſitionibus de, e, ex, pro, præ, a, ab, abs, cum, in, & ſimilibus conſtruuntur ſæpe ſine præpoſitione per morẽ ablatiuorũ abſoluto poſitiuorũ: quaſi impſonalium: & tam actiue q̃ paſſiue accipiuntur: ſed paſſiue etiam poſt ſe nullum hñt caſum. Gerũdiua uerò noia in do tam datiui q̃ ablatiui ſunt caſus: reguntq; à quibus dicti caſus: idq; in omni genere & utroq; numero. Reſtringunt tñ uerba motus de loco: Quæ etiam in textu declarant. Sũt qui uelint gerundia datiui etiã caſus eſſe: & poſt ſe uerbi ſui caſum regere ut Puer aptus diſcendo rhetoricẽ: & aptus docendo rhetoricẽ à præceptore. Quod genus locutionis à Calepino poſitum: non prius recipiam q̃ apud aliquem idoneum inuenero: tametſi eam eſſe gerundii poteſtatem, ut cõmuniter ſignificet. non ignoro. Addere tamen poſſumus q uenuſtius interdum utimur gerundiuis nominibus q̃ gerundiis.

Gerũdia in do tã actiue q̃ paſſiue.

Calepinꝰ.

ℭ Poſſumus itaq; unam rem multis modis exequi. Primo p gerundia: ut Veni cauſa uidendi matrẽ: ad uidendum matrẽ. Non audeam dicere pro uidẽdo matrem. Secũdo per gerundiua noſa ut cauſa matris uidẽdæ: ad matrem uidẽdam: pro matre uidẽda: idq; ut dixi uenuſtius. Tertio græco more nobis non uſurpãdo: ut ueni uidere matrẽ. Quarto per participia in rus: ut ueni uiſurus matrẽ. Quintũ per ſupinum: ut ueni uiſum matrẽ. Sexto per uerbũ in ſo: ut uiſo matrem. Septimo per uerbũ & particulam: ut quo aut ſimilẽ: ut ueni ditaxat quo matrẽ uidem: uel ut matrem uideam: non ut quicq̃ auferam. Paſſiue accipiunt̃: ut Vriturq; uidendo fœmina: ſ. dum uidet̃: uriturq; uidendo fœminã maſculus: quod abſurdum non uidet̃; quis non dicit̃: uritq; uidẽdo fœmina à maſculo. Exẽplum de gerundiuo abſolute poſito eſt apud Cicẽ. in prolo. Officiorũ. Orationem autẽ latinam efficiens pfecto

Idem ſermo uariis uerbis dici poteſt.

Ciceroniſ exẽplũ de gerundiuo abſolute poſito.

legendis noſtris pleniorem:pro eo quod uulgatiores dicunt legendo noſtra:uel dum noſtra legenẽ. & in eodem:Quis eſt enim qui nullis officii præceptis tradẽdis Phm ſe audeat dicere:hoc eſt in tradẽdo nulla præcepta. Verba Mancinelli quibus ꝓbat gerundia in di etiam paſſiue capi ſunt hæc. Amandi & hmõi gerundia in di paſſiue quoq; proferri inuenimus. Iuſtinus enim ſiue Trogus eſt:libro.xvii.ita ſcribit: Athenas quoq; erudiendi gr̃a miſſus:de regio quodam puero dixit. Et in ꝓlogo primi uoluminis ait: Quod ad te impator Antonine nõ tam cognoſcẽdi ꝗ̃ emendãdi cauſa miſi. Hæc ille. In quoꝝ poſteriore ſi placeret:actiua ſignificatio inueniretẽ ſit cognoſcẽdi.i.ut ipm̃ cognoſcas ꝗ̃ emendandi.i.ut ipſum emẽdes. Ex his quæ de cõparatiuis & ſuperlatiuis dicta ſunt: deq; gerundiis & ſupinis dicentur:poſſunt inferri aliquæ regulæ diſcentibus non inutiles: quarum hæc ſit prima.

Mãcinelli Lima.

Prima regula.

Pria rl'a. ¶Gerundia & participia inuẽta ſunt:ut plures actiones uni ſuppoſito ſine coniunctione media tribuanẽ:qñ̃o primo participium: deinde gerundium: aut uerbum ponere ſolemus.

Probat regulam. ¶Vt Socrates primus moralis philoſophiæ præceptor repertus non ſcribendo.ſed docendo memoratu ſcriptuq; digna: plurimum bonis moribus profuit.

Secunda regula.

Scd'a rl'a. ¶Tametſi quæ eãdem habet ſignificationem:ut deriuata & primitiua eoſdem caſus regere poſſunt.tñ̃ obſeruãda eſt peritoꝝ conſuetudo. Gerundia enim & ſupina paſſiue ſumpta nullum poſt ſe caſum regere uolunt:neq; in quacunq; ſignificatione ante ſe:niſi pro futuro infinitiui uſurpentur.

Nota ineptã locutionem. ¶Non ergo dices: dignus es amatu ab oĩbus.ſed amari:nec urit mulier uidendo amare:ſed abſolute uidendo. Neq; urbs eſt in periculo capiendi ab hoſtibus:ſed in periculo capiendi:idq; parce. Neq; hoc eſt facile ad intelligendum ab omnibus:ſed dñ̃taxat facile ad intelligendum. Cuius non uidetur alia ratio ꝗ̃ peritorum conſuetudo.

Tertia regula.

Tertia rl'a ¶Neq; impſonalia paſſiuæ uocis tametſi cũ ablatiuõ ſuppoſitali cõſtrui poſſunt:cõtinuo accuſatiuũ poſt ſe regent.

Carpit Alexandrum ¶Verbi gratia dicere licet.ita nũc uiuitur ab omnibus:pro eo quod eſt:omnes ita uiuunt:non tamẽ dicemus cum Alexandro:Mattheum legitur:pſalmos erat ante legendũ. Quia dicere poſſumus:Nunc Mattheus legitur:& pſalmi erant ante legendi. Conſtruuntur tamen impſonalia cum accuſatiuo mediante præpoſitione:ut itur in antiquam ſyluam.

Quarta regula.

Quinta regula. ¶Semper aũt cum infinitiuis impſonalium paſſiuæ uocis exprimi uult ablatiuus:ſiquidem ab actiuis ueniãt.

¶Vt uolo à me amari:notum eſt ſic ab oĩbus doceri. Addo ſiquidem ab actiuis ueniant:quia tunc ſine ablatiuo uiderentur paſſiua:qđ in abſolutis non ſit:ut notum eſt ſic uiui.

Quinta regula.

Quita rl'a ¶Gerũdia aũt in dum & gerũdiua noĩa utcũq; exeãt:cũ uerbo ſum cõſtructa:uidenẽ quandam neceſſitatem cõnotare.

¶Vt ita faciendum erat:ideſt ita facere,aut fieri oportebat. Mos gerundus eſt Thaidi:ideſt geri debet.habenda eſt ratio honeſtatis:ideſt haberi debet.

Sexta regula.

Sexta rl'a. ¶Turpe eſt aũt infinitiuum cõſtruere cum noĩbus ſubſtantiuis:cum qbus gerundia in di cõſtruenda ſunt:aut cum uerbis importãtibus motum ad locum:cum quibus priora ſupina:non tñ̃ in ſignificatione paſſiua conſtrui uolunt: quãuis græci tale diſcrimen non habentes id decenter factitent.

¶Non ergo dices:uado piſcari:ſed piſcatum:non tñ̃ homicida uadit decollatũ à tortore:ſed decollandus:aut alio mõ latinis noto. Neq; dices(ut iam oſtendimus)locus eſt dicere: ſed dicendi quæ uellẽ:ſed ad auctorẽ reuertẽdum eſt.

PETrus de FON. ¶GERVNDIA ſunt quæ uerbis annumeranẽ:quia regunt caſus:ſunt qui noĩbus: quia habeant caſus ut diu grãmatici mirum in modũ ſe torſere:in illa tñ̃ quæſtione ꝑquã inutili,ſunt gerũdia:nec noĩa aut uerba:propterea qđ aliqd ab utriſq; acceperunt,non cõſiderationem quãdam non habuimus:quãuis poſſemus auctoꝝ grãmaticoꝝ auctoritate: gerundia & uerboꝝ modos referre.ideo gerũdium quia gerit uerbi ſignificationẽ:& nemini dubium eſt : ut Diomedes ait. Fere oẽs grãmatici antiquiores participalia uerba uocitant : græci tñ̃ gerundia non hñt : ſed illoꝝ loco infinitiuo utunẽ. Nam pro eo ꝙ nos amãdum:illi hoc amare. Cum uero infinitiuus apud illos quẽadmodum,& apud nos cũ accuſatiuo conſtruitur,interpres figuram græcam ſecutus infinitiuũ gerundio mutauit:accuſatiuũ uerò non mutauit. Itaq; interpretes,quod ſeptuaginta in pſalmo.141.græce dixerũt. In deficere ex me ſpiritum meum,& nunc uertit in deficiẽdo ex me ſpiritum meum.pro eo ꝙ illi græce : In conuenire populos in unum.& noſter:In cõueniendo populos in unũ. Hierony.ſtatim obſeruauit:nã pro eo ꝙ ſeptuaginta dixerũt & reges ſeruire dño:ipſe ut ſeruiant domino teſtatus eſt.

¶De gerundiis. Cap.xxix.

Gerũdiorũ plena deſcriptio.

GErundia,licet à participiis differant: tñ̃ ꝓpè inter participia numerari poſſunt:ſupina inter uerba:meritoq; participialia uocata ſunt. Nam & caſus, & genera in utroq; numero hñt : exquo uerba non ſunt:ſed participia,ſiue participialia. Regunt præterea caſum more uerboꝝ,participioꝝ:exquo noĩa non ſunt. Poſt ſe inquã regũt: non ante.nã eiuſmodi elocutio,qualis eſt:In cõuertẽdo dñs captiuitatem Syon,facti ſumus ſicut cõſolati:inaudita eſt,græca figura decipiẽte,ut in aliis multis,interpretẽ. Græci enim infinitum hoc loco hñt : quod uult ante ſe accuſatiuum : quod multis modis transferri poterat. uel ſic:Dum cõuerteret dñs captiuitatẽ Syon: uel ſic:Cõuertente dño captiuitatem Syon : & aliis(ut dixi)multis modis. Quidã impiti aiunt caſum pro caſu poni : quaſi latine diceretur, ſi eſſet, dñm:quale eſt illud. In deficiendo ex me ſpiritũ meum. Et alibi. In cõueniendo populos in unum,& reges:ut ſeruiant dño:cum(ut oſtẽdi)gerundium non hẽat ante ſe caſum. Sed ad propoſitum. Differũt gerũdia à participiis:qđ ipſa ſignificant rei adminiſtrationẽ ſine tpe:illa uerò tẽpus ſine rei adminiſtratione.ut tenet me occupatio iuris dicũdi:gerũdium eſt:nec tempus ſignifico futuꝝ:ſed rei adminiſtrationem: hoc eſt in iure dicundo. Rurſus,tenet me cura dotis numerãdæ:ideſt:quæ numerãda eſt:participium eſt futuri,ſignificatiuum ſine adminiſtratione rei. Neſcio an dicẽdum ſit gerũdium eſſe participium præſentis tpis,more Græcoꝝ. cuius rei hoc argumẽtum eſt:qđ idem eſt in legendo, & in ipſo legere : quod Græci melius ἐν τῷ ἀναγινώσκειν. Et in legẽdis libris:idem eſt,qđ,cum libri leguntur:pene eodem modo, quo de futuro:in legẽdis libris:uidelicet qui legendi ſunt. Nolunt aũt grãmatici gerundiũ habere rectum caſum:ſed quattuor tñ̃ obliquos. Fortaſſe & caſu recto non caretur apud Lucretium,atq; Virgilium. Voluẽda dies en attulit

Participia qño à gerundiis differant.

Ntĩs gerundii.

ultro. Voluenda non tempus futurū intelligit: ſed rei adminiſtrationé: dies uidelicet, q̃ noluitur, non quæ uoluenda eſt: aut quæ uoluet. Vnde indicatur gerundium eſſe participium temporis præſentis. Iuſiurandum etiam poteſt uideri eiuſdé caſus, etiam uocatiui. Sed de quattuor nunc obliquis diſſeramus. quo in loco breuiſſime ſtultorū quorūdam opinionem reprehendamus. qui aiunt recte dici: cauſa eſſendi rex: eſſendi regis: eſſendi regem: cum nuſq̃ eſſendi reperiatur: & ſi reperiatur: nō regeret caſum: ſicut manendi: uiuendi: exiſtendi. Et de genitiuo exemplum iam ſubiecimus. occupatio iuris dicūdi. De datiuo tale eſt. Dā operā rebus agēdis. De accuſatiuo: ut ad accuſandos hoies ꝓmio duci, proximum latrocinio eſt. De ablatiuo: ut tu de lectaris criminibus inferēdis. Cum accuſatiuo ferè ſemp iungimus præpoſitioné: præter pauca quædam: quæ ſunt, loco, conduco, mando, curo, habeo, pro debeo: & ſiqua alia ſunt: ut faciendam ſepulturá locarent: id eſt darent alteri faciendam: uel ipſi locarent ſe ad faciendam: (utrūq; enim ſignificat) non participium eſt: ſed gerūdium, illud faciendam. qđ exéplum ſumptum eſt ex Sulpitio. Cicero de diuinatione lib. ii. Magis numine deorū id factum, q̃ caſu arbitraris, & redéptorū, qui colūnam illam de Cotta, & Torquato conduxerant faciendam. Suetonius autē in uita Cæſaris. Gladiatores, inquit, notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent: ui rapiendos, reſeruandoſq; mandabat. Curauit iaciendos lapides, ſæpe legimus: ſed ita ferè: ut alius curet: alius iaciat. ut Cicero. vii Verrinarū. Recenti negocio ad te litteras mittendaſq; curauit. Interdū idem eſt qui curat: & qui agit: ut Plinius poſterior. Petis ut libellos meos, quos ſtudioſiſſime cōparaſti: recognoſcēdos emendandoſq; curem. & item. Continēdos cauea, nidoue curabis. Quinti. in Mathematico. Poſitus in ea cōditione triſtiſſimæ ſortis: ut nec morte dignus ſim: niſi me parricidā putetis: nec præmio, niſi innocentem: adeoq; ludibriis miſerrimę ſim diuerſitatis implicitus: ut impetrandum à uobis habeam odii mei fauoré. Plinius idem ad Saturninū. Præſertim cum enitēdum haberemus: ut quod parentibus eorū, & orbis probaret. Suetonius in uita Cæſaris. Vt cōſolandos eos magis ſuperatorq̃ puniendos habuerit. Hunc modum loquendi apud Ciceronem reperiſſe nō memini me. In his exéplis ubiq; gerūdium eſt. Illa autē participia in nomé tranſeuntia, putaui ad te ſcribēdum, exiſtimaui hanc rem tractādam, cenſui tibi illud ſignificādum. i. dignum ſcribi, tractari, ſignificari: quæ oino idem ualent, qđ ſcripſi, tractaui, ſignificaui: ſed non ſine deliberatione tñ, & inconſulto. Dicebant aūt antiquiores: rogatū te uelim: oratos uos uelim: pro eo, qđ eſt rogo, & oro: ſicut poſteriores, quorū eſt Quintilianus dicebant: uenio petiturus: uenio oraturus: pro eo, qđ eſt uenio petitum: & uenio oratum. Sed hoc ad ſupini magis rōnem ptinet. Illud autem, qđ Seruius ait, gerūdium eſſe: participium eſt potius, aut nomen: cum inquit. Sic etiam accuſatiuo caſu utimur: cū uolumus abſolutam facere elocutioné: & per gerundii modum aliqđ dicere. ut petendū mihi eſt equum, codicem, birrū. Hinc Virgilius. Pacem ab rege petēdum. Nā ſi dixeris: petendus eſt codex: iam non per gerundii modū, ſed participialiter loqueris. hoc non aliter eſt participiū, ſiue nomen q̃ illud: petēdum eſt mihi iumētum: præſertim qđ gerundia non regunt paſſiue: ſed actiue: & noiatiuis carere creduntur: & accuſatiuis præpoſitioné anteponi uolunt: ſicut ante oſtendi. Vt accuſatiuus, ita & ablatiuus amat ſecū præpoſitioné. ut in defendēdo maior labor eſt, q̃ in accuſando. Indagemus, ſi poſſumus: cum quot præpoſitionibus accuſatiuus gerūdii iungitur: cum quot itē ablatiuus. Accuſatiuus iungitur frequēter cum ad: raro cum in. Itē frequēter cum ob, ꝓpter, & inter: raro cum ante: ut uado ad capiendum hoſtem, & in capiendum hoſtem. Ego ueni ob te, uel ꝓpter te redimendū. Inter nauigādum, pro in nauigando, ſæpe legimus. Virgilius. Et inter agēdum Occurſare capro: cornu ferit ille, caueto. Idem. Nanq; ante domādum. Ingentes tollent aios. Totidē ferè præpoſitiones ablatiuo gerundii ſeruiunt: In frequēter: cætera rarius: de, ex, e, a, uel ab, & cum. In: ut in nauigādo: de, ut de cēdēdo, de migrando, de agendo. Quintilianus. Sed quia latius fuſus eſt hic locus: miſtuſq; cū elocutione tractabit: cū præcipere de apte dicendo cœperimus. etiam cum motu: ut Cicero ad Atticum lib. viii. Tu quid cogites de traſeundo in Epirum, ſcire ſanè uelim. Ex, uel e: ut ex defendendo, q̃ ex accuſando uberior gloria cōparatur. A, uel ab: Cicero. Ex quo ardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia: utrunq; enim dictum eſt ab amando. Albi quoq;. In quo etiam iſti nos iuriſconſulti impediunt: à diſcendoq; deterrent. Et alibi. Non diſtinguit à non dolendo uoluptatem. Plinius poſterior. Sermonibus dies tranſigebat: cum à ſcribendo uacaret. Cum: ut Quintilianus. Sed ratio recte ſcribendi iūcta cum loquēdo eſt. Variantur porrò gerūdia per oēs, quos enumerauimus, caſus, numeroſq;, & genera.

Eſſēdi nō inueniri.

Caſus gerundiorū.

Actīs gerundii.

participia in nomen trāſeūtia.

Oratū te uelim: Petiturus nemo pe[r] petitum

Gerundi[a] qūo con[ſtruantur]

Actīs gerundii cū quot ꝓpoſitionibus

Abltīs gerūdii quibus cū ꝓpoſitionibus.

Caſus oēs gerundii habere.

genera. Nam (ut ego ſentio) hæc omnia habẽt in genitiuo. ut delectatio fruendi principatus, fruendæ prouinciæ, fruendi imperii: moleſtia educandoꝝ filioꝝ, locandaꝝ filiaꝝ, colendoꝝ prædiorum. regitq; hic genitiuus aliquã caſum.

Gẽa oĩa gerundia habere.

Grũs gerũdii.

Cicero. Equidem efferor ſtudio patres ueſtros, quos colui, & dilexi, uidendi. Nam durũ fuerat futurum: ſtudio uidendoꝝ patrũ ueſtrorum. Et quotiens oportet loqui per relatiuum: neceſſe eſt loqui per hoc gerũdium: ut. hic dies attulit initium dicendi quæ uellẽ: non autẽ, dicendoꝝ eoꝝ, quæ uellem. Illud apud Liuium lib. i. quis nõ uitioſum putaret? in quo ſũma honeſtas latinitatis ſubeſt. Nõ enim uereor neq; hoc me ueſtri adhortãdi cauſa magnifice loqui exiſtimet: ipſum aliter aio affectũ eſſe. Adhortandi enim ſingularis numeri eſt: ueſtri uerò pluralis. Itẽ Cicero ſecundo de diuinatione. Dolebis tñ Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Plautus in Capriuiduo. Nominandi tibi iſtoꝝ erit magis, q̃ edundi copia. In datiuo. Vaco agro colendo, uineæ paſtinandæ, nemori ſuccidendo. In plurali una uox eſt triũ geneꝝ: ut uaco agris, uineis, nemoribus procurandis. qui caſus regimen nõ habet. Abſurdum ſit nãq; dicere. do operã colendo agrũ, uel legendo librum. Soluendo non ſum: nunq̃ pariturſecum ſubſtantiuum. ideo dubitari poteſt an datiuus ſit? an ablatiuus? Significat autẽ ſatiſfacere pro eo, quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratiõe. ut Quintilianus. Placeamus licet uobis fortuna noſtra pater pauperi ſoluendo non ſumus. Vult autem ſemp poſt ſe datiuum: licet non ſemp apponatur. Interdũ etiam alium caſum, apud eũdem. Maximi tñ uiroꝝ, & quibus artis ſuæ ſoluendo non ſit humanitas. In accuſatiuo: ut eo ad ſalutãdum fratrem: ad ſalutandam ſororem: ad ſalutãdum ſydus: ad ſalutandos fratres: ad ſalutãdas ſorores: ad ſalutanda ſydera. quod elegãtius dicitur, q̃ cum regimine: ut eo ad ſalutãdum fratres: ad ſalutandum ſorores: ad ſalutandum ſydera. Per alias quoq; præpoſitiones ſimiliter. Sed iter raro habet cum gerũdio ſubſtãtiuum: rarius regimen. ut Liuius lib. ii. Et ipſe inter ſpoliandum corpus hoſtis ueruto pcuſſus. Et iteꝝ. Inter accipiendas de ſuis cõmodis rogationes. De ante nullum tale in præſentiaꝝ exẽplum occurrit. In ablatiuo ſine præpoſitione: ut ſit iniuria fundi domino, uel defringẽdo ramo, uel ligno incidendo: res cum ordine, lite æſtimãda: idest cum defringitur ramus: cum inciditur lignum: cum lis æſtimatur: uel defringendo ramum: incidendo lignum: æſtimando litem. Sed frequẽtius uſi ſunt ueteres ablatiuo plurali in tali genere ſermonis: ut Cicero. Orationem autem latinam profecto legendis noſtris efficies pleniorem. idest legendo noſtra. Nam in ſingulari ſolebant ſæpius apponere præpoſitionem: ut in cõmittendo prælio. Regit autem hic ablatiuus ſine præpoſitione caſum: ut hos accuſando, illos occidendo, totam ciuitatem labefactaſti. Cum præpoſitione in, tum regit: ut in tribuendo ſuum cuiq;: tum uariat genera: ut in colendo agro: in paſtinanda uinea: in nemore excidendo. Per de ſimili modo etiam regit: ut Cicero in Tuſculanis. His præſertim cognitis, quæ nihil ſentiendo pauloante dicta ſunt. niſi dicimus nihil aduerbium nunc, non nomen. & uariatur per genera: ut de accuſatore conſtituẽdo: de collocãda filia: de prædio emendo. Per ex, uel e, & a, uel ab, neſcio an licet dare tali gerundio regimen. Nullum enim exẽplum occurrit. uariari autẽ per genera certum eſt. Cato.

Datiuus gerundii.

Soluendo non ſum.

Actiũs gerundii.

Ablatiũs gerundii.

Præpoſitiõis quæ iungũtur gerũdiis.

Ex cataplaſmatis bibendis, ex aluo lauãda, & abſtineas ab offendenda republica. Sed cauẽdũ ne id uerbum ſignificet motũ. quale eſſet: reuertor ab arando: uel ab arando aruo: redeo à ſpectando, uel à ſpectandis ludis: cum ſit dicendũ reuertor ab aratione, uel ab aratiõe arui: redeo à ſpectaculis, uel à ſpectaculis ludoꝝ. Per cum nix locum habet talis oratio: ut non participiũ ſit potius, quã gerundium: ut ſedeo cum uiro coronando: idest qui coronabitur: non autem qui coronatur. Poſſet etiam habere regimen: ſed nullum exemplum ad manum eſt. Atque omnia gerundia cum ſociata ſunt in ſubſtantiuis: paſſiue accipiuntur: diſiuncta uerò actiue: nõnunquam paſſiue, utiq; ſine præpoſitione et ſine genere in caſu ablatiuo: & quaſi abſolute: ut apud Virgilium. Alitur uitium: creſcitq; tegendo. Et alibi. Aegreſcitq; medendo. Et iterum. Vritq; uidendo fœmina. Hoc eſt: cũ tegitur uitium: cum curatur æger: cum uidetur fœmina. Neq; id modo apud poetas, uerum apud oratores quoq;: ut apud M. Fabiũ. Sed memoria excolẽdo, ſicut omnia alia, augetur.

Excolẽdo: idest dum excolitur: non aũt dum excolit. Nec regit caſum: quale foret: urit fœmina uidendo à maribus: ſicut dicimus urunt uiri, & eq, uidẽdo fœmĩas. Accuſatiuus quoq; cum præpoſitione nõ tñ actiue accipi ſolet: ut tu es idoneus ad diſcendũ: ſed etiam paſſiue: ut hæc res facilis eſt ad diſcẽdũ. Saluſtius in Iugurthino. Pauca ſupra repetã: quo ad cognoſcendũ omnia illuſtria magis magiſq; in aprio ſint. Quidã nõ idoctus hac ætate ſcribere auſus eſt. Lamiã urbs in piculo capiendi eſt: pro eo, quod

eſt:iam urbs in periculo eſt,ne capiat. Siue hoſtis parum abeſt à capienda urbe: cum ſemper ſine ſubſtantiuo gerundium accipiatur actiue: aut,ſi à neutro uenit,neutraliter:niſi aliquãdo: ut oſtendimus in ablatiuo.

Epitome capitis.xxx.

ASCEN. De ſupio in um determiato.

SVPINA in um quæ mera uerba ſunt:nõ ſine uerbo importante motũ ad locum ſaltem latẽtem cõſtrui uolunt:quo gerũdia in dum carere poſſunt. Differunt præterea à futuris participiorum in rum:quod ea(ut nũc eis utimur)genus & numerum diſcernẽtia non ſine futuri tẽpis nota:ſed bene ſine uerbo motus collocant. Supina uerò neq; genus.neq; numerum agnoſcẽtia futurum tẽps cum uerbo motus accipi poſſunt:ſæpe tñ præſertim in paſſiua uoce & nõnunq̃ aut penuriam:aut politiam: aut grãmaticorum conſenſum in actiua pro futuris infinitiuorum cum uerbo ire,& iri uſurpantur.

Exemplificat.

Dico ſupina in um:ꝓpter ſupina in u quæ longe aliã hñt acceptionẽ:ut ꝓximo capite dicemus. Addo quæ mera uerba ſunt:quia caſum regunt:& nullius caſus aut generis ſunt: ut Aeneid.2.Suſpenſi Euripilum ſcitatũ oracula Phœbi Mittemus:ubi ſcitatum ſupinum regit accuſatiuum oracula.Capiuntur autẽ ferè actiue,niſi cum uerbo iri capiant pro futuro infinitiui paſſiui.In u uerò ſemp paſſiue. Addo præterea nõ ſine uerbo:quia illo gerũdia carere poſſunt: ut equus ad currẽdum idoneus.Subiicio ſaltem latẽtem : quia cum dr̃ in arte poeti.Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?. Non eſt manifeſtus motus : nemo tñ admittitur niſi moueat quãuis permitti poſſit ſine eo.Dico de futuris participiorum in rum: ut nunc eis utimur:ꝓpter antiquos:qui ſine genere & numero ea uſurpabant:neq; participia eſſe cẽſebant:ſed ut auctor

Verba indiffinita Neſtoris ex pluribus collectio.

eſt Aulus Gellius lib.1.c.7.uerba indiffinita quæ græci apparemphata uocãt.Huius rei tum ex Gellio,tum ex Priſciano multa collegit Neſtor exẽpla quæ hæc ſunt. Cicero in oratione quinta in Verrem:Sed quocũq; uenerint hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Et C.Gracchus in oratione:cuius titulus eſt de Quinto Põpilio:Credo ego inimicos meos hoc dicturum.Cato.lib.5 originum:Illi polliciti ſunt facturum ſeſe oĩa.

Leonis papæ locutio.

Leo Papa in ſermone dñicæ intra octauam Epyphaniæ: Tres itaq; uiri fulgore inſoliti ſideris diuinitus incitati præuium micantis luminis curſum ſequunt:exiſtimãtes ſe ſignificatum puerum Hieroſolymis ciuitate regia reperturum:ubi calcographi.i.in ære ſcribentes repturos impreſſerũt.

Claudius quadrigarius.

Claudius Quadrigarius annalium.3.Hoſtium copias ibi occupatas futurum.& in principio.12.annalium:Si pro tua bonitate & noſtra uoluntate tibi ualetudo ſuppetit:eſt quod ſperemus deos bonis bene facturum. Valerius Antias lib.14. Haruſpices dixerunt oĩa ex ſentẽtia proceſſurum eſſe.

Plautus.

Plautus in Caſina : Etiam ne habet Caſina gladiũ:habet ſed duos:quibus altero te occiſurum ait:altero uillicum:ubi intelligit ſe.Non enim ſenſus eſt te occiſurum:ſed occidẽdum eſſe.Laberius in Gemellis:Non putaui hoc eam facturum.Lucillius lib.17. Nupturum te nupta negas &c. Sylla lib.1.rerum ſuarum : Ad ſũmam perniciẽ rẽpublicam peruenturum eſſe. In quibus oĩbus ponitur uerbum in rum:ſine genere & caſu ac numero:forte quia illis nõdum perſpecta erat diſcretio inter ſupinum & participium. Non autem utemur participiis cum diſcretione generis,numeri,& caſus.ut dicemus hunc amaturum eſſe:hanc amaturam:hoc amaturum:hos amaturos:has amaturas:hæc amatura.neq; tamen dãnabimus ueteres quibus placuit futurum infinitiui circũloqui per prius ſupinum,aut futurũ in rum. utrunq; ſine declinatione genere,caſu,ac numero.Nos autẽ per utrunq; circũloqui poſſumus:ſed(ut Valla docet) alterum hoc eſt ſupinum uerbum eſt:alterum participium: quod ſemp futuri tẽporis ſignificationem affert:ſicut & ſupinum frequẽtius:ut concedit Valla in paſſiuo:& ut diximus etiam in actiuo:aut propter penuriam.Nam quia caremus futuro infinitiui uidetur cõgruum:ut quod pro eo ponimus,futurũ ſignificet:præſertim id tota manu grãmaticorum concedente:adiecto autem propter conſequẽtiam.Nam licet cum dico eo lectũ: iam ſignifico præſentem itionem:tñ non præſentem lectionem mihi eſſe:ſed futuram.Itaq; lectum ire eſt quidem nunc ire:ſed ut cum perueneris quo is,legas:nõ autem nunc legere.In principali ergo uerbo denotatur futurum tẽpus. Præterea licet de rigore ſingularum partium cœnatum ire importet itionem & motum:atq; ita poſſes uere dicere : te cœnaturum eſſe:& non cœnatum ire:ſiquidem ubi es:cœnaturus es:tamen quia hoc cõplexum cœnatum ire ſumitur pro eo quod eſt cœnaturum eſſe : ex eo quod qui cœnatum it:nondum cœnat:ſed cœnaturum ſe ſperat:non recipiam eiuſmodi differentiam de futuro tempore:cum nõ ſit ratio cur cœnatum iri ſit futuri : & cœnatum ire præſentis temporis : ut

Mãcinelli cũ Valla diſcrepatio.

Mancinellus atteſtatur:adducens & aliam probationem:dicens idem eſſe itum ire & iturum eſſe : qđ Valla negaret. Nã te iturum eſſe ſignificat te iam non ire : ſed futurum eſſe ut eas.At itum ire ſignificat te iam ire:ſi dicas ergo fruſtra additur itum:dicam quod nõ:quia poſſum ire:ut eam. Verbi gratia: ſi ex iniuncto ſeptem paſſus ire debeam in templo quouis in quo non ſim:& interroget me qui iniunxit:iuiſti.cõgrue reſpondero nõ:ſed eo itum:atq; ita dixero me itum ire : quod ex ſequela importat iturum eſſe:unde de rigore neq; omnis qui itum,iturus eſt:quia poſſet deſinere eſſe : neq; omnis qui iturus eſt,itum it:quia poſſet quieſcere:ſed de conſenſu pro eodem ponimus amatum ire & amaturum eſſe.At ſi præſentem itionem notatam uelim:dicam me non amatum ire:ſed ire amatũ. De qua re priuſq̃ Mancinelli uerba ponant ſubiiciam unum.quod dicimus congrue teſte Aulo Gellio lib.9.

Factũ iri. Factum itur.

Audio illi iniuriam factum iri . & contumelia uel iniuria factum itur.unde Marcus Cato pro ſe contra Caſſium : In hac contumelia quæ mihi per huiuſcemodi petulãtiam factum itur:rei quoq; publicæ mediusfidius miſerear . Quod locutionis genus neſcio an uſurpare audeam. Eſt certe iucũdum & rarum:habetq; neſcio quid.quod uix aliter dicas.Nã contumelia mihi fit aut fiet:longe friget: uerum ut finem faciã

Mancinellus.

Verba Mancinelli ſunt.Idem eſſe oratum ire & oraturum eẽ ſatis patere poteſt:uel ſolo infinitiuo huius uerbi eo is it.Idẽ namq; eſt itum ire & iturum eſſe . Adde etiam Laurentĩ quod uirtute ipſe aſſeris:In paſſiuo idem eſt damnatum eſſe & damnatum iri.Quod quidem eſſe non poſſet:niſi damnatum ire in

Linceus. Priſcianus.

actiuo infinitiuo eſſet futuri temporis . Quo enim pacto id quod in actiuo præſentis eſt temporis:in paſſiuo futuri eſſe poſſit. Itaq; Priſcianus optime docuit:hæc ille.Verum ſi pro Valla loqui liceret:dicerem damnatum ire id eo ex parte ſaltem præſentis eſſe temporis : quia ire quo utimur præſentis eſt. Damnatum iri:non niſi futuri:quia iri non utimur per ſe niſi imperſonaliter quomodo illic non accipitur . ſed per utrunq; exprimitur unum futurum:quod tamen ſimiliter dicam per damnatum ire fieri : licet aliter dicam,ire damnatum:ſed finem facio.

De ſupino in tum. Cap.xxx.

DE ſupinis ita ait Priſcianus in compẽdiario quodam opuſculo. Sed hoc intereſt inter amandum,quod eſt gerundium:& amatum,qđ eſt ſupinum quod amandũ neceſſitatem amoris ſignificat: amatum autem imitationem ad amorẽ. Dignũ obſeruatione præceptum elegantiæ : ſi modo uerum:quod minime eſt:tum auctoritate:tum ratione.Nam auctoritatis loco exẽplum nullum poſuit.Et quõnã quæſo ponere poterat?Quid intereſt:uado uenatũ:& ad uenandũ:uado piſcatum:& uado ad piſcãdum:dormitũ:& ad dormiendũ?Saluſtius. Legatos ad Iugurtham de iniuriis quæſtũ miſit. Et iterum. Nõ mea culpa

ad uos oratum mitto P.C. ſed neceſſario, non initiatione. Præterea pro rōne hoc fit: quod Græci pro his duobus noſtris transferentes utūtur uno ſuo infinitiuo cum articulo, προσωτο/παρακαλεῖν: quod nos uiciſſim transferentes, nunc per gerūdium, nūc per paſſiuum interpre/tamur. Quiequid aūt inter hæc duo ītereſt: id erit: quod ſupinum nunq̃ ferè eſt ſine uerbo ſi/gnificante motum ad locum: ut cō ut uenio. ná illa, do filiam nuptum: do uenum: ſiue uenūdo ædes: ſpectatum admiſſi fuimus: latentem in ſe motum optinent. Idem Priſcianus in alio grādi opere, & multi cum ingenii, tum laboris, inqt. Frequēter tamen antiquiſſimi neutro partici/pio futuri addebant eſſe: & infinitum futuri ſi/gnificabāt: ut oraturum eſſe, pro oratum ire: fa/cturum eſſe, pro factum ire: nupturum eſſe, pro nuptum ire. Quod mihi minime uidet. Ná ut concedam quod merito denegare poſſum: ut latine, aut certe uſitate dicamus: pro eo, qđ eſt cupio filiam meam nupturum eſſe: & nos fa/cturum eſſe: cum dicendum ſit nupturam eſſe: & facturos eſſe: dico aliud eſſe oraturum eſſe: & oratum ire. Ego quidē cœnaturus ſum: non tamē eo cœnatum, ſiue ad cœnandum. Et ſcio te cœnaturum eſſe: ſed non protinus ire cœna/tum, uel ad cœnādum. Nam participium futu/ri cum uerbo ſubſtantiuo non habet actionem illam, & motum, quē habet uerbum eo. Atqui in paſſiuo fuerat ueriſimilius: ſi dixiſſet: (quo ēt frequentius utuntur auctores) idem eſſe, dam/nandum eſſe, & dānatum iri. Nam eodem loco dicere poſſumus: credo peccatum meum reſci/ſcendum eſſe, & reſcitū iri. Item intelligo, ſcio, uideo, opinor, exiſtimo, peccatum meum pate/faciendum eſſe, uel patefactū iri: & cætera uer/ba huiuſmodi. Illa autem, quæ ad futurum re/ſpiciunt: ut timeo, metuo, uereor, ſpero, cupio: non idem faciunt: quibus maior differentia eſt cum paſſiuo participio futuri. ut uereor pecca/tum meum patefactū iri: & pro illo modo per paſſiuum participiū futuri, ſubſtituimus hunc: timeo peccatum meum ne patefaciat: uel ut pa/tefiat: quod fieri nequit in aliis uerbis. Nō enim liceret dicere: ſcio peccatum ut reſciſcatur: ſed reſcitum iri uel reſciſcēdum eſſe. Deniq; (ut eo reuertar, unde egreſſus ſum: & ſemel Priſciano reſpondeam: non idem eſſe oratum ire: & ora/turum eſſe) alterum præſentis tēporis eſt: ut ui/deo te accuſatum ire me: id eſt nunc: alteꝝ futu/ri: ut uideo te accuſatuꝝ eſſe me: & tamen accu/ſatum iri me abs te uideo: accipitur pro eo, qđ eſt: uideo te uel accuſatum ire me, uel accuſatu/rum eſſe me, uel abs te accuſandum eſſe me.

Gerundia quid differant.

Supina

Participium futuri

Oratū ire oratuꝝ eē oratū iri idem.

ℭEpitome capitis xxxi.

ℭSVPINA in u quæ mera uerba ſunt: non conſtruunt cum uerbis importātibus motū de loco. nec ſunt alicuius ca/ſus: nec regūt caſum: nec regunt ab alio: q̃ ab adiectiuis ſine præpoſitione cū quo paſſionē ſubſtātiuo conuenire ſignifi/cant. Vnde multū à noibus illis in uoce dūtaxat ſimilibus di/ſcrepāt. Nam illoꝝ quædam ſenſus corporis ſignificare poſ/ſunt conſtructa cum adiectiuis: & regere caſus: & regi à uer/bo, aut participio etiam interueniente præpoſitione.

ℭVt ſum captus uiſu: uel ſum debilis in uiſu: uel deſtituor à uiſu: nomen eſt. Sed ſum terribilis uiſu. i. dū uideor. uel ut ui/dear: uel ad uidēdū ſupinū eſt. Neq; dices Venio uiſu ſpecta/cula: ſed à ſpectaculoꝝ uiſione. Et quærēti ubi uenis: qa unde qrit de loco nō dices luſu: ſed è ludo aut luſorioſo. Quia ue/rò ſupina ī tu paſſiue ſignāt: ab abſolutis rata ſunt iuetu: ut ſtatu, curſu, ſeſſu, niſi qs uelit illis impſonalr uti: ut iucundū eſt hic ſeſſu. i. ut ſedeat: dignū curſu ut currat: quæ qa à do/ctis uſurpata nō ſunt: nemo me qdē auctore uſurpauerit.

ASCEN

De ſupinis in u.

Exempla ſunt.

Nota.

ℭDe ſupino in tu. Cap. xxxi.

IDem auctor, & in codē, quo ſupra dixi, opuſculo ita ait. Hoc intereſt inter amādo, & amatu: quod aman/do eſt in ipſo amore: amatu uerò pro amatione, uel pro amore: id eſt pro ipſa re acci/pitur: & hoc manifeſtat etiam īterpretatio græ/ca. Sed an hæc differentia uera ſit: & hoc ex græco argumentū quantum momenti habeat, Priſcianus uiderit. Mea autem ſentētia tum ex ſuperioribus, quæ dixi in gerundio: tum ex ſe/quētibus apparebit. Paulopoſt ſubiungit. Ac/cipitur uenatum, pro ad uenationem: quo uena/tum pro uenatione: ſicut miſerabile uiſu, pro ui/ſione: & nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli: pro uiſione, & dictione. Multis igit modis (ſi/cut & in aliis docuimus locis) nomina ſunt hæc accipienda magis, q̃ uerba. In hoc ego à Priſcia/no libere diſſentio, uel ratione, quā poſtea dicā: uel auctoritate: & potiſſimum M. Fabii: quem oībus ſine controuerſia ingeniis antepono: qui ait: dictu factuq;, aliud eſſe, quā dicto & facto. quæ Priſcianus appellat dictionem, & factio/nem: quæ alius in ſignificando figuræ ſunt: quā uiſione, & uenatione. Præterea Quinti. uocat uerba participialia: ſicut à multis gerundia di/cuntur nomina participialia. Et quod ad ratio/nem pertinet: ſupina hæc per uerbum potius à Græcis trāſferuntur, q̃ per nomen. Quod ſi no/mina forent caſus ablatiui: certe alii caſus non deeſſent. At nemo unq̃ auditum habet: hic di/ctus: hic factus: ſed tantum dictu, & factu. pro/pter qđ neceſſe eſt aliud eſſe, q̃ dicto, & facto, ſiue dictione, & factione: id eſt aliud, q̃ nomen. At uiſu, auditu, cognitu, inquies, oīs caſus ha/bent: & hi ablatiui ſunt. Hæc parum prudētis, aut certe paꝝ perſpicacis eſt ratio. de qua ante q̃ dicam: libet caſtigare uulgus imperitum gram/maticæ profeſſoꝝ: qui uniuerſum ſanè orbem ſtulto errore peruertunt, ſic ſemper loquentes.

Supina in u quo a gerūdiis ī o differāt

Supina in u uerba potius q̃ nomina.

eo lectum: uenio lectu: pergo auditū: reuertor
Imperiti carpunt.
auditu. Qui error unde ꝓfectus, & quo ex fon/
te imperitiæ emanauerit, neſcio: ſūmoq̃ opere
allucinationē publicam admiror: quod tādiu
Viſu audi tu nomia Viſu audi tu uerba quomō differant.
à nemine aīaduerſum eſt. Nunc oſtendamus quæ
differētia eſt inter uiſu, & auditu, nomina: & in/
ter uiſu, & auditu, uerba. Quando ſunt noia: ſi/
gnificāt ſenſus corporis: coniungunt cum adie/
ctiuis: regunt caſus: reguntur etiam à uerbo, &
à participio, ſubſeruiente quoq̃ præpoſitione.
ut careo toto uiſu oculorum, antea priuatus audi/
tu aurium, nō nihil etiam ex odoratu. Hæc oīa
Supinum in u, quibus cū nominibus
abſunt à ſupino. ſiquidem non rem, nō ſubſtan/
tiam non qualitatem, ſed actionem, ſiue potius
paſſionē uerbi ſignificat: non iungitur cū adie/
ctiuo: non regit caſum: non regit nec à uerbo,
nec à participio, ſed à noie tm̄, eodemq̃ adiecti/
uo: nunq̄ interueniente præpoſitione. ut miſera/
bilis uiſu: id eſt cum uidetur: non autem miſera/
bilis ſenſu uidendi: non facilis uiſu: id eſt ut ui/
deatur: uel facilis ad uidendum: non autē quod
habeat uiſum facilem. Non effabilis dictu. i. ut
dicatur: nō aūt ut dicat: optimum factu: ut fiat
non ut faciat: difficile fatu: quia difficile ad fan/
dum eſt: incredibile memoratu: cum memora/
tur: non memoratione: dignum auditu: quod
eſt dignum audiri: non ut ſenſu audiendi potia/
tur: impoſſibile creditu: ut credatur: non ut cre/
dito: accipenſer piſcis rarus inuentu: ut inuenia/
tur ſcilicet: non ut inueniat: res iucunda cogni/
tu: ut uidelicet cognoſcatur: abſurdum relatu:
cum refertur: obſcenum aſpectu: cum aſpicit:
& ſi qua ſunt alia. At homo ſuperbus dicto, &
dictis: non dictu: ſæuus facto & factis nō factu:
id eſt cum dicit: non cum dicit: cum facit: nō cū
fit. Res uero ſæua factu, & dictu: quādo fit: aut
Supinum in u, quō exponat.
qn̄ dicitur: nō quia facit: & dicit. Scipio clarus
adminiſtratione bellorum dicitur, & adminiſtra/
tu bellorum: quando eſt ablatiuus: id eſt admini/
ſtratione. Cato dignus adminiſtratiōe rei. p. &
adminiſtratu eodē modo. At reſp. digna eſt ad/
miniſtratu: uerbum eſt: id eſt ut adminiſtretur:
niſi addendo genitiuum facias nomen: admini/
ſtratu Catonis. Quare in illo Virgiliano, qd'
Priſcianus attulit: Nec uiſu facilis, nec dictu ef/
fabilis ulli: quando quidem abeſt genitiuus: nō
eſt nomen: ut ille uult: pro uiſione, & dictione:
ſed uerbum pro eo, quod eſt ad uidendū, & au/
diendū. Nec ignoro à multis legi. Affabilis: nō
effabilis: qd putatur ſumptū ex illo uerſu Actii
in Philoctete. Quem neq̃ tueri contra, neq̃ af/
fari credas. Quod ſi ita eſt: nomen eſſe confi/
tebimur: ſed tamē nequaq̄ ſupinum. Multi ſcri/
pſerunt de cultu agrorum. nomē erit: id eſt de cul/
tione, & cultura agrorum. Locus autē ſaxoſus
non eſt dignus cultu: nempe ut colatur: uel di/
gnus coli. Homo dign⁹ eſt amatu: puer dignus
doctu: liber lectu: qui ametur: doceatur: legat.
Ideo cum ex oībus uerbis paſſim liceat uti tali/
bus ſupinis: raro tamen eiſdem uocibus utimur
loco nominum. Quis enim dicat? tu es priua/
tus amatu meo: excluſus à doctu meo, ſiue à le/
Supinum actiue nomen paſſiue uerbū.
ctu meo? profectò nemo. Ex quo apparet: cum
in uſu uulgatiſſimo ſint pro uerbis: ut ille liber
eſt dignus lectu: non poſſe inter noia numerari.
Et tamē quæ ambiguum uſum uerbi habēt &
nominis: aīaduertendum eſt: utram in partē ac/
cipi debeant: ut tu es dignus gubernatu: ſi pro
gubernatione: nomē erit: ſi pro eo, quod eſt ut
guberneris: uel dignus gubernari: uerbum. ſed
nomini accommodare ſolemus: aut etiam de/
Supinum in u paſſiuū, in um actiuum.
bemus genitiuum: uerbo nec debemus: nec ſo/
lemus. Deniq̃ ex duobus ſupinis alterum acti/
uo uerbo dare poſſis: alterum paſſiuo: ut amatū
ſit ab amo: amatu ab amor.

Epitome capitis xxxii.

ASCEN. Nota ea q̃ i uoce paſſiua actiuā hñt ſignificationem.
Circūſpectus, conſideratus, diſertus, cautus, tutus, igno/
tus, argutus, falſus, conſcitus, tacitus, profuſus, fluxus, ſcitus,
inueteratus, cōplacitus: & quo nōnulli utuntur, diſcretus, iu/
ratus, excretus, exoletus, adultus, defectus. Et quædā alia in
uoce paſſiua actiuam frequēter ſignificationē obtinent. Con/
tra euidens & indulgens in actiua paſſiuam. A facio autem in
ficus formata & eorum cōparatiua & ſuplatiua cōem habent ſi/
gnificationem. Verum hæc oia potius noia uerbalia q̄ partici/
pia dixeris: nam & tēpus admittunt: & cōparatione amittūt:
neq̃ dubium eſt. ſi mera participia ſint qn in ſua ſignificatio/
ne accipi poſſint: ac ſi dicas: Turnus lapidē uix circūſpectum
arripit. & Stultus piculum bis cautum incurrit. Nemo rē bene
cōſideratā temere exponit. Qui dicūt ciuitatē incēſam: acci/
piunt continens pro contento. Nemo aquam turpem profu/
ſam recolligit.

Cōſultus
Dixi & quædam alia: ut cōſultus, potus, cœnatus &c. Verum
qui proprius reſpexerit nō offenderit longe a ꝓpria ſignifi/
catione aberrare. Nā conſultus eſt abs quo cōſilium petitur:
qui quia peritus eſſe ſolet & prudēs: uidet quaſi pro perito &
prudente accipi, ut cōſultus iuris: quaſi peritus. Verum docti di/
cunt potius iurecōſultum. Ponit etiam cōſultum pro proui/
Ouidius.
dente: quaſi a cōſulto dictum: ut apud Ouid. Sit tibi credibi/
Peritus.
lis ſermo: cōſultaq̃ uerba. Peritus autē a perior uerbo depo/
Potus.
nētali: unde & piculum deriuat. Potus uero eſt qdam qui bi/
bit plus ſatis: quaſi ab alio potus. i. potu ſaturatus: unde po/
tus paſſiue dicit a Iuuenale: Epotaq̃ flumina Medo Prandē/
te. Sic cœnatus qui cœnauit: ſed ab aliquo cœna acceptus.
Quinetiam circūſpectus, cōſideratus, cautus, & ſimilia. Ideo
accipi actiue uident: ꝙ quibus paſſio ineſt etiam actio ineſſe
ſolet: ut qui ab aliis circūſpicitur ſolet eſſe prudens & ſe cir/
cūſpicere: & ſimilr cōſideratus, & cautus: qa ſæpe cauetur ca/
Cautus
uens & euitās uerſutias aliorum. Iuratus eſt autē quaſi iuramē/
to aſtrictus licet iurauerit. Scitæ quæſtiones quaſi factæ cum
ſcientia & euidentia. Cōtentus cuius appetitus continet. Ar/
Seneca
gutus ſæpe caſtigatus unde ſolertia præditus. Diſcretus qua/
Participia uerborū cōium q̃dā actiuā, q̃dam paſſiuam hñt ſignificationē.
ſi egregius, & ita ab aliis diſcretus. Defecta lingua quaſi ſenio
confecta. Atq̃ ita in aliis inuenitur quædam ratio patien/
di: unde plurima paſſiue accipi poſſunt: ut tacitus. Sene/
ca: Quod tacitum eſſe uis: nemini dixeris: falſus apud co/
micū ut in textu uidere eſt. Quia uero de ſignificatione par/
ticipiorum, aut uerbalium illorum loquimur addamus ple/
beios uerſiculos: quibus ſignificatur: ꝙ participia præſentis

temporis & futuri in rus: a uerbo cõmuni ſignificant tãtum actiue. Futuri in dus: tñ paſſiue: ſed præteriti cõmuniter.

Nota hos verſiculos.

Verbum cõmune q̃uis agat & patiatur.
Sola per ans ens rus tamen actio ſignificatur.
Dus ſolum patitur: ſed per tus utrunq; notatur.

Quod etiam uerum eſt de xus: ut amplexus ſum te & a te: criminatus te & a te. Criminans & criminaturus te: non a te. Criminandus a te: non criminandus te: & ſic de aliis.

PETrus de FON.

PARTICIPIA ut Seruius uerbo cõpleuit ſunt quæ locum ſeu cõuenientiam duarum partium exercent: hoc eſt nominis & uerbi. ideo participium qd̃ uulgares participiũ appellant: & dr̃ participium quaſi habens partem ab ipſo noie: quia caſus. a uerbo uero tẽporis determinationẽ: & ſunt duæ ſignificationes. ſ. actiua & paſſiua: & quæ participia ſignificẽt actionem & quæ paſſionem: a uerbis actiuis & neutris præſentis & futuri in rus: ut docens & docturus. docens qui docet: docturus qui docebit: ut Virg. 5. Aenei. Et me ſæuus eqs oriẽs afflauit anhelis. Liuius 1. lib. ab urbe condita: Pueros in profluentem aquam mittit. Cæſar in Commentariis: Cum ad cõfluentem &c. a uerbis paſſiuis, uel paſſionem ſignificantibus ſunt paſſiue ſignificantia: qualia ſunt, uapulo, exulo, ardeo: quæ omnia ſignificant paſſionem: ut amandus qui amabit: uapulans qui uerberatur: exulans qui mittitur in exiliũ. exulaturus qui mittetur. Quinti. in 1. Adde q; uapulantibus multa dictu deformia. Cice. 3. Tuſcu. Quæ. Telamonem; Publium patria exulantem atq; agentem.

De participio præteriti ſignificãte actionẽ, & præſentis paſſionem. Cap. xxxii.

Participia paſſiua actione ſignificantia.

PArticipia q̃dam in uoce paſſiua actionem, quædam in actiua paſſionem ſignificant. Circũſpectus, cõſideratus, diſertus, cautus, tutus, ignotus, argutus, falſus, cõtẽtus, tacitus, profuſus, fluxus, ſcitus, &, quo nõnulli utuntur, diſcretus. Circunſpectus eſt, non qui circũſpicitur: quẽ ſolemus appellare conſpicuum: ſed qui circũſpicit: & in omnẽ partẽ more iam ſpectat: hoc eſt prudens, & ſagax. Cõſideratus, incõſideratusq;: qui agẽda conſiderat: aut ſecus: non qui conſideratur: aut non cõſideratur. Diſertus: qui proprie diſſerit: non qui diſſerit. Cautus: qui ſit ſibi cauet: non cui cauetur: nõnunq̃ res, cui cauetur. Vt pro Cecinna Cicero. Quo res mulieri eẽt cautior. Tutus portus, tuta urbs: quæ tuatur alios: non quod ab aliis defendatur. Tamen ſæpe paſſiue in hoibus. ut tutus ſum ab hoſtibus: qd̃ munitus, & ſine piculo ſim. Ignotus etiã ſæpe actiue. Quintilianus. Ne quis tñ erret ignotus: nõ eſt filii mei nouerca: ſed mater. Ignotus dixit, pro ignorans, & pro hoſpite & alieno, non pro ignorato. Argutus: qui eſt acuta quadã, & accurata ſolertia: quaſi acute arguens, & ueſtigans: non autem ab altero acute intellectus, & ueſtigatus. Falſus: qui fallit: ut Terentius. Cenſen me aliquã cauſam fictam falſam ineptam ſaltẽ potuiſſe proloqui? Aliqñ & paſſiue: ut idem. Carine falſus es: id eſt deceptus. Et Saluſtius. Nec ea res me falſum habuit. Cõtentus: qui continet, quod aio ſatiſfacit: non qui cõtinetur. Tacitus homo taciturnus. Virg. tñ poſuit paſſiue. Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat? Profuſus, & fluxus actiue apud Saluſtiũ. Alieni appetens, ſui profuſus: quaſi profuſor. Nam diuitiarũ, & formæ gloria fluxa, & fragilis habet. Scitus: qui ſciens eſt, & argutus. Vnde ſcitæ Platonis iterrogationes dicunt aſtutæ, & uafræ, ac cum magna arte cõpoſitæ. Et apud Teren. quoq;. Scitum hominem: hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. niſi accipe uolumus paſſiue: ut apud eũdem. Scitus puer natus e Pamphilo eſt: quaſi ſcite, & docte natus. Diſcretus: qui qualitates perſonarũ, & rerũ momenta diſcernit: non qui diſcernitur. Cõplacitus autem ab actiua uoce, ſicut fluxus, ueniti habetq; ſignificationem nec actiuã plane, nec paſſiuam: ſicut fluxus, & inueteratus: quod & ipm ab actiua uoce deſcendit. Inueteraſco neutralis enim uerbi uox, & actiui una eſt: ſicut paſſiui, et deponentis, atq; cõmunis: cui ſimile eſt. Iuratus a iuro. Iuratos enim iudices dicimus, qui iurarũt. Et excretos hædos apud Virgilium, ab excreſco. Et exoletus ab exoleſco: quod, dum eſt ſubſtantiuum: ſignificat ſcortum maſculum, & præcipue iam adultum: dum eſt adiectiuum: ſignificat adultum: ſed raro reperitur: ut apud Plautum. Reliqui domi exoletam uirginem. Adultus ab adoleſco. Defectus quoq;, quaſi qui deficit: ut Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Quintilianus. Defectaq; labore ſenectus magna pars mortis nihil mihi reliquit, niſi diligẽtiam. Et hæc quidem ſignificationis actiuæ in uoce paſſiua: pauciora ſunt in actiua paſſiuæ. Euidens negocium dicit: quod uideretur: & apte intelligitur: non quod uidet: & intelligit: indulgentior facies apud Quintilianũ, pro pulchra: non quæ aliis idulgeat: ſed cui alii indulgeant. Idem in alio loco. Fili indulgentiſſime uidi te: nec ſemel uidi. Vnde Statius. Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimen ituro Vultus, & egregiæ tanta indulgentia formæ. Præterea honorificentiſſimos, magnificentiſſimos, munificentiſſimos ludos cum dicimus: uidemur paſſionẽ ſignificare in participio tpis præſentis. Ab honorificẽs enim, magnificẽs, munificens ueniunt: licet fiens pro faciens dicatur: uel certe a magnificus, munificus, honorificus: quæ a facio cõponuntur: qd̃ eſt actiuũ: & tñ ita accipiunt: quaſi honorifice, magnifice, munifice facti, non aũt facientes. Sed cauſa eſt: qd̃ hæc ipa a facio cõpoſita tam paſſiue, q̃ actiue ſignificãt. Siquidem uocamus hoiem magnificũ: & opus magnificum: illum quidem magnanimiter facientem: hoc uero magnanimiter factum.

Marginal notes: Circunſpectus — Conſideratus. — Incõſideratus. — Diſertus — Cautus — Tutus — Ignotus — Argutus — Falſus. — Cõtentus. — Tacitus. — Profuſus. — Fluxus. — Scitus. — Diſcretus — Cõplacitus. — Inueteratus. — Iuratus. — Exoletus. — Adultus — Defectus — Euidens — Indulgentior. — Honorificens — Magnificens — Munificẽs

¶Epitome capitis.xxxiii.

ASCEN.

¶AB ACTIVA uoce:quia participiũ præteriti tpis la/tinis deeſt:uſurpant interdum pro eo præſens:qđ tunc licite fit:qñ ſignificatio arridet. Et quia a paſſiua uoce deeſt præ/ſens:frequentius pro eo ponunt præteritum.

¶Exemplum prioris ut in textu:Tu e Cicilia diſcedens &c. ubi arridet ſignificatio:qa a termino a quo diſcedimus uſq; ad terminum ad quẽ.Itaq; diſcedentes aduenimus.Exẽplum ſecundi : ut Aenei.i.Et qua uectus Abbas:& qua grandæuus Alethes.Qua uectus:ideſt uehebatur:aut qua paulo ante ue/ctus erat:ſed & adhuc uehebatur.

¶Participium pñtis pro pterito. Cap.xxxiii.

Particin pium pñs p pterito

SOlent auctores nõnunq̃ pro præteri/ti participio ſubſtituere illud præſen/tis:nec ſolum Latini,qui carent parti/cipio pteriti actiui:ſed Græci quoq; qui non carent. Cicero in Bruto. Cum e Ci/cilia decedens Rhodum ueniſſem. Nõ enim quis diſcedẽs applicat. Multũ inter principium uiæ,& finẽ intereſt. Primũ diſcedimus:poſt q̃ uero diſceſſimus:nauigamus:uel iter facimus: poſtea quo tẽdebamus:peruenimus. Q uo ergo diſcedens e Cicilia ueni Rhodum?Nẽpe utẽs præſentis participio,& præteriti, quod deeſt. Q uod probaŕ per aliqđ uerbum:cui nõ deſit hmõi participium,quale eſt proficiſcor. Neq; enim dixiſſet.cum e Cicilia pficiſcens,ſed pro/fectus.ut idem de offi.lib.iii. Si exempli cauſa uir bonus Alexandria pfectus magnum frumẽ/ti numerum Rhodum aduexerit. Nec tamen quis in omnibus uerbis pmiſſum eſſe, quod in decedo permittitur,putet:ueluti ſi dicas.Cum amicos ſalutans,qui Alexãdriæ erant, Rhodũ ueniſſem:dicẽdum erat,amicis ſalutatis. Nam is,qui recedit,tãdiu recedere diciť:quãdiu ten/dit ire:dũq; perueniat:quod non idem fit ſalu/tando. Siquis tamẽ hoc ſæpius uti uelit:faciat: ſed temperate.

¶Epitome capitis xxxiiii.

ASCEN.

¶IN PRO poſitione de copulato prædicato uidetur ue/rius poni participium cum uerbo:q̃ duo uerba:quod ſi non uerius certe concinnius fit.

Exempla.

¶Vnde hæc ſi ſit copulatiua falſa dicaŕ. Mulieres ornant ſe ne uideanť & derideãtur:quia altera Cathegoricarum eſt fal/ſa:utpote mulieres ornant ſe ne uideantur; uideri enim uo/lunt:quæ ſi ſit de copulato prædicato uera cenſeatur : uenu/ſtius tamen dicatur. Mulieres ornant ſeſe ne uiſæ deridean/tur:& ſic de ſimilibus.

¶De compendio participii. Cap.xxxiiii.

Partici/piũ neceſ/ſarium ad elocutio/nem.

HAbet aũt participium talem,tãtamq; nõnunq̃ gratiam:ut ſine eo nõ ſit pla/ne latina oratio:ut eſt apud quẽdam, pſæpe hoc uitium admittẽtem. Cir/cũdedimus caſtris foſſam,& uallũ:ne hoſtes ue/nire poſſint:& nos opprimere. Quaſi foſſa,& uallum ideo fiant:aut hoc præſtare queant:ne hoſtes uenire poſſint.ſola ratio eſt:ac cautio de oppreſſione.Itaq; dicẽdum fuit:ne uenietes ho/ſtes,aut ne aggreſſi hoſtes nos opprimant.

¶Epitome capitis.xxxv.

ASCEN.

Cõpẽdiũ pticipii.

¶Participia pñtis tpis ſubſtãtiuata ſi pro certo accipiuntur ſubſtãtiuo illius ſunt generis:cuius & illud.ſin pro Icerto ad neutrum trãſeunt:quod in cæteris quoq; fieri ſolet.

De pticipiis pñtis temporis.

¶Verbi gratia:quia cum dŕ oriens & occidens intelligitur Sol:qñ fluens & confluens fluuius.ideo maſculina ſunt.Sicut quia cum dicitur cõſonans intelligiť ltera : dum continens terra peninſula.Dum pgnans aut lactans fœmella:& cum bi/dens ouis:ideo ſunt fœminina. Sed ſi bidens capiaŕ pro du/plici dente:aut pro inſtrumẽto bidente erit maſculinum: ut triens.Animans autem ſi ſubaudiatur natura animata fœmi/ninum eſt:ſi abſolute ponatur neutrum:Vnde animantia di/cũtur:ſicut & alia multa neutra ſunt:ut cõtinens pro firma/mento rõnis,impertinens,accidens &c. Legitur tñ elephas la/ctans & lepus prægnans : ſed in pmiſcuis penuria quadã fit. Adieci q in cæteris quoq; fieri ſolet : ut quia dũ dr:Aprilis, Quintilis,Septẽber &c.intelligiť menſis.Dum Tyberis, Scal/dis,Secana,fluuius.Dum Boreas:Iapix,uentus.Dum ædilis, magiſtratus,aut uir.Dum molaris,dens aut lapis. Dum Cu/pido,deus.ideo hæc oĩa maſculina ſunt. Sicut quia dum dŕ pyrus & pomus intelligitur arbor.Dum Corinthus & Baby/lon,urbs.Dum Iuno,dea.Dum Glycerium,fœmina,aut uir/go.Dum bipennis,ſecuris.ideo fœminina ſunt : q ſi dicatur ferro:bipenni:ut a Virgilio:fiat neutrum.

Participia ſũt illius tpis ſicut ſunt ſua cõeũtia id non incõuenit dicere gerundia & pticipia hñe oĩa tẽpora.

¶De participiis in ens in ſubſtantiuũ tranſeun/tibus. Cap.xxxv.

Participia pñtis tpis ſub/ſtãtiua cu/ius gñis.

PRæſentis temporis participia ſolẽt, cum ſubſtãtiuanť,neutri generis eſſe: ut accidens,contingens,antecedens, conſequens,decens,conueniẽs,præ/ſens,continens,apud rhetores pro firmamento rationis. Q uædam tamẽ alterius generis ſunt. Maſculini:ut oriens,occidens,pfluens,pro flu/mine,& cõfluens,quo duo flumina conueniũt: fœminini,continens pro terra:quæ nõ eſt inſu/la:ut de Sicilia ad cõtinentem parum intercape/dinis eſt. Plinius maior lib.vi. Alymnum a p/xima continente abeſt.vii.cl. paſſus. Animans quoq;:ut Cicero. Requirat, atq; appetat,ad quas ſe applicet ſui generis animãtes. Nõnun/quam tamen hoc nomen in neutro genere repe/ritur:ſed magis in plurali. Conſonans pro lit/tera non uocali. Prægnans uero unde ſit parti/cipium, neſcio. Alia quoque huc pertinentia in noſtris de philoſophia libris commodius explicantur.

Conſonãs Prægnãs.

¶Epilome capitis.xxxvi.

ASCEN.

¶Sicut futuræ participii in dus dum tẽpus amittit,& habili/tatem ſuæ dignitatis cõnotat in nomen migrat : ſic & in rus dum qualitatem non tps ſalua tamen actione connotat.

¶De participio in dus innumera ſunt exempla. Sciemus au/tem q Sulpitius admonet ab eis,neq; comparatiua , neq; ſu/perlatiua apud idoneos legi:licet uulgo dicãt pater metuen/tiſſime:colendiſſime &c. De participio in rus tria ponit au/ctor exempla:dixi autem ſalua actione:quia licet tẽpus amit/tat:non tamen ſignificationem:quia adhuc caſus ſuos regit: ut non taciturus gloria in ſuam,aut de gloria ſua.

¶Participium futuri. Cap.xxxvi.

Participiũ futuræ quo trãſit in nomẽ.

NE illud qdẽ trãſeundũ eſt:quẽadmo/dum pticipium paſſiuum futuri tpis trãſit in nomẽ. Amãdus, dignus ama/ri:colẽdus, dignus coli. Ita & actiuũ.

Seneca de naturalibus quæſtionibus. Nullá autem mentionem fecit cometa℞: non præter/ miſſurus, ſiqd explorari apud illos cõperiſſet.

Prætermiſſurus dixit pro eo, qd eſt talis, qui prætermitteret: nec tẽpus inuitː ſed hominis q̃litatem, atq; animi uolũtatem. Quinti. in unde/ cimo. Neq; oĩno huius rei meminit uſq̃ poeta ipſe, pfecto non taciturus de tanta ſua gloria. Non alio modo dixit nõ taciturus, q̃ per parti/ cipium paſſiuum iam conuerſum in nomen: ut modo dixi: tacendum, dignum taceri: ſic. neq; oĩno ſignificauit hoc uſq̃ poeta ipſe, profecto rem ſibi non tacendam. & ad hunc Plinius iu/ nior. Itaq; partem oneris tui mihi uendico: & tanq̃ parens alter puellæ noſtræ confero quin/ quaginta milia nũmum: plus collaturus: niſi a uerecũdia tua ſola mediocritate munuſculi im petrari poſſe confiderem: nec recuſares.

Taciturus nomen.

Epitome capitis. xxxvii.

ASCEN.

REPETVNdarum & repetundis: qui ſoli ſunt caſus in quibus ſubaudiẽ pecunia℞: & addiẽ pecuniis e in u mutant: ut a participio & uerbali repetendus differant. Quod in aliis quoq; a tertia pſertim coniugatione deductus fieri ſolet: ut gerundus, faciundus: & oĩa ab eo & queo: ut eundi, obeũdi, tranſeundi, nequeundi. In nominibus aũt tertiæ declinatio/ nis reperiuntur ſæpe accuſatiui plurales in es & in is.

Repetundarum. Repetundis.

Ideo autem in genitiuo & ablatiuo hæ uoces in uſu ſunt: q; in illis nolá damnato℞ & pœna℞ poni uolunt. Quod aũt ait. Sed tertia coniugatio pter cæteras hoc iuris habet &c. in telligẽdum eſt de frequẽtiori uſu: aut ut tertia quartã quoq; cõplectatur: ſicut apud Donatũ eum diciẽ. Et præterea quan do tertia coniugatio futu℞ tempus non in am: uel in ar tũ: ſed in bo: & in bor ſyllabam mittit: ut eo is ibo: queo qs qui/ bo: eam uel queam. Nam nõnulla quartæ: id quoq; facere do cet Mãcinellus his uerbis: Idem in quarta cõiugatione licere Aulus Gel. lib. 15. ca. 6. oſtendit. Nam ita ſcribit: Redeuntes Græcia Brũduſium nauẽ admittimus: ibi quiſpiã linguæ La tinæ literator Roma a Brunduſinis accerſitus experiundum ſeſe uulgo dabat &c. Et Tullius lib. 2. de Diuinatione: Nã (q aiunt) quadringenta ſeptuaginta millia anno℞ in periclitan dis: experiundiſq; pueris quicunq; eſſent Babylonios poſuiſſe fallunt. Idem pro A. Cecinna: Nulli experiundus cõſtitutũ. Curtius lib 6. Rex non cupiditate magis potiundi loci q̃ ui/ ce eorum quos ad tam manifeſtum periculum miſerat. Hæc ille. De accuſatiuis tertiæ declinationis eſt Seruiana regula ad illud. 1. Aenei. Tris Notus abreptas in ſaxa latẽtia torquet: q; quæcũq; habẽt ium in genitiuo plurali niſi ſint neutra poſ ſint habere etiam latine is in accuſatiuo: ut oĩs & oẽs: tris & tres &c. Sciemus autem nõ eſſe ue℞ q; pleriq; dicunt accuſa/ tiuum & uocatiuũ tertiæ declinationis etiam finiri in is præ ter hæc: Sardis, Trallis, Gadis, Alpis, & Syrtis. Videẽ aũt accu ſatiuus pluralis a ſingulari legitime formari. Nam ſi ſingula/ ris definit in a, pluralis non neutri generis exiet in as: ut hũc cratera hos crateras. Si in em in es: ut hũc panem hos panes. Si in im in is: ut hanc nauim has nauis. Illud autem is accu ſatiui quod longum eſt ueteres per ei diphthongon ſcribe/ bant. Sed finem facio.

A. Gellius

Tullius.

Curtius.

Seruiana regula eſt qd noia nũeralia pcipue ha bẽtia ium I gtõ plu/ rali hẽant is in actõ plurali.

De repetundis, & repetunda℞. Cap. xxxvii.

REpetunda℞, & de pecuniis repetun/ dis non habet alios caſus: & dubitari poteſt: participiũ ne ſit, ſiue nomen? an gerundium? Verres accuſatus eſt repetũda℞: uel de repetundis pecuniis. Cum di co repetũda℞: ſubintelligo pecunia℞. Quo no mine pecuniæ oĩa, quibus diuitiæ cõſtãt: con/ tineri dicimus. Hæc accuſatio proprie cadit in eos, qui cum forent magiſtratus: puĩcialibus aut ui, aut dolo eripuerũt pecunias: ut uaſa pre/ cioſa, ueſtem, frumẽtum, nauigia, nũmos. Mu/ tatur autem e in u. Repetenda℞ enim erat dicẽ dum. ſed tertia coniugatio præter cæteras hoc iuris habet: ut litteram hãc imutare poſſit: ſicut accuſatiuo plurali tertiæ declinatiõis licet mu tare eandẽ uocalem in i, dũtaxat in his nomini/ bus: quo℞ genitiuus pluralis exit in ium: ut Ser uio placet. Nã Priſcianus plura præcepta dat. ut Salu. in initio Catilinarii. Oĩs hoĩes, qui ſe/ ſe ſtudent præſtare cæteris aĩantibus: ſũma ope niti decet: ne uitam ſilentio tranſeant. Ita hoc ſiue participium, nomẽue, ſiue gerũdium, a ter tia coniugatione natum, mutauit e in u: uel ob hoc ſaltem: ut differret ab illo, qd dicitur ad res repetendas: quo ſignificaẽ principi, aut populo erepta eſſe, uel pecorum, uel hominum, uel lo/ corum, ac terrarum, agrorumq; corpora.

Repetundis. Repetundarum.

Pecuniã diuitias oẽs ſignifi care.

Declinatio tertia q̃ī ium gtĩ facit.

Coniuga/ tio tertia uerbo℞.

PRAETER adnotata ab Laurentio: ſunt quædam uer ba actiua cum participiis ſuis abſolute poni ſolita: nam appetere pro aduentare hiſtorici ponunt: ut appetente ue/ re applicuit pro applicitus eſt multi uſurpant. Valla in Rau/ denſ uetat. Sic appulit: pro appulſus eſt: ni ſubaudias ſe, aut nauem. Cætera quæ ad hunc locũ parauimus ad alium rece/ pimus propter fucos ad præſepia noſtra incubantes.

PETrus de FON.

Quæſtio de participii natura.

Quæritur utrũ participium talem caſum regat qualẽ uer bum a quo deſcendit. Arguiẽ primo q; non. Verbũ & partici pium ſunt diſtinctæ orationis partes: igiẽ diſtinctas conſtru ctiones hñt. Secundo arguiẽ: uerbũ pſonale a fronte ntĩ re/ gere liquet: ſed nõ participium ab eodem uerbo deductum: ſequiẽ participium non regere ſui uerbi caſum. Arguiẽ ter/ tio. Iſtud uerbũ criminor a tergo adiungit ſibi ablatiuum & participiũ criminãs ab eo deſcendens accuſatiuũ: ergo ptici pium diuerſam regentiam a ſuo uerbo obtinet. In oppoſitũ. Cõuenientia ſignificationis pticipii & uerbi a parte poſterio ri (ut teſtanẽ grãmatici) eſt ↄſona: ergo participium regit ca/ ſum uerbi. Cõcluſio. Oẽ participiũ ſui uerbi ſignificationem ſeruans eãdem cũ eo naturam poſt non ante hẽt. Nam perſo nale uerbum a fronte ntĩ poſtulat: Participium uero non. Quod patet auctoritate oĩum grãmatico℞: igitur concluſio uera. Correlariũ. Participium participialr tentum ſimilẽ uer bo conſtructionẽ habet. Relinqtur participium talẽ caſum regere qualem uerbũ. Ad primum dr aũs diſtinguendo: uel q; participium & uerbũ ſint diſtinctæ partes orationis: & qd diſtinctæ ſpẽs hñt diuerſa accidentia ppria cum eis cõuerti/ bilia: & ſic conceditẽ aũs: uel q; non habeant diuerſa acciden/ tia cõia: & ſic negaẽ. Nam regere & cõſtrui accidunt partibus orationis: & ita in hoc cõueniunt. Ad ſecundum dr negãdo ↄñtiam: quia intelligiẽ a parte poſteriori, & nõ a parte ante/ riori. Ad tertium dr negando ↄñtiam: quia uerba cõia exci/ piunẽ: quia ĩtelligiẽ dũmodo hẽant uocem pteriti participii ſiue naturã uerbi paſſiui: a quo tale pteritum oritur. Ad qõ/ nem rñdẽdum eſt: q; pticipium regit eũdem caſum: ſicut uer bum a quo deſcẽdit tribus dẽptis. Primũ eſt q; intelligaẽ de caſu poſito a parte poſteriori, & non a parte anteriori. Scdm q; participia uerbo℞ ſubſtantiuo℞ non ſint poſita cum uer/ bis actiuis: ut Video Petrũ exiſtentem album. Tertium q; nõ ponaẽ participium terminatũ in ans ortũ a uerbo cõmuni

Nota.

Partici/ pia conti/ nuã actio nẽ ſigñan tia actiuã Iportãt re gẽtiã paſ/ ſiua paſſi/ uam.

regente ablatiuum. Immo oportet q̄ tale participium hēat
duas treminationes: unam in ans: & tunc regit accuſatiuum.
Alteram in tus: & tunc regit ablatiuum. Præterea non eſt niſi
unum uerbū: capiendo uerbū ſtricte & proprie: ſcilicet eſt tñ
capiendo uerbum large ſunt plura: quia (ut dicit Phs. 1. Per
iarmenias.) Verbum eſt qđ cōnotat tempus: & eſt ſemp co-
rum: quæ de altero dicuntur: quod non cōuenit: niſi iſti uer-
bo ex tertio adiacenti: ex quo multum aliud uerbum eſt no-
ta compoſitionis prædicati cum ſubiecto. Ideo dicit Philo-
ſophus ibidem: q̄ hoc uerbum eſt dicit quandam compoſi-
tionem, quā ſine extremis non eſt intelligere.

PETrus de FON. ℭ QVONIAM exornatio cōſtat ex ſimilibus exemplis
amplificatis: indicatis cæteris rebus: quæ ptinent ad exagge-
randam argumentationē: quæ ſint his rebus uitia conſidere-
mus: ut Cice. in rhetoricis. Concluſiones quæ apud Græcos
Epilogi noiant circa particapii materiā breui ſermone con-
cludemus: particapiū enumeratione poſterioris ſui caſus cō
ſtat. & ideo caſum ſui uerbi poſt ſe poſtulat: & q̄a ſuo poſt ſe
caſu pōt carere uerbum ſimilr deſcendens: qđ particapium
nunc dr. Secūda cōcluſio amplificatione ſecundi ipſum par-
ticapium ueſtitur. ut ad præſens: pteritum, & futurū. Futurū
particapii ſignificatū qđ nullam determinationē tpis pprii
homini cōplet: ut Ouid. in. 1. de Triſtibus: Sunt tñ euentu du
ra farenda meo. Idem Horatius. 2. Epiſto. Fidibus modulāda
latinis. Præteritū qđ abſentes fuiſſe & nō fore ſignificat: ideo
ad pteritū nulla ex potētia dānatur in ſua ueritate præſentis
tpis participiū: qđ nunc ſignificat: & illud ſolū nobis eſt: q̄a
tpe non habemus niſi nunc. Pli. tñ in. v. de uoluptate ueteres
philoſophi diuerſis ſententias tenuerunt ac dixerunt.

ℭ Epitome libri ſecundi in prohemium.

SI CAESAR, Meſſalla, Varro, Gellius, Macrobius:
cæteriq; literaturæ proceres de latina lingua ēt minu-
tiſſima quæq; ſecuti ſunt: dabit auctori huius opis ue
nia: ſi illos ab optimis uiris Auriſpa Græco & Leunardo Are
tino cohortatus: imo pſuaſus de elegantiis ſcribēdis imitat:
præſertim cum nōnulli ab ipſo inuenta pro ſuis ediderint.
ℭ Defendit ergo ſe cōtra æmulos ab auctoritate ſicut & co-
micus in plogo Andriæ dicens: Faciunt ne intelligēdo ut ni
hil intelligant: qui cum hunc accuſant Neuium, Plautū, En-
nium accuſant: quos hic noſter auctor habet &c. Cōmendat
præterea Auriſpam pceptorem ſuum, & Aretinum amicū: a
quibus ſe adhortatū atteſtat. Et ut ex opere ut Raudēſem cō
ſtat: ipm Raudeñ. furti argui: q̄ aliena pro ſuis ediderit: quo
minor ſit inuidia ſi ipſe tandē ſua edat. Poſſet etiā de Sipon-
tino epo intelligi: niſi uero ſimile ſit illū poſt huius opis edi
tionem ſcripſiſſe. Verū (ut contextū quoq; apertū) hactenus. i.
huc uſq; hoc eſt ad hunc uſq; locum: uel ad hoc uſq; tēpus: &
ſubaudit diſſeruimus per zeugma ab inferiore. Diſputatu de
cōplexu. i. cōſtructione cum caſibus. Non defore. i. affuturos:
qui meos hos cōmētarios. ſ. libros. Tanq̄ autem &c. ſubtile ar
gumētum. Nā aut ea cōtinent quæ ueteres digna putauerūt:
aut quæ indigna. Si quę digna: ergo inertes & ignaui fuerūt:
q̄ ea neglexerunt: ſi quæ idigna: ergo reſpuenda. Hoc autem
diſſoluit auctor ſic: ut digna dicat a ueteribus æſtimata: &
forte ab illis edita: ſed intercidiſſe & non extare. Aut Marcel-
lus. ſ. Nonius: aut Pōpeius. ſ. Feſtus. Explicauit & in ptātē eſſe
annotauit Gellius lib. 1. ca. 7. Macrobius Gellii æmulus: mul
ta enim in Saturnalibus a Gellio dicta ponit: aut ab eo ſum-
pta: aut ex eodem deprōpta. Triumuiri dicunt qui tres ſimul
Triūuiri. magiſtratū gerunt: aut rēpubli. regūt: ut Auguſtus, Lepidus:
& Antonius olim rēpu. Romanā: ad eos ergo alludit cum di
cit Donatum, Seruium, & Priſcianū rei literariæ triūuiros.
Multi ſcriptores: ut Palemon Parmēſis grāmaticus: doctiſſi-
mus Trogus: & alii multi Nullus expectet ut dicam: dicit q̄
dem: ſed oratorie negat ſe dicere cum manifeſtariū ſit nō fie
ri cōtumeliam, aut iniuriam prioribus ſi quid ad eorū inuen
ta adiicitur. Nullæ unq̄ repete. Nullus expectet ut dicā. Nulli
unq̄. Nihil uſq; quaq; pfectum ſup. eſſe. Repete. Nullus expe-
ctet: & eſt ſnia Horatiana Nihil eſt ab omni parte beatū Non
oia poſſe oēs ſic Maro: Dicite pierides: nō omnia poſſumus
omnes. Repete iterū. Nullus expectet: Nō id &c. repete idem:
ſed ideo. Nullus expectet: quia id dicere uolim, cum ueteri-
bus potius q̄ recentibus cōcedam. Id dicam: Pulchre omiſit
particulam ſed, aūt, uero, ac ſimilē: ut ſuo loco uidebimus.
Retuliſſem de pposito animi. i. cōſultaſſem. eo. i. ad id gloriæ
& dignitatis: quo. i. ad qđ licet per q̄. i. ſine aut ualde arduum
ſit. Sed hortamini incēditis &c. auxeſis eſt. Nā minus eſt hor-
tari q̄ incendere: & minus incendere q̄ opē ferre porrigendo
dextrā. Honeſtum aūt eſt qđ dicit quaſi de alto: ſic enim ami
corū honori conſuluit. Quorū unus &c. Raudeñ. aut Peroti
ſm multorū ſuiam: quem & Calderinus lege Plagiaria cōue-
nit: Plagiariūq; ſæpe uocat in cōmentariis Iuuenalis. Eſt aūt
Plagiarius pprie is qui aut emit: aut uendit: aut detinet pro Plagiari⁹
ſeruo hoiem: quem ſcit liberū aut libertinū eſſe: uel qui cont
tra ſeruo ſeruæ ue ſuadet fugam. uel cum eam ue iuſto dño
tenet emit aut uendit: ſic dictus q̄ lege Faunia, quæ a plagis
plagiaria dicat plagis. i. uerberibus ſeu pcuſſionibus dāna- Lex plagiaria.
tus eſſet. Crimen aūt ob candē cauſam plagium uocatur. Et Plagium.
quia libri noſtri nobis quaſi liberi ſunt: quicūq; eos in ſerui-
tutem aſſerit, aut ſublegit plagiarius uidet: unde & Martia.
furem librorū ſuorū, qui eos pro ſuis tenebat plagiarium uo
cat dicens: Imponēs plagiario pudorem: quem hic quoq; au
ctor imitatur. Hanc elegātiam agnoſco: quaſi ppriam & ſibi
prius notam: ut & ueterē Anchiſen agnouit amicum: & man
cipium meū aſſero: quaſi manu captum. Vnde & ſeruus q̄ ſer
uatus eſt: cum (quia captus) iure belli interimi poſſet: q̄ dice
ret amicorū &c. iuxta græcum adagium: Ta ton philon pan-
ta (lege panda) Kina: ideſt amicorum omnia ſunt cōmunia.
Vrbanus ſermo urbi queniens. inde urbanitas. Tum ille ſup. Vrbanus.
rūdit aut ait: qui filios. i. liberos meos. Stomachari. i. agitabi-
li cōmoueri & iraſci. adductus ſum igitur: concluſio prohe-
mii ſummam uotorum continens.

ℭ LIBER SECVNDVS.

HACTENVS De nomi-
ne, uerboq;, & ex his duobus
cōpoſito participio: nunc de
aliis partibus orationis, quid
ſingulæ pprietatis habeant,
diſſeramus: poſtea de eorū di-
ſputaturi complexu. de quo
ego priuſq̄ dicam: non puto
mihi diſſimulādum: non defore, qui meos hos
cōmentarios anteq̄ legent, ſumantue in manus:
putent reſpuendos, tanq̄ aut ea, quæ haudquaq̄
uetuſtas ſtatuiſſet, digna memoratu continen-
tes: aut uetuſtatē ipſam partim negligētiæ, par-
tim impitiæ condēnantes: qđ præteriſſent quæ
eſſent in primis (ut ego ſentio) digna, quæ litte-
ris mandarent: aut potius utrunq; facientes: qđ
& inepta quædam, minimeq; memoratu digna
præcipiam: & ueteres illos pfectos ſane, & con
ſumatos exiſtimē minus cōmode præcepiſſe.
Ego uero, ut ad illud primum rñdeam: non ui-
deo: cur hanc, de qua loquor, materiam ſe indi
gnā exiſtimaſſet aut C. Cæſar, qui de analogia, Cæſaris libri de analogia.
aut Meſſalla, qui etiam de ſingulis litteris uolu
mina conſcripſit: aut Varro: qui de ethymolo- Meſſalla de lris.
gia minutiſſimas tractauit qōnes: aut Marcel-
lus, Pōpeiuſq; linguæ latinæ indagatores, aut
Aulus Gellius publicus pene litterarū cenſor:
qui ut magnum quiddā annotaſſe ſe præter cæ

Explica/uerũt pro explicue/runt. In p̃tatẽ p i p̃tate.

teros apud Ciceronẽ exiſtimat:explicauerunt,
pro explicuerũt:& eſſe in hoſtium poteſtatem,
pro poteſtate:quæ ipſe idigna ducerem opere
meo:aut Macrobius Gellii æmulus:qui oẽs li
bros uidet̃ excuſſiſſe:ut aliquid in lĩgua latina,
quod auribus hoĩum dignum eſſet, pro ſua ui/
rili parte cõferret in medium: Aut tres illi, tanq̃
triũuiri:de quoꝝ principatu ĩter eruditos quæ/
ritur: Donatus, Seruius, Priſcianus. quibus ego
tm̃ tribuo:ut poſt eos quicũq; aliqd de latinita/
te ſcripſerunt:balbutire uideant̃. quoꝝ primus
eſt Hiſidorus indoctoꝝ arrogãtiſſimus: qui, cũ
nihil ſciat:oĩa præcipit. poſt hũc Papias: aliiq;
indoctiores. Eberardus, Hugutio, Catholicõ,
Aimo, & cæteri indigni, qui nominent̃: magna
mercede docentes nihil ſcire: aut ſtultiorẽ red/
dentes diſcipulum, q̃ acceperũt. Multos tráſeo
cum indoctos, quos numero cõprehendere nõ
licet: tum doctos: inter quos ſunt Pedianus, &
Victorinus: quorum alter ad orationes, alter ad
rhetoricos Marci Tullii cõmentaria cõpoſuit:
ſed prior, ut ætate, ita doctrina lõge antecedit.
Poſtremo non uideo cur aliquis de grámatica
ac lingua latina cõponẽs, hæc ſuo officio mino
ra exiſtimet: quibus nihil ſane eſt in grámatica,
& latinitate præſtantius: ut proximus liber po/
tuit eſſe documento. Quod cũ ita ſit: dicam ne
eos aut imperitia hæc omiſiſſe, aut neglĩgẽtia?
minime uero. Sed C. Cæſaris, ac Meſſallę librí
interciderũt tẽpoꝝ culpa: Varronis uero de lin/
gua latina dimidiati reperiuntur: in quibus for/
taſſe ea, quæ præcipio, continebantur. Cæterí
autem fieri põt ut quæ a ſupioribus tractata no
uiſſent: ſibi non attingẽda exiſtimarent. Deniq;
multi ſcriptores ad noſtram uſq; memoriá non
peruenerũt. Neq; uero aliquis hoc loco expe/
ctet: ut dicam non eſſe contumelioſum priori/
bus: ut ſiquid ad alioꝝ inuenta poſteriores adii
ciant: nulli tñq̃ ab antiquis ad eundem curſum
conficiendum uiam fuiſſe præcluſam: nihil uſ/
quequaq; pfectum: nõ oĩa poſſe oẽs: non id, qđ
Priſcianus ait: Artis grámaticæ auctores uetu/
ſtiſſimos quoq; maxime erraſſe: recẽtiſſimos ue
ro, & ingenio, & diligẽtia longe præſtitiſſe. Id
dicam: quod uere poſſum dicere: me non tam
mea uoluntate, quæ ardentiſſima erat: ad hoc
opus deſcendiſſe: q̃ prudẽtiſſimoꝝ, atq; aman/
tiſſimoꝝ conſilio, cũ alioꝝ, tum præcipue Au/
riſpæ, & Leonardi Aretini: quoꝝ alter gręce le
gendo, alter latine ſcribendo ingeniũ excitauit
meũ: ille præceptoris (uni enim mihi legebat)
hic emendatoris, uterq; parentis apud me locũ
optinens. Ad quos cum ſeparatim de propoſi/
to animi mei rettuliſſem: deguſtationẽq; quan/
dam operis demõſtraſſem: uterq; pro ſe ut per/
gerem hortatus eſt: & ut ſe auctore ederẽ, iuſ/
ſit: ut iam integrum mihi non eſſet illorum au/
ctoritati repugnare: ſi repugnare uoluiſſem: ſed
currentem (ut dicitur) incitarunt. O uiros om/
ni laude digniſſimos: O de litteris, ac de littera/
tis optime meritos. nõ ueremini ne alii eo, quo
perueniſtis: licet perquã arduum eſt: perueniát.
Sed hortamini: incenditis: & quaſi de alto ma/
num ſcandenti porrigitis. Quare quærentibus,
atq; admirantibus audaciam meam, ita reſpon/
ſum uelim: me ſummis uiris ſuadentibus hoc
opus & cõdidiſſe, & edidiſſe. Quáquam quod
ad cupiditatem meam attinet: quæ tandem ſe/
cordia, atq; ignauia mea extitiſſet: ſi commiſiſ/
ſem ut alius hanc laudem mihi qualẽcunq; pręe/
riperet? Sunt enim qui nonnulla horum, quæ a
me præcipiũtur: uel de me, uel de auditoribus
meis audita (nunquã enim iſta ſuppreſſi) in ope/
ra ſua rettulerint: feſtinentq; edere: ut ipſi prio/
res inueniſſe uideantur. Sed res ipſa deprehen/
det cuius domini uere ſit hæc poſſeſſio. Quo/
rum unius libellos quoſdam pro amicitia cum
legẽdos eo præſente cepiſſem: deprehẽdi quę/
dam mea: & quæ amiſiſſe me neſciebam: furto
mihi ſublata cognoui. Parco illiꝰ homini. Erat
autem locus de per, & q̃ in compoſitione: de
qua re proximo libro diſputaui: & de quiſquã.
cum adiungitur ſuperlatiuo: negligenter ille
quidem, & inſcite tractatus: ut ſcires aliunde
decerptum: non ex ſe prolatum: & auditum,
non excogitatum eſſe. Conturbatus tamẽ ſum:
& inquam homini. hanc ego elegantiam co/
gnoſco: & mancipium meum aſſero: teq; pla/
giaria lege conuenire poſſum. At ille erube/
ſcenſ ioco tamen atq; urbanitate eluſit: quod
diceret: uti rebus amicorum licere ut ſuis. At
iſtuc, inquam, abuti eſt: non uti. Nihil enim mi/
hi reliqui fit: ubi tu huius rei, in qua ipſe elabo/
raui: palmã ſemel occupaueris. Tum ille etiam
urbanius: quod malus parens eſſem: qui filios,
quos genuiſſem, & educaſſem: è contubernio
eiicerem: ipſe tum miſericordia: tum amicitia
noſtra ad ſe domum ſuam colligeret: atq; edu/
caret pro ſuis. Deſtiti in illum ſtomachari, in/
telligens: multo magis mihi bona mea negligẽ/
ti, q̃ illi bona ab aliis neglecta colligenti, uitio
dandum eſſe. Quare quis non uidet: non in/
honeſtum eſſe: ea me mandare litteris ex me in/
uenta: quæ alii ne furto quidem ſublata, turpe
ſibi ducunt ſcriptis ſuis inſerere? Adductus ſum
igitur ad hoc opus componendum. non modo
magnorum hominũ conſilio, ſed etiam neceſſi/
tate. Nunc ad inceptum redeundum.

Epitome capitis.i.

ASCEN. De gtõ. GENITIVVS oĩs aut paſſiue tantũ ſignificat:ut mei,
tui,ſui, noſtri,& ueſtri:genitiui ꝓnominũ primitiuoꝝ: aut
actiue tm̃,ſeu poſſeſſiue: qđ fere idẽ eſt ut olim hi genitiui.
nſic obſoleti mis,tis,ſis,& nũc nr̃m & ueſtrũ:aut utroq; mõ.
Mis, tis, ſis:ab uſu receſſerũt ut reliqui oẽs. At quia mis,tis,ſis,in uſu nõ ſunt:utimur pro
eis ꝓnominibus poſſeſſiuis:quæ qa mera ſunt adiectiua:uo/
lunt ſubſtãtiuis in genere,numero,& caſu cõformari. Ex qua
ꝓpoſitione ſequunť cõplures:ut dicunt,conſequentiæ.

Prima.

Correla/riũ primũ Quoties dictio regens tã actiue q̃ paſſiue capi poteſt. ſem/
per eſt amphibologia cum genitiuo: niſi cum his genitiuis
mei,tui,ſui,noſtri,ueſtri,noſtrũ & ueſtrum:ut amor Dei.

Secunda.

Secũdum Quia poſſeſſiua in eodẽ caſu ꝯſtrui uolũt:ꝯtinget aut gr̃a
idẽtitatis:aut gr̃a ꝯiunctionis uni regẽti:diuerſos caſus dare.
Vt tua unius nihil refert qđ mea unius opa factum eſt. Sal
uus ſum meo ꝑſidio atq; hoſpitis. Tuã ipſius aiam ptranſibit
gladius:& cum ꝑticipio. Exaudi uocem meã clamãtis ad te.
Itẽ Suſtulit pueꝝ de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis &c.

Tertia.

PETrus de FON. ADIECTIVA interrogatiua aliqñ abſolute ponunť
ſi ad tacitum reſpiciunt ſubſtãtiuũ illius:& ſunt cuius illud:
ut cum dicimus cuium pecus:ſi ad nullũ neutri: ut hic ædi/
lis:quia magiſtratus.hic natalis:qa dies:aut hoc natale. Apri/
lis:quia mẽſis.hic Eſcaldis:quia fluuius.hæc & cætera alia in
neutro genere poſt ſubſtantiua.

Tertium. Interrogando per adiectiuum & reſpondendo per ſubſtã
tiuum:aut econuerſo utimur diuerſis caſibus.
Vt cuium pecus an Meliboei? Non:uerum Aegonis.cuius
hæc tunica? mea.cuia hæc chlamis? militis.

Quarta.

Quartũ. Congrue ad poſſeſſiua fit relatio:ut fieret ad primitiua:li
cet in illo conueniant:neque primitiua poni poſſunt.
Vt in Andria: Oẽs laudauere fortunas meas q haberẽ fili/
um tali ingenio præditum.ubi non liceret dicere: fortunas
mei. & tamen uidetur ad ipſum fieri relatio. Ouid. Tu mea
ſcripta legis quæ ſum ſummotus ad Hiſtrum.

Quinta.

Quintum Mei,tui,ſui,nr̃i,& ueſtri:nunq̃ ꝯſtruunť,niſi cũ dictione:
qui cũ paſſiue accipianť:& cum uoĩe uerbali:aut gtĩ regen
te & cũ dictione partitiua totius ĩtegralis non multitudinis.
Exempla. Verbi gr̃a. Cõgrue dico:amor uel deſiderium tui:hic me/
mor ſui: cupidus noſtri:miſertus ueſtri: egeo:uel miſereor
tui &c. Itẽ aliqd mei. Nihil noſtri:parti meæ cõgrue dico:nõ
tñ aliqs noſtri:ſed noſtrũ. Nec nullus ueſtri:ſed ueſtrũ: & nõ
ueſtroꝝ:niſi ſubaudiať ſubditoꝝ aut familiarium. Cauſa eſt:
qa dum dico:nullus noſtrũ partitio eſt totius multitudinis:
quæ ſine paſſione partis fieri põt. Cum aũt nihil nr̃i partitio
eſt totius ĩtegralis. Nã ſenſus eſt corpoꝝ nr̃oꝝ:aut(ut ſic di/
cam)pſonaꝝ nr̃aꝝ. Vñ uirgines dicere poſſent:ſi per milites
trãſimus:amitteműs aliquid noſtri:quia uirginitatem.

Sexta.

PETrus de FON. HAEC VERO intereſt & refert modum eſſentialem
grãmaticum reſpiciunt: & in fine orationis ponunť hoc mõ:
qui mea ĩtereſt:interdũ tñ in principio citari uidenť: ut ſcri
pſit ad me Cæſar:ut Perottus in epiſtolis componendis.
Intereſt & refert ĩportãtia primetiam ſtatus uel officii ĩclu
Sextum Intereſt Refert. dũt ĩ ſe ſubſtãtiua fœminini gñis:qbuſcũq; gtĩ paſſiue ſigñan
tes ꝯſtrui nequeũt:iõ regunt poſt ſe abltõs poſſeſſiuoꝝ,mea,
tua,ſua,nr̃a,& ur̃a:ſine qbus ĩterdũ ntm̃ ante ſe regunt.
Argm̃. Perottus dicit hũc locũ non ſatis diligẽter a Laurẽtio tra
ctatũ. Nam uera ingt cã cur non gtõs,ſed abltõs regãt eſt. qa
in his uerbis ĩcludunť ablatiui fœminini gñis. Sed ea nõ pri/
maria:ſed quã Valla dat. Quia uidelicet cũ dictis uerbis non
cõgruit ſigñatio gtõꝝ primitiuoꝝ paſſiue ſigñantium:cum
actiue,aut poſſeſſiue ſigñare debeant. Verũtñ friuolæ & ina/
nes uidenť ratiunculæ:cur ĩn abltõ:qũia natura gtõ ſilis eſt:
nec ideo in fœminino:qa id genus medium,aut ſuauius eſt.
Sed quia(ut dicit Perottus)ſubſtãtiuum fœmininũ ĩcludit;
idq; ablatiui caſus:unde nihil aliud eſt intereſt q̃ in re eſt.&
refert:q̃ inquit res fert:ſed ſic nõ eſt ablti caſus unde mallem
dicere:q̃ pro refert. Neq; tñ ea rõ ſufficeret:niſi addereť Lau/
rentiana. Nã ſi licet dicere cã mei:non ſequiť hæc dictio eſt:
aut ĩcludit ſubſtãtiuum fœminini generis:ergo hẽbit abltm̃
poſſeſſiuũ fœminini generis & nõ gtm̃ primitiuũ. ſed opor/
tet addere & ſignificat ſic:ut illi non ꝯgruat gtĩs paſſiue tm̃
accipiendus:ergo nõ dicam refert mei: ſicut interdũ cã mei
quia res aut ee mei non dř. Adieci q interdũ ntrũ ante ſe re/
gunt:ut nihil refert mea.tua mult intereſt. Cæteꝝ uerbum
eſt:qđ non uideť includere ſubſtãtiuum fœminini generis:
frequẽtius hẽt ntm̃ neutri generis:ut Non noſtrum eſt inter
uos tãtas cõponere lites. Aut nõ ueſtrum:non meũ:non tuũ:
nõ ſuum. Quia tñ gtm̃ regit,ſicut intereſt & refert: põt etiã
abltõs regere:forte quia ſubaudiť in re. Vt eſt mea ſup. in re.
de gtõ exempla ſunt. Grates perſoluere dignas Non opis eſt
noſtræ. Non uiri cuiuſq; eſt Corinthum petere &c.

Septima.

Mei,tui,ſui,noſtri,& ueſtri:dũ genitiui primitiui ſunt cõ Septimũ.
ſortium ſubſtãtiui.q̃ſi per appoſitionẽ reſpiunt. Sicut meus,
tuus,ſuus,noſter,& ueſter:adiectiua conſortiũ genitiui nois
proprii:quo circa aut caſum,aut ſermonẽ mutabimus.
Verbi gr̃a. Nõ dices(auctore Valla)Eges mei Priſciani:ſed
mei qui Priſcianus ſum:uel me Priſciano. Nulla tñ uideť,ni
ſi uitãdæ amphibologiæ rõ:cur nõ liceat dicere mei Priſcia
ni:ſicut me Priſciano:ſed dum dř mei Priſciani:dubium eſt
an mei qui ſum Priſcianus:an eius qui eſt Priſcianus meus.ſ.
ſeruus aut filius. Nã ſicut ꝑpria nõ regũt gtm̃,niſi per ſupple
mẽtum appellatiui:ſic nec cõſtruunť cũ poſſeſſiuis. Vnde cũ
diciť Aenei.6 Deiphobe Glauci:ſubaudiť filia. Et dum dici
tur.1. Aenei. Quid meus Aeneas in te cõmittere tm̃. Subaudi
tur filius. De ſecundo exemplum eſt:ut licet dicatur Mea ſo/
lius opera:non tamen mea Priſciani opera.

Octaua.

Recipiunt autẽ mea,tua,ſua,noſtra,& ueſtra: frequenter Octauum
hos genitiuos:unius,ſolius,ipſius,cuiuſq;.& gtõꝝ ꝑticipio/
rum.clamãtis,dormientis &c. Primitiua autem genitiuum
gerundii nominis & etiam participii ac illos unius &c.
Exempla patuerunt. Mea unius opera:tua ſolius diligẽtia:
tuam ipſius aiam:ſua cuiuſq; gratia.latere meo dormientis.
Ouid.in.Epiſto. Copia placandæ ſit modo parua tui. Cice.ad
Lentulum:Quocunq; tpe mihi poteſtas præſentis tui fuerit.
Neq; inepte dixeris Non egeo tui ſolius:ſed omnium tuoꝝ.
Et ſicut tua unius:ad unum loquens dico:ita ueſtra duorum
trium:aut quattuor opera factum dicere poſſum:ſed quia il
lic ꝑprium eſt in uſu:mallem dicere ueſtrum oium, aut ue/
ſtrum duoꝝ,q̃ ueſtra. Brutus tamen ad Ciceronẽ dixit:Qui
ueſtris paucorum reſpondeat laudibus.pro ueſtrum.
QVO modo gtĩ hæc dictionum poſſeſſionem & poſſeſ/ PETrus de FON.
ſam rem appellant:qua duplex eſſe uideť.ſ.pura & ĩpura. Pu/
ra igitur eſt quã nobis perfecte complere poſſumus:& extra/
neum quod hmõi eſt non eſt purũ:ſeu poſſeſſio pura. Impu/
ra poſſeſſio eſt quæ rem manu leuatam connotat.
MEVS, tuus,ſuus,pronomina ſunt:ut ait Seruius:non
tãtum Seruius:ſed in arte Donati legiť:ꝓnoĩa iõ eſſe noĩa di
cit:qa noĩum uice funguntur:qm̃ eoꝝ noĩum uim exprimũt:
nõn tñ plene exprimunt:unde in ꝓnoĩum diffinitione Dio
medes & Donatus pene aduerbiũ adiecerunt dicẽtes. Prono/
mẽ eſt pars orõnis:quæ pro noĩe ꝑprio poſita idem pene ſer
uat pſonas finitas:non oĩa ꝓnoĩa ſiue deriuatiua,aut primi/
tiua pſonas finitas recipiũt. Dicimus quare Diomedes & Do
natus non dixerũt ſimplř pſonas finitas recipit ꝓnomen:ſed
interdum recipit:ut in eius diffinitione:ut ego,tu,ille. hæc
tria(ut ait Seruius)pſonas finitas recipiunt:quia ad præſen/
tem perſonam referuntur: q̃q̃ ille uariat:ut paulopoſt dice/
mus:& ideo recte ſic diffinitur:eſt pars orationis loco nomi/
nis ſubſtantiui poſita:ſcilicet finitas perſonas cum intellectu
ipſius nois recipiens:& fuit inuentum:ut in oratione locum
nois cauſa confuſionis tollendæ ſuppleret præpoſitum refer
ret:aut ſibi adiunctum nomen demonſtraret.

¶ De tribus ꝓnoibus mei tui ſui. Cap. primo.

MVltis in locis Priſcianus teſtat̃: nihil
intereſſe: an utamur primitiuo, an de/
riuatiuo in illis pronominibus, mei,
tui, ſui. Quid eſt enim, inquit, meus
eſt filius: niſi mei filius? & alibi. Mei ager eſt:
& mei agri inſtrumẽtum: & mei agro dedit: &
mei agrum colo: ſimiliter mei agri: & mei agro
rum: & mei agros dicimus: ſimiliter tui agrũ, et
tui agros, & ſui agrum, & ſui agros, & nr̃i agrũ,
& noſtri agros, ueſtri agrũ, & ueſtri agros. Et
alibi. Amat ille ſuum filium: & amat ſui filiũ:
bene dicit ſuo filio: & bene dicit ſui filio: petit a
me ut proſim ſuo filio: & proſim ſui filio. &
in aliis adhuc locis: niſi hac rõne: ut ipſius utar
uerbis. Si ipſa tñ poſſeſſio in poſſeſſorẽ faciat
trãſitionem: non eſt cõgruum uti pro genitiuo
primitiui poſſeſſiuo: qa uim hẽt cõpoſiti grȩci.
ut Ciceroni redit ſuus filius: non ſatis cõmode
pro hoc dicit̃ Ciceroni redit ſui filius: nec Cice
ronem laudat ſui filiis: pro ſuus filius: & ſimi/
lia. Quia nec apud Graecos bene dr̃ ι τον ſικε/
ρωνα επαινει ο εαυτου υιος: niſi more Attico
εαυτου pro ſimplici accipiat̃. In quo Priſcianũ
falli, uel ex hoc argumentũ eſt: qd nulla (ut ſere
ſolet) auctoꝝ exẽpla attulit: et de cõtrario illoꝝ
uſu reticuit. Ego autẽ, qm̃ de his triũ ꝓnominũ
genitiuis inter me, & Priſcianum quaeſtio eſt:
aliquanto altius repetam de natura genitiui: &
de uſu doctiſſimoꝝ auctoꝝ diſputabo: & licet
non pauca in hanc rem mihi dicẽda ſint: nõ pſe
quar tñ paruula quaedã, & minuta: ut tot uerbis
ille fecit: ſed quae eruditiſſimis euadere uolen/
tibus ſint gratiſſima: quae cũ ignota fuerint Pri/
ſciano: declarant eũ non ſatis ſtilo oratorio eſſe
exercitatũ. Genitiuus oĩs (ut taceã: ſi qui ſunt
alii modi) aut actiue, aut paſſiue accipit̃: adde
etiã poſſeſſiue: quod pene pro actiue accipio.
actiue ut ꝓuidentia dei: bonitas dei: paſſiue: ut ti
mor dei: cultus dei. Ibi deus ꝓuidet: & benigne
agit: non ipſi prouidet̃: & benigne fit, hic time/
tur, & colitur: nõ timet, nec colit. Poſſeſſiue ſe/
des dei: regnũ dei. Atq; ut in hmõi oratione in/
tellectus apertus, atq; unus eſt: ita in illis ambi/
guus, & anceps. amor dei: charitas patris: ſuſpi/
tio uxoris. Dubium eſt de utro loquaris: an de
amore, quẽ deus in nos habet? an de eo, quem
nos in eũ? de charitate patris in filios? an filioꝝ
in patrẽ? de ſuſpitione naturali? an de ſuſpitio/
ne uxoria? Taceo quod aliqñ ambo hi genitiui
eidẽ orationi adſunt. ut in Catone maiore Cice
ro. Quid de P. Licinii Craſſi, & pontificũ, &
iuris ciuilis ſtudio loquar? Craſſus ſtudet. qd̃
eſt actiue. uis ut ſic dicam? ſtudet̃: quod eſt paſ
ſiue. Iteꝝ de offi. li. i. Quare L. Scyllae, C. Cae/
ſaris pecuniaꝝ trãſlatio a iuſtis dñis ad alienos,
non debet liberalis uideri. Tria igitur prono/ Mei paſſi/ue.
mina, de qbus agimus: ſola oium binos geniti/ Tui paſſi/ue.
uos ſortita ſũt: unos, mei, tui, ſui: alteros, q iam
exoluerũt: mis, tis, ſis: in quoꝝ pene locum ſuc/ Sui paſſi/ue.
ceſſerũt deriuatiua, meus, tuus, ſuus. hoꝝ bino/ Mis acti/ue.
rum genitiuoꝝ antiquitati placuit alteros acti/
ue ſignificare: alteros paſſiue. Nam illa, mis, tis, Tis actiue
ſis (ut coniectura ducor) actiue, ſiue poſſeſſiue Sis actiue.
ſignificabant: ut haec ipſa, meus, tuus, ſuus. Vn/
de ꝓnomina poſſeſſiua uocitantur. Ennius in
ſecundo. Ingens cura mis concordibus aeqpa
rare. Plautus in Penulo. Da diem hũc ſoſpi
tem rebus mis agẽdis. Atqui q̃uis idem in mi/
lite, & iteꝝ in mercatore tis pro tui uideri poſ/
ſit accipere: tñ hic cum Ennio mis poſuit pro
meis: non mei: quod nõ licere fieri, auctoritatẽ
ex auctoribus repetamus: nec accipi unq̃ mei,
tui, ſui: niſi paſſiue. M. Fabius. Et, quod iter
iſta difficillimum fuit: amore mei uicit etiã ma/
trem ſuã. Cicero. Quod deſiderium tui fer
re non poſſet: & me tũi pudet. Virg. in ſexto.
Quiq; ſui memores alios fecere merendo.
Terentius. Hoc unum ſcio: hanc meritam ut
memor eẽs ſui. Nõ ſignificat̃ hic amor meus:
quem in alteꝝ habeo: ſed (ut ſic dicam) de me,
quẽ alter habet: & quo amor. Item non deſide/
rium tuũ: ſed alterius de te: & pudor non tuus,
ſed te: & memoria non ſua, ſed de ſe. Similiter
in plurali dũtaxat duoꝝ. Nam ſui non uariat uo
cem genitiui pluralis. at ne ſingularis quidẽ: ut
Priſciano placet. ſis enim nõ reperit̃: ut tis: mis.
Ideoq; opinor & haec duo illius exẽplo pariter
intercidiſſe: cum praeſertim in uicem eoꝝ ſucce
dãt deriuatiua. Habẽt itaq; haec duo pronomi/ Nr̃m plu. rñdet mis
na in plurali noſtrũ, & ueſtrum: quae rñdent ad Veſtrũ rñ/det tis.
illa, mis, tis: & item noſtri, & ueſtri: quae rñdent
ad illa, mei, tui: ut nemo noſtrũ: nemo ueſtrum: Noſtri rñ/det mei.
non aũt nemo noſtri: nemo ueſtri. Rurſus hẽre Veſtri rñ/det tui.
curam noſtri: ſicut, habemus curã ueſtri: non au
tem habete curam noſtrũ: ſicut hẽmus curam
ueſtrum. Si qs exẽpla deſiderat: ſibi facile repe/
rire poterit. In diuerſa opinione Seruius grãma
ticus eſt: qui ait. Noſtri autem, & ueſtri geniti
uus pluralis eſt antiquus: & ex graeco deſcen/
dens: ſicut ſingularis eſt mis, & tis: & hoc eſt uñ
dicimus noſtri cauſa fecit: hoc eſt noſtrũ. For/
ſitan A. Geliũ (ut poſtea apparebit) eſt ſecutus.
Sed hos & Priſcianũ cum aliis in errorẽ (ut au/
guror) induxit: quod interdum inueniunt haec
non ad aliam referri pſonam: ſed reciproca eẽ.
ut ego oĩa facio amore mei: tu iſtud feciſti gra/
tia tui. Oblituſq; ſui eſt Ithacus diſcrimine tã/

Genitiui natura.

to. ſed nõ fuit cã cur errarẽt. Nã ita in his paſſio eſt: ut in illis. nec alio mõ aliqd ego facio amore mei ipſius: q̃ tu amore mei. Vt eni diligor abs te: ita diligor a me: ut eſt apud Ouidianũ narciſſum. Vror amore mei. & tu ſicut ab altero ita a te ipõ diligeris: & ſibi qſq; amicus eſt: ut alteri. Eſt alia præterea cã cur errarent: qd̃ uident hæc, quæ nos diſtinximus ꝑ actiue, & paſſiue: in multis indifferẽter poni. ut cauſa mea: & cauſa mei: fama mea, & mei: imago mea, et mei: poteſtas mea, & mei: copia mea, & mei: uſus, utilitaſq; mea, & mei: memoria mea & mei. Interdum etiam ipſa deriuatiua ꝓnomina paſſiue accipi: ut apud Terentium. Vt appareret facile deſiderio id fieri tuo: Videlicet quod tu deſideraris: non qd̃ deſideras. Quale eſt accuſatio mea, & crimen meũ: cum accuſor criminis: q̃ſi accuſatio mei, & crimẽ mei. ſed non ſatis ſolertis fuit tam facile falli.

Pronoia deriuatiua quoq; paſſiue poni.

Nã hoc ultimũ, ubi paſſiue poſitum eſt ꝓnomen deriuatiuũ: qd̃ qdẽ rarum eſt: nõ magis contra me facit, q̃ cõtra ueteres oẽs: qui hæc ꝓnomina poſſeſſiua uocauerunt: ideſt ſignificãtia poſſeſſionẽ: quod nũc nõ faciunt: qd̃ (ut dixi) rarum eſt. ideoq; nõ paſſim hoc reperias: ne in iſtis qdem ipſis. non enim dicas pro eodẽ, dolorem tuũ, & dolorẽ tui: ut dixit Terentius: deſiderium tuum: pro tui. quod ſcilicet ipſe nõ dicerem. Verũ qñ quidem nõ ſinita hæc oia ſunt: quæ natura quadam ab uſu aliorũ recedunt: non grauabor de nõnullis ſigillatim dicere: dum non grauent̃ audientes, legẽteſq; hæc audire, uel legere. Dicã tñ breuiter: & res digna ſcitu in primis: in qua uidemus maximos etiã eſſe allucinatos. Primum eſt: cã mea uenisti: & cauſa mei.

Mei cauſa poſſeſſiue

Cauſa mea accipit̃ poſſeſſiue: eo mõ, quo uia mea uenisti. pecunia mea feciſti ſumptum: iter meo ſumptu feciſti.

Mei cauſa paſſiue.

Cauſa mei uero paſſiue: eo modo, quo beniuolẽtia mei. Modus tñ prior eſt uſitatior. quid autẽ de hoc Seruius idem ſentiat: poſtea uidero. Fama mea, & fama mei eiuſdẽ rõnis eſt. & mea fama frequentius dicimus. Imago mea: ſcilicet quæ mea eſt, ut ſtatura mea: forma mea. imago mei, nempe quæ de me eſt. Sed prior modus uſitatior. Hæc, quæ ſequunt̃: in utranq; partem frequentiora: ut alterũ tñ alterius ſenſus ſit. Memoria mea actiue: quod ego recordor. Memoria mei: quod alii de me recordant̃: uel mẽtionem habent. ſæpe etiã poſſeſſiue: eo modo, quo fama mea: dolor meus: quẽ ipſe patior: dolor mei: quem alius de me patitur: uel forſitan ego ipſe: ſimq; dolens meã uicẽ: ſicut dicimus: miſereor mei. Copia mea, poſſeſſiue: quã ego poſſideo. copia mei, paſſiue: qua ego poſſideor: ut faciã oĩbus copiam mei, non meam. Meretrix facit oĩbus copiam ſui, non ſuã. Poteſtas mea, quam hẽo: mei, qua habeor. nec pulchre dicas alterũ pro altero. ut tu uides ptãtem meam, quãta eſt: non mei: habes poteſtatẽ mei, nõ meã: niſi aliud ſignificet: pro eo, quod habes eãdem, ſimilẽue ptãtẽ: ut apud Ciceronẽ. Bello marſico Octauius oĩbus faciebat ſui conueniendi poteſtatẽ.

Vtilitas mea aliud eſt, q̃ utilitas mei: ibi poſſideo: hic poſſideor. Quintilianus. Sed ut aliqd præſtaret patriæ utilitas mei. Ideſt de me. Nam fieri põt ut in eadem re nõ ſit utilitas ſua alicui cum utilitate ſui. qdã legunt utilitas mei. Idem. Quid nũc agã? aut quem ultra eẽ uſum mei diis repugnãtibus credam? uſus inquã eſt non meus: ſed ex me aliorũ. Adhuc idẽ. Præſens qdem illa ꝓtinus reddit̃ merces: quod oĩbus, quibus inſedere: odorẽ mellis inſpirant: & breui cõtractu uim ſui relinquũt. uim nõ ſuã, ſed ex ſe. Quo tu captus amore mulieris malles habere copiam ſui q̃ ſuam: Faſtidium meũ, quo ego alios faſtidio: faſtidiũ mei; quo ab aliis faſtidior. Vt idem. Seu mulier oĩbus expoſita mortalibus uanitatem faſtidio mei, deſpectuq; captauit. Hæc ſunt, & his ſimilia, non tamẽ plurima: quæ ancipitẽ naturã hñt: cætera uero minime. Non enim ſic dicimus. pulchritudo mei, fortitudo tui, lõgitudo ſui: ut imago ſui: nõ prudentia: nõ ingenium: nõ ſapientia: nõ probitas: non uirtus: non ĩnumerabilia. Quod ſi tã parua res eos mouit: debuit e diuerſo illud magis mouere: qd̃ quædam, quæ non multa ſunt: habent ancipitẽ ſignificationẽ: ſed quam nemo, niſi cæcus non diſcernat: ut pars, dimidium, mẽbrum, medium, quid, aliqd, multũ: & ſiqua alia. Quis enim nõ uideat: cum dico: hæc eſt pars mea nõ de corporis mei parte intelligi: ſed de hæreditatis? & iterũ: hæc eſt pars mei: nõ de hæreditate: ſed corpore? Manus pars mei eſt, non mea: fundus pars mea eſt: non mei. Dimidiũ tui maius ait eſſe, q̃ dimidium ſui: ꝑfecto de corpore intelligo: dimidium tuũ maius ait eſſe, q̃ dimidium ſuũ: de præda, aut de cibo, aut de ſucceſſione, aliiſq; ſimilibus intelligẽdum eſt. Mediũ tui tãgam: non medium tuum: e medio mei ꝑdiit: non e medio meo. Vt auferã niquitatem e medio mei Iſrael. Mẽbrum, cum pro parte accipitur: eãdem rõnem ſequitur: ut hic puer mẽbrum mei eſt: quaſi pars mei: ſin pro mẽbro aliquo: & in ſuo ſignificato ita accipitur: ut caput: ut manus: ut ꝑes. hic puer mẽbrum meũ eſt: q̃ſi ſic, ut caput, & manus: hic digitus mẽbrũ meũ eſt: nõ mei. Item quid mei tetigiſti? quid tui uidi? aliquid tui uirgo perdes: ſi uenatũ prodibis

cum adoleſcentulis:non aliquid tuum: niſi di/
camus tui a neutrali genere. Vt Cicero de Ora
to.lib.iii. Ex quo uereor ne nihil ſim tui, niſi
ſupploſionem pedis imitatus? ideſt de tuo,nõ
de te. Vlyxe ſiqd tui Polyphemus prehenderit:
id omne deuorabit:mei nihil attigit. quicquid
enim attigiſſet mei:ſtatim cõtriuiſſet. Multum
mei ille auferre poteſt:ſed plus tui. plus,inquã,
de te,q̃ de me,non de tuo,& de meo. Item quic
quid Meliboee diripuiſti: aliqd meum fuit,nõ
mei. Nunc redeo ad Seruium:qui ait. Tui cã
feci,& tua cauſa feci,diſcretionem hãc hñt:ut
tui cauſa tunc dicamus:ſi aliqd ipſi, ad quẽ lo/
quimur,præſtiterimus:ut puta:tui cauſa te dẽ/
fẽdi. Virgilius in.xii. Victus amore tui cogna
to ſanguine uictus Coniugis & mœſtæ lachry
mis uincla oĩa rupi. Tua uero cauſa cum alte
ri aliquid alterius contẽplatione præſtamus.ut
tua cauſa mancipium tuum defendi. Si Seruius
tãtum de hoc uocabulo cauſa loquitur: & non
in uniuerſum de oĩbus hmõi: non recte attulit
exẽplum alterius uocabuli:præſertim nõ nihil
naturam differẽtis. ſin uero de oĩbus: nõ poteſt
una lex dari diuerſis:ut ſupra oſtendimus: ſi tñ
lex eſt:& non potius cõtra legem oĩum ueterũ.
Cã cũ deriuatiuo ꝓnoie. Nam(ut ego dicebam)cauſa ſæpius cum ꝓno/
mine deriuatiuo copulat̃: atq; hoc quidem in/
differenter:ſiue aliena ſit cauſa,ſiue tua. Veluti
ſiquis dicat. Epicurus uult oĩa cuiq; agenda eẽ
cauſa ſua: mihi mea: tibi tua: illi ſua: nobis nr̃a:
uobis ueſtra. nõ mihi tua,aut ſua: nec tibi mea:
nec illi noſtra: nec nobis ſua: nec uobis noſtra.
Hic nihil opus eſt admiſcere primitiuũ. Sed ne
ſine exẽplo loquar:quod ipſe fecit:uno ero cõ/
tentus ſumpto ex Q uintiliano. Mea depu/
gnaſti cauſa:tua periſti. Atq; hoc, qđ Seruius p̃/
cipit nobis:ipſe conſtanter uſus eſt:neminem tñ
ſecutus:q̃le eſt illud in.vi. Aeneidos. non ſpe
ſalutis: ſed mei cauſa. & in octauo. Hæc ſi/
gna mei cauſa fiunt. & in nono. Vult enim in/
telligi ſui cauſa matrem ſecutam. Verũ quid mi
rum de Seruio? cum Aulus Gellius,& qdẽ an/
tiquior,nõmodo nullum exitũ in hac quæſtio/
ne poteſt reperire:ſed etiã nõ optime ſentit. Ita
enim inquit. Cur igit̃ Terentius, Pœnitet no
ſtri,nõ noſtrum? nihil hercle mihi uenit in men
tem:niſi auctoritas quædam uetuſtatis non ni/
mis anxie, nec ſuperſtitioſe loquentis. Paulo
poſt. Sed ꝓculdubio qui rectiſſime loqui uo/
let:noſtrũ potius dixerit:q̃ noſtri. Et idcirco im
Saluſtii locus. portuniſſime fecerũt,qui in pleriſq; Saluſtii exẽ
plaribus ſcripturam ſinceriſſimam corruperũt.
Nam cum ita in Catilinario ſcriptũ eſſet: Sæpe
maiores noſtrũ miſerti plebis romanę:noſtrum
aboleuerunt:& noſtri ſubſcripſerunt:ex quo in
plures libros mẽdæ iſtius idoles manauit. Tu
A. Gelli de genitiuo noſtri loqueris:non de no/
minatiuo noſtri pluralis numeri: utrum rectius
ſit? at exẽplum Saluſtii(ut mihi,& cæteris pla/
cet)in nr̃o caſu nihil ad rem facit,neq; ad exem
plum Terentii. & hi, qui(ut tu uis)Saluſtii ſcri/
pturam corruperunt:non in genitiuum mutaue
runt ſonum illum:ſed in noĩatiuum: per quem
caſum nõ audeas tu dicere corrupte nos loqui:
ĩmo(quãtum ego ſentio)incorruptius. eſt enim
una eadẽq; uox noſtri ab eo,quod eſt ego,geni
tiui caſus:& nominatiui ab eo,quod eſt noſter.
Neq; uero ego repugno A. Gellio dicenti mu/
tatam eſſe ſcripturã a nr̃m in noſtri.nominatiuũ
tñ,non gtĩũ. nam neq; aliquis recte in genitiuũ
mutaſſet:neq; rõne mutaſſet. Q uin potius fa/
teor:& hoc libentius:qđ unicum illud exẽplũ;
quod ipſe ex Plauto ꝓtulit:fortaſſe mẽdoſum
eſt,dicens. Duorũ labori hominũ parſiſſem lĩ
bens:mei te rogãdi:& tui mihi rñdendi. Ait aũt
Gellius. Mei hoc in loco Plautus nõ ab eo di
xit,qđ eſt meus:ſed ab eo,quod eſt ego. Itaq; ſi Gel. locus ex Plauto.
dicere uelis patrẽ mei,pro patrẽ meum: quod
Græci modo dicunt:inuſitate quidẽ, ſed recte
profecto,eaq; rõne dicas,qua Plautus dixerit:
labori mei, pro labori meo. Nolo eqdẽ tam
confidẽter,ut facit Gellius, ſcripturam mẽdo/
ſam dicere: & affirmare quod inexploratũ ha/
betur. Taceo quod dãnat fortaſſis imeritos:qui
nec corruperunt ſcripturã & melius ſic dici pu
tauerũt. Quęro cur uериſimilius ſit:aliquos ſcri
pturam illã mutaſſe Saluſtii:in qua nihil abſur/
di erat:q̃ hanc Plauti:qui contra grãmaticorũ le
ges, qualis eſt Priſcianus,& Seruius, & Dona/
tus:qui hunc poetã in ſchola lectitabant:facere
uidebant̃:ſi ita dicerẽt. duorũ labori hominum
parſiſſem libẽs:meo te rogandi:& tuo mihi rñ/
dendi. Nulla nãq; grãmaticæ ratio uidetur hoc
poſſe tueri, qn quotiens per indiuidua exponi/
mus ſigillatim,qđ dixeram⁹ p uniuerſum:eodẽ
caſu utamur: ſic. Duobus hoibus laborẽ detra
xi:neceſſe eſt ut dicamus,mihi. ſ.& tibi: nõ aũt
meũ,& tuum:tñ(ut ſentio) in genitiuo permiſ/
ſum eſt. ut: affert hic accuſationẽ duorũ homi/
num:mei,& tui: ſiue meã,& tuã:quale hoc lo/
co fit. ſed dicendum potius per ꝓnoia deriuati/
ua. quia poſſeſſio,ſiue actio ſignificat̃,non paſ/
ſio. quod ego mutatum eſſe nolo dicere ab ip̃o
A. Gellio:ſed a grãmaticæ ꝓfeſſoribus: quorũ
nihil eſt ſupcilio ſupbius:nihilq; improbius:&
ad emẽdandos libros,uel corrũpendos potius,
magis audax. Præterea Plautus licẽtia uerborũ
põt dici uſus: in qua fuit plane nemo liberior.

Poſtremo quid habet mométi ex uno auctore, & eo poeta, afferre unum exéplum in tanto numero oīs generis auctoꝵ. qui adeo refugerunt dare actiuam ſignificationẽ his tribus genitiuis primitiuoꝵ: ut eos mutauerint in alterá uocem: genitiuis aliaꝵ dictionum, cum qbus coniuncti erant: natura repugnáte, minime mutatis. ut Cicero in Gabinium, & Piſoné. Dico mea unius opera rẽpublicam eſſe liberatá. Idẽ ad Atticũ. Solius enim meũ peccatum corrigi nó poteſt. Idem pro Murena. Ex tuo ipſius aio coniecturám ceperis. Non dixit: ac ne dicere quidẽ potuiſſet: mei unius opera: mei ſolius peccatũ: tui ipſius aius. & in plurali. Quintilianus. Deinde cũ ſatis uires eoꝵ explorauerint: ſuæ ipſorum fiduciæ pmittunt. Non dixit ſui ipſoꝵ fiduciæ. Quid multis? cũ etiam apud recentiores (de chriſtianis loquor) hoc ſit obſeruantiſſimum? ut in pſalmo. xl. & lxviii. ſm hebraicam ueritatem: quoꝵ alter ita incipit. Dñe clamaui ad te: feſtina mihi: exaudi uocẽ meam clamátis ad te. Alter ſic. Audi deus uocẽ meam loquentis. a timore inimici ſeruauit aiam meam. & in lx. ſm aliam e græco tráſlationẽ. Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Eſt aũt ſolius non fœminini generis: ſed maſculini: ut ex græco apparet: refferturq; ad dñm: nõ ad iuſtitiam.

Item libro regũ ſecundo. Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormientis. & in euangelio Lucæ. Et tuam ipſius aiam ptráſibit gladius.

Nec deſunt qdam imperite docti: qui conant illud exponere: tuam ipſius aiam aliud eſſe, ꝗ tui: ſi tui dicere liceret. hoies ignaros, nõ ſolum theologiæ, ſed etiam lraꝵ. interrogẽt Græcos: & reperiẽt penes eos unde nos ſumpſimus tui eſſe, nõ tuam: cum illi non hẽant in his tribus pnoibus, ꝗ nos, elegantiam. Ideoq; apud eos eſt. pater noſtrũ, uel noſtri, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tui: aduemat regnũ tui: fiat uoluntas tui: ſicut in cælo, & in terra. Panẽ noſtri, uel noſtrum, da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtri, uel noſtrũ: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtri, uel noſtrũ. quæ nos, ne barbare loqueremur: mutauimus in pnoia deriuatiua. Ex quo apparet: non modo illud A. Gellii, maiores noſtri per genitiuũ contra grámaticá, uerũ etiam illud, maiores noſtrum contra uſum eſſe: potiuſq; in tali genere utẽdum deriuatiuo noſtri, ꝗ primitiuo noſtrũ. Licet hoc ratione nõ uterentur. Nec uſꝗ cõtrarium exẽplum reperire contingit: niſi unum in epiſtola quadá Ciceronis ad Curionem, ſic dicentis. Eam autem unius tui ſtudio me aſſequi poſſe cõfido. quod & ſi defendi poſſet ſtudio pro gratia, & fauore, uel amore alioꝵ erga te: ut apud Horatium ad Iunium: Ne ſtudio noſtri peccesiti malim dicere id factum eſſe uitio librarioꝵ. Ac ne ſemp culpá reiiciam in librarios falſo: dabo argumentum cur & prius, & nũc merito in illos impetũ faciam. In pxima ſtatim epiſtola legitur bis tyráno P. Lentulo, pro eo, qd eſt, tribuno plebis. Et in pcedente libro ad Lentulum: qui eſt illius operis primus: bis etiam idẽ uitium eſt, in ſecunda, & in xi. epiſtola. Et cũ oia ut reor (maximá enim partẽ uidi) exemplaria, quæ in Italia ſunt, mendoſa, & deprauata hoc uitio eſſent: nullus tñ tantum flagitium aiaduerterat. Itaq;, ſicut illud emẽdauimus: ita hoc quoq; emẽdare, & in priſtinam ſynceritatẽ reſtituere audeamus: ſic. Eam rẽ tuo unius ſtudio me aſſequi poſſe cõfido. Nec alia cauſa factũ eſt: ut Terentius dixerit: Saluus ſum meo præſidio, atq; hoſpitis: & nõ præſidio mei, atq; hoſpitis. Quẽ imitari Petrarcha ſi ſciuiſſet: nõ titulum opi ſuo indidiſſet: De ſui, & aliorum ignorátia: ſed de ſua. Aliud naq; eſt ignorátia ſui, aliud ignorátia ſua. Si tñ ſenſit de ignorátia, ꝗ de ſe habuit: recte dixit: & uulgo dicamus. ſcio tuas diuitias: qui te pauperẽ quereris: non tui diuitias. Aſpice liberos meos: qui dicor orbus: non mei liberos: cernat ſua prædia: qui mihi unum fundum inuidet: non ſui prædia. ubi nõ modo genus diſſimile eſt antecedẽti, & relatiuo: ſed etiam numerus: ꝗ ꝗ (quod ualidiſſimũ eſt) ingens differẽtia ſignificationis eſt inter primitiua pnomina, & deriuatiua. Sed iſta oia fieri cogit: quod non licet primitiuis genitiuis dare ſignificationẽ actiuá: cuius rei & illud maximũ argumentum aptiſſimũ eſt quod ſubiiciam, nulli adhuc grámaticoꝵ intellectum: qd dicimus: mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra, intereſt, & refert: non autẽ, mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri. Eſt autẽ illud, mea, tua, ſua, non ex parte ante, ut quidá uolũt: ſed ex parte poſt: non aliter, ꝗ cum dicimus: hoc itereſt illius: q̄ ſi, hoc eſt officium illius: ita hoc intereſt mei: ſi liceret mei aliter accipere, ꝗ paſſiue. Nunc dicimus, mea, in uoce poſſeſſiua: ſed ita tñ ut ſit primitiuum, & ſubſtátiuum, & non adiectiuũ: deniq; ita, ac ſi diceremus mis. Regi autẽ ex parte poſt, atq; adeo hoc uerbum hẽre ante ſe noiatiuum, ſicut ſum es eſt: ſed in neutro genere: quis dubitet? cum oia ſint plena exemploꝵ. Cicero pro Plautio. Si quid mea minus intereſt: id te forte magis delectat. & pro eodẽ. Non ſolũ quid cuiq; debeam, ſed qd cuiuſq; interſit. & pro Sylla. Veſtra enim, qui cum ſũma elegantia, & integritate uixiſtis: hoc maxime intereſt. Et pro lege Manilia. Illud primum parui rẽ

Dñica oratio apd græcos.

Intereſt cum mea nõ mei. Refert cũ mea non mei.

Manilia lex.

fert. Vbi etiã dicere poſſemus: Illud mea parui refert. ſed hoc nihil ad præſens tpſ. Hæc oĩa reſoluunť in uerbum ſubſtãtiuum hoc modo. Siquid minus meum eſt: qđ cuiuſq; eſt ueſtrũ: hoc eſt maxime. illud parui momenti eſt. ut appareat non differre naturam uerbi ſubſtãtiui, & hoꝝ duoꝝ impſonalium: niſi quod illud naturaliter poſt ſe noĩatiuum poſtulat: hoc genitiuũ, ſed actionis, ſiue poſſeſſionis, more uerbi ſubſtantiui. Sed hoc in cæteris noĩbus ac ꝓnominibus nihil dubitatiõis habet: quoꝝ genitiui actiue, paſſiue, poſſeſſiue, & ſiquis eſt alius modus, accipiunť. mei autem, tui, ſui, diuerſam naturã hñt. Quid igitur faciẽdũ erat? hæc paſſiue accipiuntur, ſiue poſſeſſiue: non actiue, nec poſſeſſiue. illa uerba uolunt poſt ſe genitiuum actiuũ, ſiue poſſeſſiuum. Dãda ergo fuit uox poſſeſſiui pro ſignificato primitiui: non genitiuus poſſeſſiui: qui idẽ erat, qui eſt primitiui. Sed ablatiuus, qui natura eſt genitiuo ſimillimus: & in genere fœminino, uel tanq̃ medio triũ geneꝝ, uel ſuauitatis gratia, ne durum uidereť, meo, noſtro, tuo, ueſtro, & ſuo. Ideoq; hi ablatiui iungi ſibi patiunť adiectiua illa tanq̃ actionem, poſſeſſionẽq; ſignificãtia in genitiuo: ut ſupra demõſtrauimus. Sic mea ſolius intereſt: tua unius refert: ſua ipſius intereſt: non mei ſolius, tui unius, ſui ipſius: niſi in alia loquendi figura: de qua mox ſubiiciam. Vnde maxime palã fit: nunq̃ hos genitiuos ſumi niſi paſſiue: ut habeo curã mei ſolius: nõ meam ſolius: hẽo curam tui unius: non tuam unius: unuſquiſq; curam gerit ſui ipſius: nõn ſuã ipſius. Cur ita eſt? quia hic paſſio ſignificatur: ubi ſupius uel actio, uel poſſeſſio. Cuius rei unum exẽplum ſuffecerit ex Terẽtio. Hem tot mei ſolliciti ſunt: cauſa ut me expleant. Et planum qdem iam fecimus: tres genitiuos, mei, tui, ſui, paſſiue ſemp poni: meus, tuus, ſuus, pleruq; poſſeſſiue. Ideoq; cum utẽdum eſt illis primitiuoꝝ genitiuis: mutari ſonum de i in a. Nũc aliqua addenda ſunt de his dictionibus, quæ legittimæ coniunguntť cum hmõi ꝓnominum genitiuis. non enim oẽs poſſunt. Ante oĩa nullum ſubſtãtiuum in conſortio ſuo ſuſtinẽt. ut. fili noli domo recedere reſpectu mei patris. Quod non tam placuiſſe Priſciano reor: q̃ per imprudẽtiam eẽ lapſum: cũ dicit. mei Priſciani eges: tui Priſciani egeo. et alibi. Ego Virgilius, tu uirgilius, ille Virgilius: Mei Virgilii, tui Virgilii, illius Virgilii. Hæc enim oratio declarat meũ Priſcianum, Virgiliumue, aut tuũ: non me Priſcianum, Virgiliumue, aut te: non aliter, q̃ ſi dicas: eges mei patris: egeo tui dñi: quod pfecto non eſt primitiuoꝝ, ab eo, quod eſt ego, & tu: ſed deriuatiuoꝝ, ab eo, quod eſt meus, & tuus. Neq; diſcrimen facit: quod hic appellatiuũ nomen eſt: ibi ꝓprium. Virgilius. Si qua tui Corydonis hẽt te cura, uenito. Et alibi. Aeneæ mihi cura tui. Et iteꝝ. Aeneæq; mei. Quæ a meus, tuus, non ab ego, tu, ueniunt. Itaq; ſic emẽdemus Priſcianum: qui, cum de lingua latina cõponit, antiquitatem oẽm corrigens: nomẽ ſuum latine ꝓloqui neſciuit. Mei: qui ſum Priſcianus, eges: tui egeo: qui Priſcianus es: uel me Priſciano eges: te Priſciano egeo: uel tui, uel te Prisciane egeo. Nam illud apoſtoli ad Corinthios: Salutatio mea manu Pauli, e græco eſt ſumptum. ο ασπασμος τῃ εμῃ χειρι παυλου. Tertium uero exẽplum, quod idẽ protulit: illius Priſciani eget: recte dicitť. Non habent enim cætera ꝓnomina ancipitẽ naturam: ut illa tria, de qbus diximus. Adeoq; ueꝝ eſt hos ipſos genitiuos reſpuere cõſortium ſubſtantiui: ut ne in poſſeſſiuoꝝ quidem forma illud pati uelint.

Vidimus licere dicere, meam unius operã: tuũ ſolius ſtudium: non tñ dicemus: meũ Laurentii ſtudium: ſuũ Priſciani predium: ſed meum eſt ſtudium: qui ſum Laurentius: ꝓdium ſuum: qui eſt Priſcianus. Neq; tñ ob id excludo: ſi genitiuos hos paſſiue accipiamus eo modo, quo exẽplum ponemus. Nam, ut ſuperius docui, aliqñ duos genitiuos, alteꝝ actiue, alteꝝ paſſiue poſitum una iungitur: Quid de P. Licinii Craſſi iuris, & ciuilis, & pontificii ſtudio loquar? ita ſit in ꝓnomine. ut idem auctor ad Atticum. Fuit mihi & laudis noſtræ gratulatio tua iocũda: & timoris conſolatio grata. Et iteꝝ. Vehementerq; tua ſui memoria delectatť. Quod ſi igitť hæc ꝓnomina, ſiue in genitiuo paſſiue, ſiue mutata in uocem poſſeſſiuoꝝ actiue non admittũt genitiuos ſubſtantiuoꝝ: nunqd admittunt omnium adiectiuoꝝ? non opinor: ſed propẽ ſoloꝝ participioꝝ, participialiũq; gerundioꝝ: & frequentiſſime illoꝝ trium (ut qdam uolunt) ꝓnominum, unius, ſolius, ipſius: & ſiqua alia, quæ rara ſunt: de quibus mox dicam. Per genitiuũ cum participio. Cicero ad Lentulum. Quocunq; tpe mihi poteſtas pſentis tui fuerit. Per fœmininum: ſed cum gerũdio. Ouidi. Heroidum. Copia placandæ ſit modo parua tui. Per uocem mutatã in poſſeſſiuum: ut ad Ciceronem Cato. Libenter facio: ut tuam uirtutẽ, inocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris, pari induſtria adminiſtrari gaudeam. Cicero de oratore. L. Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contuliſſe. Sed hoc gerundium eſt: & ea exempla, quæ ſupra attuli: quoꝝ unum fuit.

Intereſt mea non meo cur dicamus.

Cũ mei ab ego cũ ſubſtantiuis mei iũgi.

Pronoĩa primitiua qbus cũ genitiuis.

Vnius. Solius. Ipſius.

Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormientis. Ad quod ꝓnomen malo referri illud dormientis: qđ eſt adiectiuum: q̃ illud ancillæ: qđ eſt ſubſtãtiuum: ita ut ſi affuiſſet participiũ: uix tollerabile fuerit futuꝝ, quale Boetii. Tollant mœſti nunc mea fata ſenis. Quintilianus ſolet etiam omittere ꝓnomen, ut prolato participio. Accepi fateor illũ, qui ſolutus quoq; nõ ſequebat: quem nõ gaudium redẽptionis, non lætitia prælati, non ortantis erexit patris amplexus. Et in eodem libro. Rus, ſeruulos, penates, & oīa utiliora ꝓperanti feſtinatione parentis addixit. Omiſit ſui: ut eſſet non lætitia ſui prælati: & meus: ut eſſet nõ meus hortantis amplexus: & iteꝝ mea: ut eſſet feſtinatione mea parentis. Poetæ etiam frequenter. Ouidius Heroidum. Deniq; quiſq; erat caſtris iugulatus achiuis: frigidius glacie pectus amantis erat. i. meum amãtis. Idem. Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret: cum ꝑmeret portus claſſis itura meos: Auſus es amplecti: colloq; īfuſus amãtis Oſcula ꝑ lõgas iungere preſſa moras. ideſt tua abeuntis: & meo amãtis. Idem in eodem ope: ſed inuſitatius. Et fleſti: & noſtros uidiſti flentis ocellos. Noſtros dixit, ꝓ meos: uel flentis, pro flẽtium. Eſt enim illud flentis genitiuus ſingularis: nõ accuſatiuus pluralis: qđ accẽtus ꝓbat: cum accuſatiui hẽant ultimam lõgã: quæ hic non eſt. Hoc dixi: quia qdam hunc locum exponunt per accuſatiuum. Illa diuerſitas numeroꝝ, meos, ſiue noſtros amantis, uix alii, q̃ poetæ ꝑmiſſa. Poſtremo hęc ꝓnoīa, ſiue in primitiuoꝝ genitiuoꝝ, ſiue in poſſeſſiua uoce (ut dixi) maxime gaudent illis tribus, ſolius, unius, ipſius: quoꝝ multa exẽpla iam protuli. Nec abſre fuerit: ſicut unius, ita duoꝝ, trium, quattuor. poſſe dici: item oīum cuiuſq; pluraliũ: & ſiqua adhuc ſunt: ut ueſtrã duoꝝ, uel ueſtram trium, uel ueſtram oīum operã deſidero: pro ueſtrũ. Cicero de ora. lib. iii. Sed uoluntati ueſtrum omnium parui. Cuiuſq; aptius cum pronomine ſui: ſiue ſuus coniungitur: ut uellem noſſe, quæ ſit ſua cuiuſq; ſententia: non ſui cuiuſque. Brutus ad Ciceronem. Qui ueſtris paucorum reſpondeat laudibus: pro ueſtrum. Verum iam huic quæſtioni finem imponamus.

Epitome capitis. ii.

MEME & tutu ſemp figurate: & ubi pathos eſt dicuntur tete frequenter: ſed etiam citra figuram: ſicut ſeſe & frequentius.

ASCEN. Annotata I ca. 39. & 40. uide ... huius ſedi.

De meme, tete, ſeſe. Cap. ii.

Meme. Tete. Seſe.

Iadem hæc tria ꝓnomina geminati etiã ſolent: priora quidem per figurã me me, te te: tertiũ ſine figura. Virgilius in. ix. Me me adſum, qui feci in me cõuertite ferrũ O Rutuli. & in. xi. Me me duce ferrum Corripite o Rutuli. & in. xii. Verte oẽs te te in facies. Sed hoc uideri poteſt eſſe ſine figura. non enim eſt ita acre, & ardens: ut apud Quintilianum. Te te hoc loco mulier interrogo. In noīatiuo plane ſemp figuratum eſt. ut Cicero in Antonium. Tu tu faces illas incẽdiſti. Se ſe (ut dixi) nunq̃ figuratum eſt: ut idem. Hic uiri fortiſſimi ſanguine aſperſus, ſceleratam gratulantibus manũ porrigens, in templum Iouis contulit ſeſe: ideſt ſe.

Epitome capitis. iii.

NOSTRAS, ueſtras, & cuias non tãtum patriam nationemq; inuunt: ſed etiam partes: & quaſi ſectam.

ASCEN. Nr̃as & ueſtras qđ importẽt uide finem huius ſecundi.

De noſtras, ueſtras, cuias. Cap. iii.

Noſtras. Veſtras. Cuias.

Noſtras, ueſtras, & cuias, non tantum patriam nationẽq; inuunt: ſed etiam partes, & quaſi ſectã: ut ueſtrates philoſophi non ſunt ita populares, & fauorabiles, ut noſtrates: qui epicuri ſchola ꝓdierunt. &. cuiates philoſophi uos eſtis? Stoici ne? an Academici? an Peripatetici? an nr̃ates Epicuri? Cicero. Putares ne unq̃ accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, non ſolum iſta ueſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia?

Epitome capitis. iiii.

HIC, iſte, & ille, cum ſuis condeclinis & aduerbiis hoc differũt: q hic ad primam pſonã: iſte ad ſecũdam: ille ad tertiam remotã: ſcilicet ab utriſq; ſpectat. Solet enim fere contingere: ut hic, hæc, hoc, ſint loquenti uicina. Iſte iſta iſtud ei ad quem loquitur. Et ille illa illud: ab utriſq; diſtantia. Ille præterea ſignificat nobilitatem. Ipſe præſtantiam & excluſionem minorum. Iſte contemptum minorum.

ASCEN.

De iſte, & ille. Cap. iiii.

Iſte, & ille, ſi audire Priſcianum uolumus: hoc differũt: qđ iſte ſpacio ꝓpinquiore, ille aũt longiore intelligitur. Cuius auctoritas plurimos in errorẽ induxit: qui pro iſtud dicunt illud. Veluti. ſi ad hoīem longe poſitum ſcribas: ſiquid noui in illa urbe eſt: mihi notum facias: ꝓ eo, qđ eſt iſta urbe, quod non mediocre peccatum eſt. Nã de me loquens dicere debeo: hoc caput, hæ manus, hæc ciuitas: de te uero: iſtud caput, iſtę manus, iſta ciuitas: de tertia autem ꝑſona: illud caput, illę manus, illa ciuitas. Cicero in Antoniũ. Remoue paulisper iſtos gladios. & in eodẽ lib. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tãtũ uini in Hippiæ nuptiis exhauſeras: ut tibi neceſſe eẽt in cõſpectũ populi Ro. uomere poſtridie: hoc eſt, iſtis tuis faucibus, iſtis tuis lateribus, iſta tua firmitate. Vnde naſcuntur aduerbia, iſtic, iſtinc, iſtac, iſtuc, iſtorſum, iſto. Vt idem ad Lentulũ. Qui iſtinc ueniunt: aiunt te ſupiorem eſſe factum: ideſt qui ab iſta prouincia, in qua agis: huc in

Hic ad primã pſonã. Iſte ad pſonã ſecũdam. Ille ad tertiam pſonam.

Hic iſtic iſtic qūo differant.

huc in Italiam, Romamque ueniunt. Aliquando iſte accipitur pro hic ſed non tamen, ſi de nobis ipſis loquamur: uerum hoc modo. Vt idem, & in eundem. Cum iſto tempore ſtent cum gladiis armati. Et Quintilianus. Iuuenis iſte, de quo ſumma in rebus humanis monſtra finguntur. Et iterum. Hic iuuenis patris ſui hæres ſolus inuentus eſt. Ille quoque iuuenis nonnunquam per dignitatem, aut per eminentiam ponitur: indicans eſſe, quod omnes debeant noſſe: ut Alexander ille magnus: ille Cenſorius Cato: Architas ille Tarentinus.

ASCEN. Is ea id cū copulatiua cōiunctione antecedētis qualitate rei explicanta

ℭ Epitome capitis. v.

ℭ Hic ſæpe de ſpacio propinquiore: is de remotiore intelligitur: utrūq; autē concinne poſt relatiuū ſubiungit̄: ubi ille a quibuſdā minus uenuſte poſitū reperit̄: ut in hoc locutionis genere. Qui præfert uirtutem diuitiis: is ſane fortis eſt: uel hic ſane fortis eſt. Non ille ſane fortis eſt. Vtrunq; quoq; tam hic q̄ is: ſed concinnius is cum copulatiua coniunctiōe antecedentis qualitatem ſpecificat hoc pacto. Veſtis modica & ea detrita: uel & hæc detrita. Idē accipi ſolet pro etiā: refugitq; poſt ſe coniunctionem: & quam ſimplex recipit. Ad hoc pro præterea non inuenuſte capitur.

ℭ Exēpla in textu patēt: ꝓterq̄ ubi hic de ꝓpinqore: is de remotiore intelligit̄. Poterit aūt dari tale. Si quam rē hic tibi utilem inueniſti: hac utere: ſi quam in agro utere ea. Item domi & foris ſolicitor: hic a meis: ibi ab hoſtibus.

ℭ De hic, & de is, & de idē, & adhoc. Cap. v.

HIc, & is, habent potius illā, de qua modo memini, Priſciāi differētiā: ut hic ſpacio ꝓpinquiore, is uero lōgiore intelligat̄. multis tamē in locis utrunq; locū habetur q̄ præfert uirtutē diuitiis: hic ſane fortis ē. uel ꝑ cōpoſitionē: ut quæcunq; mulier adultera eadē uenefica ē: & fere ꝑ hæc duo pronomina licet ſic loqui: nec ꝑ ulla alia: licet poetæ utant̄ ille, ꝑ is: quia ambo℞ eadem pene ſignificatio eſt: ut Horatius de arte poetica,

Is qño differat ab hic ille is idē pene

Qui didicit patriæ qd debeat, & quid amicis:
Quo ſit amore parēs, quo frater amandus, & hoſpes: Quod ſit cōſcripti, qd iudicis officiū: q̄ Partes i bellū miſſi ducis: ille ꝑfecto. Reddere ꝑſonæ ſcit cōuenientia cuiq;. Quare ſanctis uiris e græco trāſferentibus ſic ꝑmittamus dicere. Non q̄ ſeipſum cōmēdat: ille ꝓbatus eſt: ſed quē deus cōmendat. Poſſunt aūt hæc eadē duo, de quibus loquor, ꝓnomina & alio modo uſurpari: ut Alexander paruis copiis fretus ſupauit Darium cū infinito exercitu: et id in adoleſcentia: uel: & hoc in adoleſcentia. Itē & hoc modo. Pauca ueſtis, & ea detrita, & ſordida: potius quā: & hæc. paucis nūmis ſupbit: nec iis ſuis, ſed aliūde corrogatis: potiuſq̄ nec his. Idē, quod eſt ab is cōpoſitū: quaſi pro etiā poni ſolet: ut Cicero. Eſt huic coniūcta beneficētia: quā eandem uel benignitatē, uel liberalitatem appellari licet: Id eſt: quā ēt. Quintilianus ſi cauſam ueneficii dicat adultera: nō Marci Catonis damnata iudicio uidet̄: qui nullā adulterā non eandē eſſe ueneficā dixit. In hoc pronomine, idē, annotaui qddā diſſimile ab is. Ibi poteſt addi copulatiua: hic non poteſt: (qd tamē affirmare nō auſim) ut quācūq; in ſedē migrat apium rex: in eā & apes ipſæ comitātur. at ſi dicam: in eādem: tollam copulatiuam: ſic: in eandem apes ipſæ comitantur. Nā idem habet in ſe uelut uim copulatiuæ. Hoc, compoſitum cum præpoſitione, ad, ſignificat præterea: ut apud Saluſtium. Cognoueram: paruis copiis bella geſta cum opulentis regibus: ad hoc ſæpe fortunæ uiolentiā toleraſſe: facundia Græcos, Scientia belli Gallos, ante Romanos fuiſſe.

Idē quaſi pro etiam

Is idē quomodo differant

Ad hec pro terea

ℭ Epitome capitis. vi.

ℭ IN ſtrumētū qdlibet i ſeptio caſu ponēus ſine ꝓpoſitione cū qua nō inſtrm. ſed comitē: aut cōcomitātiam denotat.

ℭ Septimū caſum uocāt ablatiuū rectū: neq; ui nōis: neq; tū uerbi: aut aduerbii: neq; ui ꝓpoſitionis: ut inſtrl. & qui in deſignatione ſequelæ ponit̄. Octauum uocat Niger datiuum localē: ut inferretq; deos Latio. i. in Latiū. Exemplū de comite: ut Rex intrauit cum multo exercitu. de commitantia: Rex acceptus eſt cū mira beniuolentia. Dixi quodlibet inſtrumētū: ut Coercuit miles armis: orator uerbis: cōſciētia: rubore.

ASCEN. Septimus caſus alio nomine effectiuus.

ℭ De cum præpoſitione. Cap. vi.

CVm præpoſitio per appoſitionē non iungit̄ rei notanti inſtrumentū, ſed comitē: & hoc eſt, quod Quintilianus ait. Vt quæramus: nū qd apud nos ſit uis q̄dā ſeptimi caſus, & apd Græcos ſexti? Nam, inquit, cū dico haſta ꝑcuſſi: nō utor ablatiui natura: nec, ſi idē græce dicā, datiui. Propter quod Seruius, & qdā alii plane affirmāt eſſe ſeptimū caſum. Quod autē non utamur ablatiui natura: hanc cauſam exiſtimo: qd ablatiuus aut ui nominis regit̄, aut ui uerbi, aut aduerbi, aut poſtremo intercedēte ꝓpoſitione: quorum nihil hic fit: niſi uolumus errorē quorūdā ſequi: qui ſubintelligunt ꝓpoſitionem cum. Et quomodo ſubintelligi poteſt: quæ ne poni quidem pōt? Nam ꝑcuſſi cum haſta, inauditū eſt. inſtrumentū enim percuſſionis haſta eſt. Peccauitq; nō incelebris huius ætatis uir: qui ſcripſit gladium, q cū ſe ꝑcuſſerat, edixit. Percuſſit igitur gladio: nō cū gladio. impuli te pugno: nō cū pugno. uideo te oculis: nō cū oculis: tago te manu: nō cū manu: deleuit epiſtola lachrymis: abſterſit ſordes aqua: ſiccauit cretā: liquefecitq; cærā igni: nō autem: cū lachrymis, cū aqua, cū igni. Sed hos fefellit: quod aliquādo illa præpoſitio uideri poſſit iuncta nomini inſtrumentum ſignificanti: ut acceptus eſt a nobis cum honore: magna cum beniuolentia ſcripſit: cum mirā affabilitate me allocutus eſt: cum dira truculentia me aſpexit. Veruntamen hi ablatiui non

Cum non iungi nominibus ſignificātibus inſtrumentum

Septimus caſus Ablatiui natura

inſtrumentum ſignificant: ſed coniunctionem. Si quidem acceperunt homines inſtrumento corporis, non honoris, ſed honore comite. Scripſit miniſterium manus, nō Beniuolentiæ ſed hac ſocia: allocutus eſt lingua operatrice, affabilitate præſente: & aſpexit inſtrumēto oculorum truculentia ſuffuſorū: quæ nihil facit ad ipſam inſpectationem: ſed oculi. Sunt qui uelit Priſcianum ſenſiſſe: cū haſta pcuſſi, dici poſſe: uel hanc præpoſitionē, cum, ſubintelligi. Ego uero affirmo neminem antiquorum neq; protuliſſe hanc, neq; ſubintellexiſſe.

Epitome capitis.vii.

ASCEN.

Circiter qñ circiter ptinet ad nūerū reſpiciēdū eſt ſi adiectiue uel ſubſtātiue teneatur Caſſius Circiter ad tēpus numerū locūq; ſignificat.

CIRCITER nō tm̄ ad tēpus: ſed ēt & quidē frequentius ad numerum: & nonnunq̄ ad locum ſpectat.

Quia uero adū deſeruit: nō plenū uidetur exēplū circiter duum millium militū: niſi ſubaudiat numerū. Caſſius autē aduerbialiter poſuit: ſicut & circa & circum poni ſolent pro in circuitu. Quoquo uerſum: ideſt quocūq; uerſum.

De Circiter. Cap. vii.

Circiter, Priſcianus inquit, ad tempus ſolum pertinet: ut circiter calendas Ianuarius. Immo, & quidem frequē-tius, ad numerum; ut circiter duū millium militum: circiter decem milliariorū: ſed aliquādo etiam ad locum, ut Caſſius Emina. Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio areæ iunctum, candelis quoq; uerſum.

Epitome capitis.viii.

ASCEN.

VERSVS ſemper fere poſtponit ſicut tenus frequenter & uſq; nō raro Diciq; pōt ēt uerſum: ut quoquo uerſus & quoquo uerſum: aduerſus & aduerſum. Addi poteſt q dum appellatiuis iungitur præpoſitio alteram admittit: ut in forum uerſus apud Ciceronem.

Dixi fere ſemper ,pp̄ter hæc Marci. uerba uerſus euphoniæ gratia qñq; pponit potius. Hinc lib. a de. lingua lati. Varro dixit: Cliuus proximo ad florales uerſus Capitolium uetus: qd quidem euphoniæ gr̄a feciſſe apparet. Hæc ille. Nam Capitolium uetus uerſus duriter ſonet. Si ergo ſemel dūtaxat: idq; euphoniæ gr̄a factū bona eſt Vallæ pceptio.

De uerſus. Cap. viii.

Verſus poſtponi ſemper

Verſus contra naturam præpoſitionis ſemper poſtponitur: ut Italiā uerſus: Megaram uerſus. Liuius. Duo Romana uno loco propius Albam: tria albana Romam uerſus. Saluſtius. Deinde Philemon aræ, quem locum Aegypti uerſus, finem imperii habuere Carthaginenſes. Cicero de diuinatione. Qui cum exercitu luſtrato Arretium uerſus caſtra mouiſſet. Surſum, ſiue ſuſum uerſus frequenter legimus: nōnunq̄

Aduerſum non uerſum dici

dicitur uerſum: ſicut aduerſum. Nā ita uerſus: ſicut aduerſus. Vndequoq; uerſus: & utroq; uerſus: ideſt in unāquāque partem: & quocūq;, & in utrāq; partem: & deorſum uerſus. Atq; neſcio quomodo non reperio hanc inter præpoſitiones eſſe numeratam. an quia poſtponitur: & non præponitur? Ne tenus quidem præponi ſolet: de qua nūc dicam: & tamen eſt præpoſitio. An quia præpoſitionis uice non fungitur: quotiens alia adeſt præpoſitio? Vt ad occidentem uerſus: quo quidem modo aduerbium eſt: ut uſque: quæ & ipſa ſic aliquando in oratione collocatur: ut ad occidentem uſq;.

Vſq; aliqñ poſtponi

Epitome capitis.ix.

ASCEN.

Tenus prepoſitio ablatiuo deſeruiens: tunc legitimo genitiuo deſeruit: quando ſignificat res geminas: aut ſingulari caret: ſignificatq; tenus uſq; ad: aut non ultra.

Exempla

Vt pubetenus. i. uſq; ad pubem: uel ad pubem uſq;: ſed exēpla in textu ſatis patent.

Calepinus

Calepinus dicit apud Flaccum in Argon. cum accuſatiuo conſtrui. Et Tanain tenus immenſo deſcēdit ab Euro Vultq; in plurali genitiuo iungi etiam non geminorum: ut apud Curtium: Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portum. Vult præterea abſolute poni apud Horatium in Epiſtolis: Eſt quidem prodire tenus ſi non datur ultra: ſed illic non quidem: ſed quodam legendum eſſe: & metrum & ſententia docet.

De tenus. Cap. ix.

Tēus quo iūgatur

Tenus (ut dixi) ſemper poſtponitur: atque in ſingulari utique cum ablatiuo: ut hactenus, quatenus, uerbotenus, capulotenus: in plurali uero cum genitiuo etiam, non ſolum cum ablatiuo. ſed (quantum ego ſentio) cum genitiuo tunc aut neceſſario, ut uenuſtius ſit, præſertim more Græcorum: cum res eſt uel gemina, uel numero ſingulari carens: neque hoc apud poetas ſolummodo: ſed etiam apud oratores. Virgilius. Crurum tenus hiſpida nanti. Et iterum. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Quintil. in xii. Sed ille uir bonus, qui hæc nō uocibus ſibi tantum nota, atque nominibus aurium tēus in uſum lingua perceperit: ſed qui uirtutes ipſas penitus mente complexus ita ſentiet. Cælius. Iam illi rumores de comitiis tráſpandorum Cumarum tenus caluerunt. Curtius. Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portum. Eſt autem ſignificatio,

Tēus uſq; ad ſignificat

uſque ad. Vmbilico tenus uſque ad umbilicum: Aethiopia tenus: Nilo tenus: uſque ad Aethiopiam, & Nilum. Aliquando etiam pro non ultra. ut geſſit conſulatum titulo tenus: ideſt non ultra quam titulo cuiuſmodi nonnulla ex ſuperioribus exemplis ſunt.

Epitome capitis.x.

ASCEN. Pridie Poſtridie

PRIDIE & poſtridie cum genitiuo & cum accuſatiuo conſtrui poſſunt.

Cauſa uidetur: quia & nomen & præpoſitionem includunt. Nam ut dicetur capi. lxx. pridie eſt die qui pridie eſt: ſeu qui ante: & poſtridie poſtero die qui poſt. Cum ergo dico pridie nonarum: idem eſt ac ſi dicam die qui prior die nonarum. cum uero pridie nonas: die qui præit nonas ſeu qui ante nonas. Vnde tertio nonas eſt. quaſi tertio die ante nonas: incluſiue tamen ut dies nonarum ſit unus e tribus. Cum uero dico poſtridie nonarum: idem eſt ac ſi dicam poſtero die a die nonarum: Cum poſtridie nonas: die poſt nonas proximo. Cæterum quod Cice. in Epiſtola ad Tironem dicit. Menandrius poſtridie ad me uenit q̄ expectare: uidetur poſtridie ſignificare uno die poſterius.

ℭ De pridie, & poſtridie aduerbiis. Cap. x.

Pridie quo cum caſu. Poſtridie cum quo caſu.

PRidie, & poſtridie, quemadmodum tenus, genitiuo ſeruiunt: & nonnunq̃ etiã accuſatiuo: ut pridie illius diei: poſtridie nonarũ decẽbrium. Cicero ad Atticum. Pridie cõpitalia meméto. T. Liuius libro. vi. Etiam poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. inde ut poſtridie calendas, ac nonas eadẽ religio eſſet traditum putãt. Idem li. xlviii. Pridie parilia medio ferme die atrox cum uento tempeſtas coorta.

ℭ Epitome capitis. xi.

ASCEN. ℭ HEI & ue datiuum: heu exprobatiue accuſatiuum: alioquin etiam nominatiuum regit. heuheu, ſeu eheu abſolute ponitur: heus cum uocatiuo. Procul etiam cum accuſatiuo iungitur: ſed & cum ablatiuo ſine aut cum præpoſitione.

Heus. Procul Mãcinel. ℭ Exempla patẽt in textu de heus quod adiecimus: eſtq; uocandi, aut reuocãdi aduerbium: ut Heus iuuenes primo Aeneid. Procul cum ablatiuo: ut proculdubio. Vnde Mancinellus. Dicimus quoq; procul Oceano: & procul ab Oceano. Plinius enim lib. 5 cap. 10 de Nilo ita inquit: Originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ nõ procul Oceano habet. Et Phædra Ouidiana ait: Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti. Catullus item: Procul a me tuus ſit furor omnis hera domo. Hæc ille. Ponitur etiam abſolute: ut in Bucolicis. Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. — Ouidius.

ℭ De hei, heu, & heheu, ue, & ꝓcul. Cap. xi.

Hei quo cum caſu. Heu cum quo caſu.

HEi quoq;, & heu ſimile quid obtinẽt: tamen alterum datiuo, alterum accuſatiuo iunguntur. Hei mihi qualis erat: quãtum mutatus ab illo Hectore. Terentius. Heu me miſerum. Et fere cũ huiuſmodi ꝓnominibus. Nam cum alio nomine frequentius per exprobrationem, ut Virgilius. Heu ſtirpem inuiſam. Et Plinius li. vii. Heu dementiam ab his initiis exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos. Aliquãdo etiam cum nominatiuo: ut idẽ Virgilius. Heu pietas: heu priſca fides. Terentius in Adelphis. Heu miſeriam. Illud uero in pſalmo, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: neſcio an uitio factum ſit librariorum. Quale illud in euãgelio. Aſcendit in arborem ſicomorum: quia inde tranſiturus erat. quod ſcribendum eſt illac. Et illud ad Romanos. Tu autem, cum oleaſter eſſes inſertus es: pro inſitus. & in actibus apoſtolorum. Egreſſi ſumus foras portam iuxta flumẽ: pro extra portam. Heheu nulli caſui ſeruiunt idẽ in bucolicis. Heheu quid uolui miſero mihi? Ve quoq; datiuo. Martialis. Carpere cauſidicus fertur mea carmina: qui ſit Neſcio: ſi ſcieris ue tibi cauſidice. Hæc appelles licet, ſiue aduerbia, ſiue interiectiones: nã hanc inter partes orationis nõ numero: ſiue etiã præpoſitiones. Procul apud quoſdam caſui ſeruit: ut apud Curtium. procul urbem.

Heheu nulli caſui. Ve datiuo iungitur. Procul.

ℭ Epitome capitis xii.

ℭ ADVERBIA comparatiua & ſuperlatiua a prope præter caſus gradui debitos regunt, aut datiuum nominis prope aut accuſatiuum præpoſitionis. — ASCEN.

ℭ Regunt enim deriuatiua fere ſuorum primitiuorum caſus. Propè autem ſæpe aduerbialiter: & ita abſolute ſumitur: habens accentum in ultima: ſed habẽs eum in prima: aut nominaliter ſumitur cum datiuo: ut prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum. Hinc Maro in Georg. Propius ſtabulis armenta tenerẽt. Et Comicus in Andria. Proximus ſum egomet mihi. Prope autẽ præpoſitio accuſatiuum uult: unde propius urbem: & proximus Pompeium ſedebam dixit Cicero: & q̃ proxime hoſtem. Sicut Liuius ui ca. 45 uidimus propius Albam. — Nota. Virgilius. Terẽtius. Prope.

ℭ Quædam aduerbia comparatiua, ſuperlatiuaq; regere accuſatiuum. Cap. xii.

Cõpatiua aduerbia quibus cũ caſibus. Suplatiua aduerbia cũ quibus

COmparatiua aduerbia, & ſuplatiua, præter ſuam conſtructionem ablatiui, & genitiui: ut ſcribo melius te: & optime omnium: aliq̃ñ ſentiunt accuſatiuo: utiq; ea, quæ a ꝑpoſitionibus ueniũt: illarũ naturam ſeruãtia. Cicero ad Octauium. Cur caſtra medio itinere lõgius aduerſariorum caſtris, & propius urbem moueri? Idem ad Atticum. Tñ eſſe officium meum putaui exercitum habere q̃ proxime hoſtẽ. Saluſtius. Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. neq; hæc regere poſſunt datiuũ: ut Priſciano placet: quale uult eſſe: propius ſtabulis armẽta tenerent. Datiuus hic non regit̃ natura cõparatiui: ſed ipſius noĩs: non aliter, q̃ ſi dicã: nauigo te ꝓpinquius terræ. Et qm̃ ipſa rei ſerie quædã de cõplexu orationis dicere incepimus: iã de hoc ipſo diſſeramus: ſimulq; de natura indeclinabilium dictionum, quarũdamq; aliarum: ab eo potiſſimũ incipientes, quod huic loco ſimulum eſt.

ℭ Epitome capitis. xiii.

ℭ O TRIBVS caſibus iungitur, nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo: ſed cum accuſatiuo præſertim ſi exprimitur: uehementem ſignificat excandeſcentiam: animiq; affectionẽ: quæ eo ſuppreſſo minor eſt: ſicut cum particula huí. — ASCEN. O

ℭ Ponitur enim interdum accuſatiuus ab o ſubintellecto rectus: ut in textu hominem te patientem &c. Vbi cæterorum quoq; ſunt exempla. Illud O fortunati eſt in. 1. Aeneid. ſed O fortunatos eſt in. 2. Georgi. Hui tã graues raſtros quæſo in Heauton.

ℭ QVANQVAM ille Donatus minus principales partes non regere nec regi dicat ſimpliciter non intellexit: ſed interdum ſeu aliquando: quia oĩs præter coniunctionem regunt ad domum præ homine loquẽte de interiectione. Heu me miſerum quid agam: præcipue uocandi aduerbium caſus, & non ſolum caſum regit: ut exempla peroptime excẽpla cognouit Laurẽtius O fortunate ſenex. O melibœe deus nobis hæc ocia fecit: & ſic de cæteris caſibus. — PETrus de FON.

ℭ De o uel prolata, uel omiſſa. Cap. xiii.

O quõ cõſtruatur.

O Fortunati: quorũ iam mœnia ſurgũt Aeneas ait. & alibi. O fortunatos nimiũ, ſua bona ſi norint: Agricolas. hic actũs eſt: ibi uel noĩatiuus, uel uocatiuus eſſe poteſt, his enim tribus caſibus indifferẽter auctores utunt̃. Cicero. O uariam,

uoluere meq; fortunam. Neq; hoc in tertia perſona tm̃: ſed etiam in prima & ſecũda:ut idem: O me miſerum: o te infelicem. etiam nõ appoſito ꝓnomine:ut idem. O miſerum,& deteſtabilem hominẽ: ſi hæc ignoras: ideſt:o te miſerum, o te infelicem. quæ exclamatio ad omnem affectum cõuenit,uel miſerationis,uel indignationis. Simili modo in nominatiuo, & uocatiuo:ut idem. O fortunata mors:quæ naturæ debita pro patria eſt potiſſimum reddita. Et iterum. O magna uis ueritatis: quæ contra omnium ingenia,caliditatem,ſolertiam,cõtraq; fictas hominum ĩſidias ſe per ſeipſa defendit. Idẽ. O nox illa:quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti. Et iterum. O nonæ illę decembres: quæ me conſule fuiſtis. Aliqñ ab illo ſupſedemus, utiq; in re leuiore: neq; ita magni caloris:ut. Indignum facinus:& hominem nequã:qui nõ dubitaret uel in foro alea ludere:uel cum lege de alea condemnatis. Ciceronis uerba ſunt in Antoniũ. Et Plinius iunior ad Octauium. Hominem te patientẽ,uel potius durum,ac pene crudelem:qui tam inſignes libros tam diu teneas. Quod ſi excandeſceremus:dicendum eſſet.o hominem nequã: & o hominem patientem. At ſine indignatione:ut apud Valerium maximũ lib.iii. Sed mihi uti iſta conditione uitæ non eſt opus,ſine ullis imaginibus:nobilem animum. Aliquanto hoc remiſſius eſt quam ſi dixiſſet: o animum ſine ullis imaginibus nobilem: ideſt ſine maiorum nobilitate nobilem. Ideoq; Terent. Leuioris caloris interiectione uſus eſt. Hui tam grauis raſtros quæſo. Sed hoc ſimile eius ſpeciei:cuius mẽtionem nunc faciam.

℃Epitome capitis xiiii.

ASCEN. ℃IN locutionibus pathos ſeu affectionẽ hñtibus ſæpe ponit̃ actũs cũ iſinitiuo ſuppſſa pticula q cũ iſinitiuus ↄ̃ſtruat̃. ℃Vt.i. Aeneid. Mene incepto deſiſtere uictã. Subaudi æquũ: aut decens,aut diis placitũ,aut tolerabile eſt,aut decet, aut oportet,aut quid ſimile. Et qđ Suetonius memorat de Cæſare recitatum. Me ſeruaſſe ut eſſent qui me pderent: ſubaudi decuit uel oportuit,uel conueniens:ſeu expediens fuit. Et eſt apoſiopeſis.i.reticentia cõmotis animis apta. Vnde diximus in locutionibus pathos,ſeu affectionem habentibus &c.

℃ De me ne cum infinitiuo,& actõ. Cap.xiiii.

Ne cum actõ & infinito.

ME ne incepto deſiſtere uictam? Nec poſſe Italia teucroꝝ auertere regẽ? & iteꝝ. Me ne Iliacis occũbere cãpis Non potuiſſe? tuaq; hanc animã effundere dextra? Hæc Virgilius. ad Terentiam autem Cicero. Me miſeꝝ:in tantas calamitates mea culpa incidiſſe? & iteꝝ in Bruto. Tum Brutus admirãs,tãtam ne fuiſſe obliuionem,inquit, in ſcripto præſertim: ut ne legens quidem ſenſerit quãtum flagitii cõmiſiſſet? In his oĩbus placet mihi ſubĩtelligi: uere ne ita eſt me non poſſe auertere Italia regem Teucroꝝ: & cætera. Plinius iunior ad Hadrianum. Hominem ne romanum tam græce loqui? ideſt uere ne ita eſt: uel oportet: uel oportuit ne? ſiue oportet? Terentius in andria. Seruon fortunas meas me commiſiſſe futili?

℃Epitome capitis.xv.

ASCEN. Hem exprobrãtẽ ĩdicat eſſe: ẽcum ecce demõſtrãtem.

℃HEM, en,& ecce noiatiuo & accuſatiuo funguntur:ſed hem nõ niſi apud poetas præcipue comicos:en & ecce:etiam apud oratores tam indicãdo:q̃ exprobrãdo:ſed frequentius in nominatiuo. Vſq; adeo:ut ecce in proſa rariſſime cũ accuſatiuo reperiatur:q̃uis per cõpoſitionem dicamus eccum eccam: eccos eccas.i.ecce hic ſup.eum uel eam:eos uel eas: de quo uel de qua:uel de quibus ſermo erat:& ellum ellam,uel ellos ellas:ideſt en uel ecce.hic ſup.illum uel illam &c. Exempla omnia in textu patent.

PETrus de FON.

℃EN qđ aduerbium eſt ntõ & accuſatiuo iungit̃. non tñ ſm poetas:ut bñ meminit Laurẽtius accuſatiuo tñ latine adiungit̃. Vt Virg. in Buco. En Mopſe capellas. noiatiuo tñ aliqñ adiungit:ut Plutarchus ait: En maior ad nos:& cũ demõſtratiuum dr̃ eſſe aduerbiũ:quia demõſtrandam,ſeu demonſtratã rem ꝓfert ecce:qđ æquale demſatiuum eſt latine & grece recto & quarto adiungit̃:iuxta illud Alexãdri: Ecce tibi rectum quartum:& aduerbia hæc:quia iuxta uerba ponuntur: & ideo aduerbium:quia uerbo adiacet adiectiuo:& illud determinat dupliciter: hoc eſt ante & poſt ante:& ſunt omnia temporis aduerbia:ut Semper erit deus. negandi aduerbia ſimiliter ipſum determinant in fine clauſulæ locari poſſunt: ut nomina finita faciunt.

℃ De en,& ecce:ſuiſq; compoſitis. Cap.xv.

En qbus cũ caſibus

EN,& ecce,in eadẽ pene ſignificatione amãt noiatiuum,& actm̃. apud comicos uero hem,pro en,affectui ſeruiens:quo oratores nõ utunt̃: quẽadmodum nec aſt,pro atq; qđ eſt poetaꝝ,ſyllabam illam breuẽ,interiectione ſlongam faciẽtium. Adiungit̃ autem ennõ pariter,& accuſatiuo, tum indicãdo,tũ exprobrãdo. Indicando. Virgilius. En Priamus: ſunt hic etiã ſua pmia laudi. Exprobrãdo. En agros:& quã bello Troiane periſti Heſperiã,metire iacens. Seneca in Agamẽnone. En Paridis hoſtẽ. Iuuenalis li. ſexto. En habitũ:quo te leges,& iura ferẽtem Mõtanum poſitis audiret uulgus aratris. Oratores ſæpius exprobrãdo:& ſæpius per nũm. Quintilianus. En improbitas. Cicero. En crimen:en cauſa:cur regem fugitiuus,dñm ſeruus accuſet. Ecce ſiſr cũ utroq; caſu iungit̃:ut idẽ.

Ecce qbꝰ cũ caſibus

Ecce tibi Statius noſter. Cum actõ autẽ non memini me apud oratores legiſſe: ſed ne apud poetas qdem. Nam illud apud Terẽtium in Eunucho, Ecce aũt alterum neſcio quid de amore loquitur, alter ſcribi debet,non alteꝝ: Donato quoq; probante. Sed demus aliquando reperiri: ut ſemel apud Plautum in Bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato,triſti,iracundo? ecce me. Eccum, eccã,eccos,eccas, ellũ, ellam,ellos,ellas,ab ecce cõpoſita ſunt:& ſecũ

Ecce ab eo cõpoſita.

uidentur genere caſum: ſed nõ gerunt. quæ Priſcianus ita reſoluit: ecce eũ: ecce eam: ecce eos: ecce eas: ecce illum: ecce illã: ecce illos: ecce illas. Sergius quoq; cõmentans Donatum, ait. Nihil ſignificat ellũ niſi ecce illum. Pauloq; poſt. Ergo cum ellum ſit, ecce illum: ellã, ecce illam: nihil poſſumus dicere, niſi magis demonſtratiue. Sed pace Priſciani, Sergiiq;, & alioꝝ, hoc nec ueꝝ, nec conueniens ſignificatũ eſt. Nam inter ecce eum, & ecce illum, quid intereſt? potius dicẽdum erat: eccum, ecce hunc: eccos: ecce hos de qbus agimus. Talis erat conuenientior interꝑtatio: ſed quæ nec uera foret.

Eccũ qd ſignificet.

Reſoluuntur enim hæc per aduerbia: non per ꝓnomina. eccum: ecce hic, ſubintellige uirum: de quo ãgebamus. Eccam: ecce hic, ſubintellige fœminã: de qua mentio erat. Ellum, ellam, ecce illic, uirũ, fœminãue ſubintellige: de quo, de quaue ãgebatur. Nam ut de homine, qui ante conſpectum noſtrum adeſt, recte dicas: ecce ille: uel ecce ego: ſiue ecce illum: uel ecce me: ita male loquaris: ellum hoĩem: uel ellum me: & rurſus de longe poſito eccum. Terentius. Eccum Parmenonẽ. & eccum me. Nẽpe non ecce eum: quaſi aliqs alius ſit, præter hũc, Parmeno, & ecce eum me: quem me, & quẽ eum quæris. Plautus in Mænechmis. Atq; eccam. & in Mercatore. Ecce illum uideto. Eccũ ego Parmenonẽ: id eſt ecce hic Parmenonẽ, & eccum. i. ecce hic me: & ellum Parmenonẽ dicentes, non ſic loquimur, quaſi de paꝝ noto: ut ſolemus, cũ dicimus: ecce illũ Parmeno: quaſi ille tibi incognitus: ſed auditus. Ellum igit̃ Parmenonẽ ſignificat ecce illic Parmeno, ſiue Parmenonẽ. Sed an poſſit ecce hẽre accuſatiuũ, nõ ante indubitatũ habebo, q̃ exẽplum uidero: niſi illud tale ſit apud Virgiliũ. En quattuor aras: Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo: Pocula bina nouo ſpumãtia lacte quotãnis, Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Sed dẽ proſa magis dubitare me dico.

Epitome capitis. xvi.

ASCEN.
Age
Agedum.

AGE uerbũ ſingularis numeri: agite pluralis poſtulat: agedum utriuſq; qdem admittit ſicut & age: ſed ꝓprie cum ſingulari age & agedum: cum plurali agitedum poſueris.

Cauſa eſt: quia licet pro aduerbiis adhortandi: tamen natura uerba imperatiua ſunt: unde age ſingulari gaudet: ſed tamen pluralem admittit numerum. Vnde Manciuellus. Age ſingulari & plurali functum legimus. Statius lib. ix. Ite age & obſeſſis uigilem circundate flammam: ubi tamen quidam legunt. Ite agite obſeſſis &c. Valerius Flaccus lib. 3. Vos age ſuperias ad littora uoluite ſiluas: Et ſocios luſtrare rogos. Plautus in Sticho: Age ſultis: id eſt ſi uultis. Itẽ Age licemini. Præterea ſicuti agedum utriq; numero fungitur: ita agitedũ plurali ſolum. Liuius lib. 7. Noſtrum inquit peditum illud mili tes eſt opus. Agitedum: ut me uideritis quacunq; inceſſere in aciem hoſtium ferro uiam facientem: ſic pro ſe quiſq; obuios ſternite. Et paulo inferius: Agitedum ite mecum.

De age, agite, agedum. Cap. xvi.

Age ſingularis numeri.
Agite pluralis nũeri
Agedum ſingularis & pluralis numeri.

AGe ſingularẽ numeꝝ deſiderat: agite pluralẽ: agedum uero nõ ſingularẽ tñ, ſed et pluralem: neq; id modo in carmine, ut Propertius: Vos agedũ: ſed etiã in proſa: ut Quintilianus. Agedũ ſi uidet, extra portas proſpicite ſqualli da arua, & ſpinis obſitas ſegetes, ſemeſos arboꝝ truncos. Cicero. Agedum, conferte nunc cũ illis uitã Publii Syllæ, uobis, populoq; romano notiſſimam.

Epitome capitis xvii.

ASCEN.

QVOTIES inter partes uel plures dubitamus: ut certo ſciamus alteꝝ: uel unam illaꝝ eſſe cõcedẽdam. Neſcimus tñ ultra, uel q̃ recte utimur an & ne. Quoties uero fit ut nõ inter partes propoſitas ſit dubitatio: ſed inter eas & oppoſitam utriuſq; uel oium utimur his particulis aut, ue, uel: uel ſimilibus. Interrogatio non eſt in aut: ſed in an. Et uerbis dubitationis & inſcientiæ damus ſubiunctiuum cum an: uerbis uero opinionis & ſcientiæ indicatiuum cum ꝙ, & aut. An ne & nõne pro an. & non poni ſolent: ſed maiorem uim habẽt pręcipue an ne apud poetas. Legunt etiam ergone: & itane: quæ interrogando reſponſionem non poſcunt.

Quia ergo certo ſcio patrẽ tuum uiuere, aut mortuũ eſſe. Dubito aũt utrum uiuat an mortuus ſit. Non quęrã uiuit pater tuus, aut mortuus eſt: qa ſcio ꝙ ſic: nec dicam neſcio utrũ pater tuus uiuat, aut mortuus ſit: quia ſic aut iſanus ſim, aut mentiar. Quærã ergo uiuit ne pater tuus: an mortuus eſt, aut ſic: Viuit pater tuus: necne. Et dicam: Neſcio an pater tuus uiuat: an mortuus ſit. An uiuat: necnẽ. Et ita in conſilibus. Quia uero dubitare poſſum: an aliquã quatuor religionum ꝓfeſſurus es: an nullã. bene quærã. Es tu futurus minor, aut ꝑdicator, aut carmelita, aut auguſtineñ. Et ſubaudit̃ an nullus eorum. Et bñ dicã Neſcio an futurus ſis minor, aut ꝑdicator, aut &c. an ſup. nõ. Igit̃ an & ne inter ea de qbus eſt dubitatio poni uolunt ue, & uel, inter mẽbra alterius partis dubitationis ſi plura hẽat: unde ſi ſciam partem uiuere: non uidear mihi male dicere: ſcio an pater uiuat: an mortuus ſit: qd̃ prius dubitaui: quia uidelicet ſcio ꝙ uiuit: ueꝝ ſtãte hoc ꝙ adhuc dubitem male locutus ſim: quod auctor prætẽdit dicere.

PETrus de FON. Diffõ orationis.

CONIVNCTIO eſt cũ interpoſitione uerbi ſupiores partes orationis cõprehendunt̃ inferiores: hoc modo formæ dignitas: aut modo defloreſcit, aut ueruſte: ut Cicero in rhetoricis. Diſiunctionem tamen cõplemus eſſe ponẽdam: & eſt cum eoꝝ de quibus dicemus paulopoſt, aut utrunq;, aut unumquodq; certo cõcluditur uerbo: ut populus Romanus honorem ſufficientiæ habuit uel Italus.

AN utrũ dubitationem afferũt & qõnem ꝓponunt ſi in orõne ſituent̃: ut logici utrũ pluribus in locis ponere uoluerunt: quia ſenſus dubiũ occupatiuũ: iuxta illud Cice. in Rhetoricis: Occupatio eſt cum dicimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere.

De an, et aut, ne, ul' ue, et hoꝝ cõſilib⁹. c. xvii

AN, & aut cõiunctiones ſunt. Quinti. ingt. Male tñ iterroges hic: aut ille ſit? Nos, cũ talẽ tñq; auctorẽ habeamus: tñ plæriq; multis iã ſæculis peccauerunt: ac peccãt: qd̃ grãde flagitium eſt. Sed duæ cauſæ eos decipiunt. Fere eni nunq̃ decipimur, niſi mẽdaci quadã ſpecie ueritatis: & (ut inquit Horatius.) decipimur ſpecie recti. Vna: qd̃ interꝑtãtes e græco nõ repientes hãc apud illos dr̃iam, quippe cum græci unam habeant utriq; noſtrarum reſpondentem: iputant pro una uoce

græca unam latinam poſſe ſufficere. Altera: qđ reperiunt apud nos in interrogando, aut. Et primæ quidem opinioni hoc riſum ſit: eos male mereri de lingua latina: qui dimidium uerboꝝ faſtidiunt. nam plærūq; utuntur, aut more, Græcoꝝ, & interrogãdo, & ſine interrogatione, an oĩno relinquentes. Sequenti (quod tñ caput huius erroris eſt) ita rñdemus. Si paulo diligentius aduertiſſent: non in aut, ſed in an interrogationem cõſiſtere dep̄hendiſſent: ut apud Ciceroné. An uero Romulus ille, aut paſtores, aut conuenas cõgregaſſe? aut ſabinoꝝ cõnubia coniunxiſſe? aut finitimoꝝ uim repreſſiſſe eloquentia uidet̃. Non eſt hic multiplex interrogatio: quaſi de hoꝝ ſingulis interroget̃: ſed duplex? ſic. Nunquid Romulus hæc oĩa fecit eloquentia? Hæc una pars eſt ĩterrogationis: ſupple: an non fecit? & hæc erit altera pars. Item es tu Stoicus? aut Epicureus? aut Peripateticus? aut Academicus? hæc interrogatio & bene dici poteſt, & male. Nam ſi non cõſtet interrogãti te eé philoſophũ: bene interrogauit: ſupplendaq; eſt duplex an: ſic. es ne tu Stoicus, aut Epicureus, & cætera: an nõ? Sin cõſtet illi te eſſe philoſophũ ex aliqua haꝝ ſectaꝝ: ſed cuius ſis, ignorans, de ipſa interroget: male quæſiuit: cum an, nõ aut, dicẽdum fuerit: & ubi nos modo poſuimus duplex an: Cõmittendum ſit. es tu Stoicus? an Epicureus? an Peripateticus? an Academicus. quę interrogatio poteſt tendi in infinitum. Illa uero ſemper eſt duplex: hic ad ſingulas particulas binæ interrogationes ſunt: ibi in uniuerſum duæ. Cum enim quæro an Stoicus? ſubintelligit̃ altera interrogatio e diuerſo ſic: an non? Itẽ es ne Epicureus? an nõ? es? an non Academicus? Afferamus aliud aptius exẽplum. An eſt hic illo nobilior? an plus pro ſalute mea laborauit? An cui magis hoĩes cupiãt? an formoſior, & magis dignus, cui filiam meã collocem? hic octo interrogationes ſunt. quia octies interrogatio reperitur: ibi ſemp duę: quia ſemper bis reperitur. Ex quo patet: non eſſe interrogationẽ in aut: ſed in an: interrogationẽ inquam cõtrarioꝝ: qualis nõ eſt illa. quid dicam? aut quid faciam? qđ dicã? aut quid nõ faciam? Inter hæc nõ ambigimus: ſed ipſa ambo ſimul ambigimus. ſecus in illa. abeam? an maneã. de duobus ita quæro: ut utrũ mihi faciendum, & utrum nõ faciẽdum ſit, dubitem. Ideoq; non ſolum interrogãdo, ſed citra interrogationẽ quoq; utimur, an: ubicũq; aliqd contrarietatis ineſt. ut dubito an uiuat pater: an mortuus ſit. Et in maiori numero. Neſcio an pr̃ ſit Romæ: an ualeat: an uiuat: an uẽturus ad me ſit. Muta uerbum dubitationis, inſcientiæq; in diſſimile aliud uerbum: ſic. Scio an uiuat pater: an mortuus ſit male locutus es: bene aũt: neſcio an uiuat pater: an mortuus ſit. Itaq; uerbis huiuſmodi dubitationis, & inſciẽtiæ damus ſubiũctiuum, cũ an: uerbis uero opinionis, & ſciæ idicatiuũ cum qđ, & aut: ſic. opinor quod pater, aut mortuus eſt: aut grauiter ægrotat. Quod p̄ceptum eſt de an: hoc quoq; p̄ceptum ſit de ne: quæ plerũq; una ſola, quæ & ſemp in parte prima collocat̃: ut. bonus ne uir eſt? an malus eſt? Aliqñ cum ſocia: ſed id ſæpius apud poetas: ut Virgilius. Quærere cõſtituit teneãt hoĩes ne, feræ ne. Sæpe hoc mõ. illuc eam, nec ne, ignoro: hoc dubitatiue. Interrogatiue quoq;: ut pro Flacco Cicero. Vtrũ uultis prætori Flacco licuiſſe, nec ne? ideſt licuiſſe? an non? Quidam ſupuacuo addũt alteꝝ an: ſic. neſcio an bene faciã, nec ne. Atq; ut oſtẽdi quoſdã errare in aut, non uidẽtes in quo differat ab an: qdã ita faciũt in uel, putãtes poni pro an: ideſt, interrogatiue, & dubitatiue, ſiue ignoratiue: ut. iſtud eſt auꝝ? uel auricalchũ? neſcio ſi ſit aurum, uel auricalchum. Immo ſcis qđ eſt auꝝ, uel auricalchũ: & neuter ueſtrũ dubitat qđ uel hoc, uel illud eſt: ſed neſcitis an hoc, an illud ſit. Ideoq; & tu interroga aurũ ne ſit? an auricalchum? & tu rñde: qđ neſcis an ſit hoc, an illud. Illud aũt, qđ eſt apud Quintilianũ: Quærendũq; arbitrant̃: iuſtum ne ſit ſacrilegium appellari, quod obiiciat̃? uel furtum? uel amẽtiam? põt qbuſdã mouere dubitationẽ: quaſi in re dubia loquamur per uel: atq; adeo ipſum, uel, miſceamus cũ ne, ſiue an. In quo minime dubitãdum nobis eſt. talis enim ibi locutio eſt. quærẽdũq; arbitrant̃: iuſtum ne ſit appellari aliquid noĩe ſacrilegii? an non? uel ſit iuſtum aliquid appellari furtum? an non? uel aliqd ſit iuſtum appellari amentiã? an nõ? Ve magis accedit ad uel, q̃ ad an: ut. duobus, tribuſ ne menſibus: ideſt duobus, uel tribus mẽſibus. Raroq; reperitur geminatum: niſi adiuncta ſit ut. ſiue hoc, ſiue illud: aut adiuncta ne, p̄ut nõ, Vt apud eundem. Cauẽdum etiã neue ſit maior tranſlatio, q̃ oporteat: neue (quod ſępe accidit) minor: neue diſſimilis. Cicero. Ita iungetis: ut neue aſpere cõcurrant: neue uaſtius diducant̃. Lucanus ſine cõpoſitione aliqua. Nec quenq̃ iam ferre poteſt Cæſarue priorẽ, Pompeius ue parem. An & ne coniungi ſolent pro an: qđ magis poeticũ eſt: ut apud æmulos Virgilii. Dic mihi Dameta: cuium pecus? an ne latinũ? Illud Ciceronis multi ita legũt. Qđ mihi ẽt indignius uidet̃: obtrectatũ eé Gabinio dicam? an ne Põpeio? an ne utriq;. id, quod eſt uerius: ſine interrogatione durum uidetur: ut

An qño iungatur.

Aut Ne qño interroget.

Vtrum An aut

Vel qño ponitur.

Neue.

Anne qño iungatur.

Virgilius. Vrbes ne iuiſere Cæſar An deus i/menſi uenias maris: An ne nouum tardis ſidus te menſibus addas. Ideo dixi durum: quia per interrogationẽ quiddam urgentius, & inſtãtius eſt in hac geminatione, an ne: q̃ in illa ſimplicitate, an: quod hic non fit: ut ex aliis compoſitis elucebit. Nõne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras, Atq; ſuperba pati faſtidia? nõne Menalcã.

Nõne ego te uidi Damonis peſſime caprum Excipe inſidiis. In hac iterrogatione nõne, nõ id agitur: ut rñdeas neſcienti: ſed cogaris aſſentiri ſcienti: nec alia uis orationis eſt: q̃ ſi diceres: an non? quod magis urget, q̃ ſolum non: licet et hoc ſolum pro illo cõpoſito accipi ſoleat. Alia [Itane. Ergone.] compoſita (ſi modo compoſita hæc ſũt, itane, ergone) quæ interrogando reſponſionem non poſcunt: ſed aſſenſum extorquent.

Epitome capitis xviii.

[ASCEN. Nedum.] NEDVM trifariã differt a nõ ſolum: non mõ: & nõ tñ. Primo quia nedũ nõ exigit hmõi particulas: uerũetiam: ſed etiã: ſed, & ſed quoq; affirmatiue: negatiue autẽ: ſed nec aut: ſed neq;, aut ſimilẽ: quia ante ſecũdam clauſulã loco illarum ponit. Reliqua aũt niſi pro nedum ponaſ ſine illis poni nequeunt. Secũdo quia nedũ affirmatiue id qđ maior is eſt momẽti præponit: ſed negatiue poſtponit. Reliqua ecõtrario niſi pro nedũ ponanſ. Tertio: q̃a ps cui nedũ addiť ſignaſ ꝓpollere alteri: cui nõ mõ: aut nõ ſolũ ꝑ nedũ accepta æqpollere.

[Exempla.] Vt itelligant priores drĩæ ſit hoc exẽplũ: per nedũ dicam ſic affirmatiue & uno uerbo: Exponerẽ pro te ſanguinẽ nedũ pecuniam. per nõ ſolũ ſic: Non ſolum pecuniã: ſed ẽt aut uerũ etiã: aut ſed & aut: ſed ſanguinẽ quoq; pro te exponerẽ. duobus uerbis ſic: Vitã pro Chriſto exponerẽ nedũ tormẽta ſubirem. Itẽ Non mõ ſubirẽ pro Chriſto tormẽta: ſed & uitã exponerẽ. Negatiue uno uerbo ſic: Nõ exponerem pro te pecuniam: nedũ ſanguinẽ. duobus ſic: Non ſubirẽ pro rebus mundanis tormẽta: nedũ uitam nõ exponerẽ. In textu aũt inueni ſublatũ illud ſecũdum: nõ ut ſit nedũ uitam exponerẽ: quod an ſublatũ oportuerit ex his patebit quæ ſtatim ſubiiciam, Per non ſolũ, aut nõ modo &c. ſic: Non mõ pro rebus mundanis nõ ſubirem tormẽta: ſed nec uitã exponerẽ: qđ per tñ abeſt ut ſtatim patebit poſſet conuenienter dici ſic: Tantum abeſt ut pro rebus mũdanis uitam exponerẽ: ut ne tormenta qdem ſubirem: in his ergo exẽplis nedũ non hẽt illas prticulas: ſed ẽt &c. ſicut non mõ: non ſolũ: & non tñ hẽre uolunt. Itẽ affirmatiue maius ꝓponiť & negatiue minus: cũ per reliqua fiat ecõuerſo. Cuius cã eſt: quia nedum poniť quantũ ad ſitũ in priori clauſula: ſed in ſecũda ſic tñ: ut ſecũda ſit prior niſi affectio reliquam ꝓcipiat. Cũ enim affectuoſe dicere uolo: q̃ pro te ſanguinẽ funderẽ: incipio ab eo ſic: Funderẽ pro te ſanguinẽ: nedũ pecuniam: qđ eſt ac ſi dicam: Ne ducas aut putes forte q̃ tñ pecuniam pro te funderẽ. Tertiæ differentiæ exẽpla ſunt in textu ex Cicerone deprũpta: ut quẽ Fimbria nõ ſolum Socrates: quo ſignificať Fimbria Socrati fuiſſe par. Sed dicendo nedum Socrates uidereť maior. Cæterũ quia de uſu negationis amplius dicere conſtitui addam quę noſtra ætate uir doctiſſimus Guilielmus Budeus adnotauit de ea re inter annotationes in Pandectas.

De uſu negationum ex Budeo.

[De uſu negationũ.] ANimaduertere debemus quædã eſſe uerba quæ idẽ ſine negatione ac cũ negatione polleant: ut uereor, timeo, metuo, caueo: & ſi qua ſunt eiuſdem ſignificationis: ut Vereor ne ueniat: uereor ut ueniat. Timeo ne moriar: & timeo ut moriar. Caue facias: & caue ne facias. Teren. Sed pł adeſt: caue te eſſe triſtẽ ſentiat. Vt enim iterdũ duę negationes non pluſq̃ una pollent: ut ſi dicas nunq̃ mihi, nec obſtitiſti, nec ꝓfuiſti: ſic interdũ una negatio duaꝝ negationũ inſtar eſt: diſtaxat adiunãte ut uerbi. Cice. ad Q. fratrẽ: Quod enim abſitiſti uereor ne ſatis diligẽter in ſenatu actum ſit de literis meis. i. ne nõ ſatis. Idem ad Atticũ: Si manet uereor ne exercitum firmũ habere poſſit. i. opinor eum exercitũ firmũ non habituꝝ. Quod fortaſſe ſic reſolui: Vereor ut ne habere poſſit: quo loquendi Cice ipſe uti ſolet: ut in Bruto: Ego tñ ita de uno quoq; dicã uti ne eiici poſſit quem exiſtimẽ oratorem: quẽ declamatorẽ fuiſſe. Et in. 3. de Oratore: Ois mea cura ſolet in hoc uerſari ſi poſſum: ut efficiam aliquid dicẽdo. ſin minus: ut ne quid mali. Ex more Terentiano ſumptũ qui ait: ut ne quid nimis. Hunc aũt loquendi modum uideo noſtræ, aut proximæ memoriæ clariſſimos ſcriptores ſequi Hermol. in quadã oratione: ut ſollicita ſit admodũ uniuerſa ciuitas ne lætitiam incredibilẽ ſua oratione conſequi ualeamus. i. ne nõ ualeamus. Sic Vlpianus: Vereor ne poſſit iſta cõnubiũ habere nubẽdo. i. ne non poſſit: ut ipſe alibi dixit in. l. ſi ergo paragrapho. 1. infra de iure dotiũ. Et Triphonius: Vereor ne lõgum ſit adoptionẽ mariti eius impedire: id eſt opinor non eſſe lõgum i. incõmodum. Hoc etiam per ut particulam Cicero enũciare ſolet: ut ad Atticũ: qui cum impudẽtiſſime poſtulauerit: tñ concediť: & tñ uereor ut ipſis contentus ſit: Et pro Quinto: Si uereť ut res iudicio facto parata ſit. In quibus locis multi exiſtimarent deeſſe negationẽ cum nihil deſit. Teren. Dies mihi hic ut ſatis ſit uereor ad agẽdum. Politianus in Herodianum: Veritis oĩbus ut ſatis libẽter imperatorem prinacem milites reciperent. i. ne non reciperent. Et etiam aliquo inuenire cũ una negatio in oratione deeſſe uideť. Cice. in. 3. de Legibus: Quæ res cum ſapientiſſime cõſtituta eſſet a maioribus noſtris nihil habuit nõ modo multũ: quod putarẽ nouãdum in legibus. Nõ modo multũ pro nõ modo non multum. Et de pfecto oratore: Nam ſic in epularũ apparatu a magnificẽtia recedens non ſe parcum ſolum. ſed etiam elegãtem dici uolet. Nõ ſolum pro nõ ſolũ non dixit. Idem pro Publio Sextio: Cum illi ſoli eſſent præter illum flagitioſum tribunũ plebis duo reipubli. turbines: qui non modo præcipitãti patriæ ſubuenirent. ſed etiã nimis tarde concidiſſe mœrerenť. Et de reditu ſuo ad populum: Tribunitiis ſupiores illi rogationibus nulla auctoritate ſenatus ſunt reſtituti. Marius uero nõ modo a ſenatu: ſed etiã oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus: id eſt nõ modo non a ſenatu Et in. 4. Tuſcu. Is enim malis inſidẽtibus non modo beati. ſed ne ſani quidẽ eſſe poſſimus. Liuius: Aſdrubaliq; nõ modo in Italiam traducendi exercitus: ſed ne manendi quidem ſatis tuto in Hiſpania ſpem reliquit. Plinius in Epiſtolis: Multa in urbe nr̃a iuxtaq; urbem: nõ oculis modo. ſed ne auribus quidẽ nouimus. [Non ſolũ duæ negationes uim hẽt ut non ſolum.] Quæ exẽpla & ſimilia mirum eſt Laurẽtium Vallenſem non animaduertiſſe. Is enim lib. 3. Elegãtiaꝝ. ut ſcite pauca de hac re & ſubtiliter diſſeruiſſe mihi uideť: ita ſi eius doctrinam ſequi uelimus: hæc loca tueri non poterimus. In cauſa eſt (ut arbitror) q̃ Laurentius ad normam latinæ ꝓprietatis ea redigere uoluit: quæ græcoꝝ imitatiõe uſurpata ſunt. Græci enim τὸ οὐχ ὅπως ἀντὶ τοῦ οὐ μόνον οὐχί. Subinde utunť Demoſthe. ἐνομίζον μὴ ἀναφαν ἐπολιτευόμην: οὐχ ὅπως ... τοιαῦτα ... ἀλλὰ καὶ μέτρια ἐξαμαρτὼν ... ἀντὶ τοῦ οὐ μόνον οὐχί ... Hoc etiam [Nedum.] per nedum latine dici ſolet. Saluſtius: Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigãt: nedum illi corruptiſſimis moribus uictoriæ tẽperarent. Apud Liuium in. 8. ſecundi belli Punici [Fabius.] hoc modo Fabius loquitur aduerſus Scipionẽ in Africã traiecturum. Me dictatorem cum uigerem adhuc uiribus: & in curſu maximarum rerum eſſem: recuſantem nemo audiuit: quo minus inſectante me magiſtro eqtum (quod fando nunquã auditum fuerat) imperium æquaretur meum: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adoleſcente floretiſſimo ꝓponam. i. non modo nũc non ꝓponam. Idem: Attonitus repentino malo uix quid obiiceret intelligere potui: nedum ſatis ſciam quõ me tuear. Cice pro Plantio: Ego [Cicero.] uero ne imortalitatem quidem contra rempu. accipiendam putarem: nedũ emori cũ pnicie reipub. uellẽ: ubi alius etiam

non indoctus nollem (ut arbitror) dixiſſet. Et pro Cluentio: Nec Metellus: nec Pompilius clariſſimi uiri uim tribunitiã ſuſtinere ualuerunt: nedum his tẽporibus: his moribus: ſine ueſtra ſapientia: ac ſine iudicioꝝ remediis ſalui eẽ poſſimus. Lucianus [illegible]. Cice. in Acade. Anaxagoras nigram niuem eſſe dixit: ferres me ſi idem dicerem: tu ne ſi dubitarem quidem. Vnam negationem Cice. duarum uice poſuit. Interdum cõtra duas pro una poſitas iuenimus. Idem lib. 3. de finibus: Sed q̃q̃ negent ſtoici nec uirtutes, nec uitia creſcere: attamen utrũq; eoꝝ fundi quodamodo ac dilatari putant. Et in 5. Tuſcula. Itaq; ne ſi iucũdiſſimis nos ſomnis uſuros putemus Endymionis ſomnum nolimus dari. Et in Acade. Quod bonum quale ſit negat omnino. Epicurus ſine uoluptatibus ſenſum mouentibus nec ſuſpicari. Hæc de negationis uſu dicenda hoc in loco habui: ut multis fortaſſe non ſatis animaduerſa: ſic omnibus neceſſaria.

De nedum & non ſolum. Cap. xviii.

Nedum duobus utimur modis.

NEdum duobus modis periti uti ſolent: uno: cum utranq; ſñiam eodem claudimus uerbo: altero: cum ſuum utriq; ſñiæ uerbũ damus. Primo mõ ſic. Funderem pro te ſanguinẽ: nedum pecuniã: ſecundo ſic: funderem pro te ſanguinẽ: nedum pecuniam tibi crederẽ: & hoc affirmatiue. Negatiue ſic. Nõ pderem pro te obolum: nedum ſanguinem. Item non crederẽ tibi obolũ: nedũ pro te funderem ſanguinem. Atq; in affirmãdo id, quod plus eſt, maioriſq; momenti: in prima parte ponẽdum: in negando, quod minoris eſt. Plus enim, & magis eſt momentoſum fundere ſanguinẽ, q̃ pecuniã: & minus eſt, & leuius perdere, aut credere obolum: q̃ perdere, aut pfundere ſanguinẽ. Imperiti uero hanc dictionẽ accipiunt pro nõ ſolum: ſic dicentes. Nedum pro te laborẽ ſuſciperẽ: ſed etiam mortẽ: quod ſic dicendum erat. Mortem pro te ſuſciperẽ: nedũ laborem: aut per nõ ſolum: (nam cõtrarius modus eſt per nõ ſolum a modo per nedum) ſicut priora exẽpla conuertamus. nõ ſolum pecuniã pro te funderẽ: ſed etiam ſanguinẽ: Itẽ non modo tibi pecuniam crederẽ: uerũetiam pro te ſanguinem funderẽ: & hoc affirmatiue. Rurſus negatiue. non modo pro te ſanguinem nõ pderẽ: ſed nec pecuniã. Item non tãtum pro te ſanguinem non pderem: ſed nec pecuniã. Item nõ tñ pro te ſanguinẽ non funderem: ueꝝ ne obolum quidem tibi crederẽ. Hæc eſt igiẽ differẽtia inter nedum, & nõ ſolum, ſiue nõmodo, ſiue non tñ. aliqñ tamen reperimus hoc poſterius pene per nedum accipi. Cicero in offi. iii. Huic igiẽ uiro bono, quẽ Fimbria etiam, nõmodo Socrates nouerat: nullo mõ uideri põt qcq̃ eſſe utile, qđ nõ ſit honeſtũ. poſſemus hic dicere pro nõ mõ Socrates nouerat: nedum Socrates. Sed nedum auget: præpolletq; alteri parti, cui adiungitur: nõ modo aũt æquiperat. Ideoq; puto Ciceronem uoluiſſe æquiperare Fimbriã Romanum Socrati Græco: dixiſſetq; illud nõmodo: ſicut in quibuſdam aliis exẽplis. Vt in eiſdẽ officiis. Ad quod eſt adhibenda actio quædam, nonſolum mentis agitatio. Et pro Plautio. Plura ne dicam, tuæ me lachrymæ impediũt, ueſtræq; iudices, nonſolum meæ. Hic non auſim pro nonſolum dicere nedum.

Nedũ affirmando negãdoq; quõ utatmur.

Non ſolũ contrario mõ utatmur a nõ modo.

Nõ tantũ nõmodo nedũ non ſolũ quõ differant.

Epitome capitis. xix.

NISI in principio clauſulæ uerbo principali adhæret: atq; indicatiuum deſiderat: alibi etiam ſubiunctiuum: uerbumq; minus principale. *ASCEN. Niſi.*

Exempla patẽt in textu. Subiunctiuus modus dr̃ etiã coniunctiuus. Et eſt autẽ niſi cõpoſitum a ni & ſi Si uero qñ rem affirmat indicatiuo gaudet: ut in Bucoll. Si neſcis: meus ille caper fuit. & in noto opuſculo: Si deus eſt alius nobis ut carmina dicunt. Vbi non hẽt ſubiunctiuum modũ: quia nõ conditionalis: ſed rõnalis aut cauſalis eſt coniunctio: accipitur enim quaſi pro quia. Eius autẽ naturam ſapit cõpoſitum: qđ in principio poſitum indicatiuũ iccirco efflagitat: quia non cõditionalis: ſed rõnalis eſt coniunctio. Plautus: Niſi annuus penus mihi dat̃. Tranſlator tñ in principio: quia cõditionaliter accipit: ſubiunctiuo iungit in pſalmo dicẽs. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Cum autẽ dr̃ in textu niſi: adeſt uerbum principale illic: niſi eſt datiui caſus: ut ſit huic dictioni niſi, adeſt uerbum principale: hic. ſ. in poſteriore non adeſt: bene reticuit autẽ: ſed & uero: quia uerbum repetit: & utitur hic ut referatur ad propius: quia ſi uolat irreuocabile uerbum: quod prius dicitur a nobis plus differt: q̃ qđ poſterius. Itaq; fere prius dictũ ſignificamus per illud poſterius per hoc: quod annotandum eſt. *Hoc & illud.*

De niſi. Cap. xix.

Niſi pricipiũ ſñiæ cũ idicatiuo alias cũ ſubiunctiuo.

NIſi, quotiens principium ſñiæ eſt: indicatiuum deſiderat: alias etiã ſubiunctiuum. Cicero pro Milone. Niſi forte putamus dementẽ P. Scipionẽ Africanũ fuiſſe: qui, cum per ſeditionẽ a C. Carbone interrogaret: qđ de Tiberii Gracchi morte ſentiret: reſpõdit iure ſibi cæſum uideri. Et Quintilianus. Niſi forte imperatorẽ quis idoneum credit: in prœliis quidẽ ſtrenuum, & fortem, & omnium, quæ pugna poſcit, artificem: ſed neq; delectus agere: nec copias contrahere: atq; inſtituere: nec proſpicere cõmeatus: nec locum capere caſtris ſcientem. Præter principia autem ſententiarum, ſic. uapulabis: niſi caues: uel niſi caueas. In illo ſupiore niſi, uerbũ adeſt principale: hic non adeſt.

Epitome capitis. xx.

PARTICVLA qđ poſita cũ hmõi uerbis gaudeo, credo, opinor, puto, lætor, uoluptatẽ capio, & ſilibus: tam indicatiuo q̃ optatiuo, ſeu ſubiunctiuo quadrat: cum his autem quibus locũ hẽt: ut cuiuſmodi ſunt, uolo, cupio, deſidero, iubeo, impo, exigo, poſtulo: & ſilia tñ optatiuo. Caue bimus autem ne uerba diuerſorum modorum copulemus. *ASCEN.*

Vnde q̃q̃ ſeorſum dicere licet: gaudeo qđ ſcribis: & gaudeo qđ me certiorẽ facias: tñ non dicam copulatim: Gaudeo qđ ad me ſcribis, & certiorẽ facias: ſed ſic: Gaudeo qđ ſcribis & certiorẽ facis. aut ſic: Gaudeo qđ ſcribas & certiorẽ facias: qđ in cæteris quoq; eſt faciendũ. Volunt enim copulatiuæ coniunctiones. ut noia eiuſdem caſus. Ita uerba eiuſdẽ modi. Dixi, cum qbus locum habet ut particula: Quia hmõi particulæ, ut, qđ, quin, ne, optant diuerſa uerba: niſi ut & qđ confundant̃. Verbi gratia dicam: Velim ut ſcribas: oro ut ad me ue *Exempla. Nota.*

uias precor ut ignoſcas. Non dubito quin mihi iraſcaris: rogo ne mihi id uitio des. Nec dicam: Non dubito q̃ iraſcaris. Sæpe tñ omittimus particulam ut, & q̃: ut uelim facias: monui te ad me uenires. Sæpe ẽt mutamus orationẽ in uerbum infinitiui modi. Monui te ad me uenire: uelim te incolumẽ eſſe. potiſſimum autẽ cum uerbo caueo, timeo, formido, & ſiſia. Ponimus uerbum optatiuũ, aut ſubiunctiuũ ſine pticula ne: ut caue feceris: uereor facias. Licet aũt cauẽdum ſit ne uerba diuerſorũ modorũ copulemus: tñ interdum copulant̃ uerba diuerſorũ tẽporũ: ut uocaſti me: & ecce uenio. Virg. Aeneid. 3. Cecidit ſupbum Ilium: & oĩs humo fumat Neptunia Troia. Vbi multi tñ dicunt fumat pro fumauit poſitũ per ſyncopã: ſed diligẽtiores dicunt pñtis eſſe tpis: & ſignificari per diuerſa tpa naturam rerũ. Nam iam ceciderat Ilium: & tñ adhuc Troia fumabat humo: depingit̃ ergo natura incendii: quod primo loco ardorẽ parit: deinde ruinam & caſum: & demũ fumum. Quãdo ergo par nobis ratio eſt mutãdi tpis: poterimus & nos mutare. Vnde illud uenimus in euangelio Mat. 2. Vidimus enim ſtellã eius in oriente: & uenimus cum muneribus adorare eum. poteſt eſſe pteriti tpis: prima longa & media breui: ut ſit: Venimus iſtuc uſq;: aut præſentis tẽporis prima breui & media lõga: ut ſit: & iam uenimus adorare eum. Poſſunt etiam futura cum præſenti & præterito copulari: ut te amaui, amo, & amabo ſemper: & ita in conſimilibus. Malẽ tamen dicere. Qui erant in naui flebant q̃ fleuerunt.

PETrus de FON. ¶PORRO pro certe accipit̃ & eãm priorem conſignat: ut in Euãgelio. Porro unum eſt neceſſariũ Datiuus aliqñ de porro indicit̃: ut porrũ, porri, porro: & non eandẽ habitudinem: de porro aduerbiũ exercet & diſcõueniens quantitas in illis dictionibus eſt: ut capite nouo de accẽtu cum in reliqs grãmaticæ partibus nñi ſæculi hoĩes multum aberrarint: tñ maxime circa uocum accẽtus harũ dictionum turpiter lapſi ſunt: ut quominus uitium latere põt: eo magis culpandi eſſe uident̃: cum eandẽ quãtitatem in his dictionibus diuerſis partefacere uoluerũt: q̃q̃ ſunt meo iudicio uenia digniſſimi: qꝛ huius rei cõſideratio nõ tam lectione q̃ uiua uti aiunt præceptoris uoce cõſtare. Hoc igit̃ in loco nobis repetendum eſt: quod in fine huius libri annotabimus ſyllabam quãtum ad præſens negociũ attinet duplicem habere cõſiderationem: aut enim conſideraṫ quãtum ad tpis longitudinẽ in qua pfertur: uel quãtum ad tpis breuitatẽ: ut unam ſolam plationẽ breui ſyllabæ damus hñc modum dicendi græci pſodiã appellarunt: quã accentum latine dicimus: ut Gellius lib. 12 noctium Atti. Tranſlatũ eſt. Quinti. Ab eo qđ thonos græci dicunt antiquos noſtros etiam accentum uocaſſe tenorem: & quia porro (ut dictum eſt) de porrũ & aduerbium ſunt quãtitatis differentia alio in libro ſequenti dicturi ſumus.

¶ De Quod. Cap. xx.

Quod quibus cum uerbis iũgat̃ cũ idicatiuo & ſubiunctiuo, uel cũ altero tñ

QVod ſcribis gaudeo: & qđ ſcribas: utroq; modo dicitur. Volo qđ ſcribas: nõ autem quod ſcribis. Illius ſuperioris hæc ſimilia ſunt: credo, opinor, puto, lætor, uoluptatem capio: & reliqua: huius poſterioris hæc: mãdo, iubeo, impo, exigo, poſtulo: & cætera. In illo tñ ſuperiore cauẽdũ eſt ne diuerſorũ modorũ uerba copulemus: quale foret illud Terentii: qđ nõnulli ſic legũt: an quod uiam ignorant: an quod iter pferre nequeant. cum ſit dicẽdum, aut ſic: An quod uiã ignorent: an qđ iter perferre nequeant: aut ſic: An quod uiam ignorãt: an quod iter pferre nequeunt. cui ſimile illud aliud eſt apud eũdem. Nihil eſt: nihil deſit tñ. Cum ſit potius legẽdum deſit, nõ deſit: ut bonis auctoribus placet. Et in prohemio Ciceronis ad Herẽnium quidam ſic legunt. Et ſi negociis familiaribus impediti uix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſimus: & id ipſum, quod datur ocii, libentius in philoſophia conſumere conſueuimus: cum ſit potius dicẽdum poſſumus: ut modi cõcordẽt: qui copula media coniungunt̃: q̃q̃ ſonus ipſe, utpote in curſu medio piodi, conuenientior eſt in poſſumus, q̃ in poſſimus. Eſt etiam alia cauſa cur hoc non liceat: quã modo ſubiungam.

¶Epitome capitis xxi.

¶ETSI, ſeu tametſi: & quanq̃ in principio ſtatim orationum: epiſtolarũ, librorumue poſita: dignitatem quidam præſe ferunt: optantq; indicatiuum: ſecundo autem loco poſita etiam ſubiunctiuum recipiunt. Sed quãuis & licet in principio rerum non magnæ dignitatis collocata ſubiunctiuum expetunt: ponunturq; reſpectiue: nam conſortium huius particulæ tum deſiderant, ſine qua q̃q̃, etſi, & tametſi rite ponuntur præſertim interrogatiue. Neq; tamen nunquam cum indicatiuo constructa leguntur. ASCEN. Etſi, tãetſi q̃q̃, q̃uis licet.

¶Exempla patent in textu: ut in Quintiliano: Etſi iudices natura non eſt natura ſit: licet ſequatur ut uideatur. Et apud Quintilianum declamatio. ſubaudi ſic incipit: Quãuis iudices &c. Paucis autem datum eſt huiuſmodi elegãtias ad unguem obſeruare: quæ tamen ſi à doctiſſimis obſeruatæ ſunt nulli fuerint negligendæ. Cæterum tametſi nullam aſſignãt grãmatici rationem: tamen uidetur non nihil rationis ſubeſſe. Nam etſi, & tametſi, ac quanq̃ componuntur ex his quæ indicatiuum fere poſtulant. Si enim (ut iam dixi) cum rationalis eſt indicatiuum exigit: q̃q̃ uero uidetur eſſe quaſi quæcunq;: ideſt quantſcunq; quod nimirum indicatiuum deſiderat. Licet uero & quãuis conditionales ſunt. Nam licet natura eſt uerbum: licet ponatur pro coniunctione: quod dictum ut ſit exemplo nobis id uidetur ualere: licet: ideſt licitum eſt: tamẽ ut ponatur pro coniunctione: quia ergo oideſt ſubandiri: ut non eſt mirũ ſi eius modum obtinet. Atq; q̃uis cõpoſitum eſt a q̃ & uis: quæ ſyllabica eſt adiectio: natura tamen ſecunda perſona uerbi uolo: quod (ut oſtendi) optatiuum, aut ſubiunctiuum etiam ſuppreſſa coniunctione: ut ſæpe poſt ſe habet: ut, uelim ſcias. Itaq; quãuis eſt quaſi quantũuis: ſicut quãlibet quantũlibet: quæ optime ſequitur facias, dicas: aut feceris: dixeris. Præter ergo doctiſſimorum obſeruationem & conſuetudinem: quæ nobis ſatis eſſe debebat: etiam natura uocabuli cauſam diuerſæ conſtructionis nobis affert.

¶ De etſi, q̃q̃, quãuis: & licet. Cap. xxi.

Etſi cũ idicatiuo in principio Quãq̃ q̃uis licet cũ ſubiunctiuo i pricipio.

ETſi, q̃q̃, quãuis, licet, eiuſdem ſignificationis ſunt, aliqd in utendo diſcriminis hñtia. Nam maior quædam dignitas data eſt primis duobus: q̃ ſemper aſciſcunt ſibi indicatiuum dũtaxat in principio ſtatim orationum, epiſtolarũ, librorum: alia duo in hoc loco raro: in cæteris oĩa indifferenter. Cicero in orõne pro Milone. Et ſi uereor iudices. & in epiſtola ad Atticum. Et ſi nihil noui afferebat̃. & in ope ad Herẽnium. Etſi negociis familiaribus impediti, uix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſumus: & id ipm, qđ datur ocii, libentius in philoſophia cõſumere cõſueuimus. Quintilianus in declamatione de corpore piecto. Et ſi iudices in hac aſperrima cõditione fragilitatis humanæ, in qua nemo pꝛope mortalium impune uiuit: hæc oĩbus natura

pe mortalium impune uiuit: hæc oībus natura eſt: ut ſua cuiq; calamitas præcipue miſera, atq; intolleranda uideaṫ. Cicero pro lege Manilia. Quanq̃ frequens conſpectus ueſter mihi multo iocundiſſimus: hic autē locus ad dicēdū ampliſſimus: ad agēdum ornatiſſimus eſt uiſus Quirites. Idē de officiis. Quanq̃ te Marce fili annum iam audiētem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, iſtitutiſq; philoſophiæ. Lactantius tñ ſcdm librum de inſtitutione ſic icipit. Quanq̃ lib. primo religiones deoꝵ falſas eſſe monſtrauerim. Alia duo magis poſtulant ſubiunctiuū: nōnunq̃ tñ & indicatiuum: ut dixi. ut apud Horatium ſic quædam epiſtola incipit. Quáuis ſæua ſatis per te tibi conſulis, & ſcis. Et apud Quintilianū declamatio. Quáuis iudices in tanta maloꝵ continuatione iam poterā nihil ex accidentiū meoꝵ nouitate mirari. In aliis partibus, q̃ in pricipiis parē oīa hæc locum ſortiunṫ? Hñt & hoc differentiæ duo priora à duobus poſterioribus: qd' illa aliqñ eodem modo, quē de niſi oſtēdimus, a nullo depēdēt. Cicero pro Marcello. Quid enim eſt oīno hoc ipſum diu: in quo eſt aliquid extremum: qd̄ cum uenit: oīs uoluptas præterita pro nihilo eſt: q̃a nulla eſt futura? q̃q̃ iſte tuus aius nunq̃ his anguſtiis, quas natura nobis ad uiuendum dedit: cōtentus fuit: ſemp enim īmortalitatis amore flagrauit. nec uero hæc tua uita dicenda eſt: quæ corpore, & ſpiritu cōtinetur.

Hoc fit acrius p interrogationē, ac ſublimius. Vt (ne ſi alia exēpla afferam, longior ſim) ſi dicamus hoc idem ſic. q̃q̃ quis ignorat iſtum tuū animum nunq̃ his anguſtiis, quas natura nobis ad uiuēdum dedit: fuiſſe contentum? ſemperq; īmortalitatis amore flagraſſe? De etſi, ſiue tametſi (idē enim ſunt) & apud eundē, & apud alios reperienda relinqmus exēpla hmōi: licet pauciora. unū ex Plinio ſatis ſit ad Cornelium priſcū. — Tametſi.

Dedit enim mihi quātum maximum potuit: daturus amplius, ſi potuiſſet: tametſi quid hoī dari poteſt maius, q̃ gloria, laus, & æternitas? Hic non poſſis ponere licet, & quáuis.

¶ Epitome capitis. xxii.

ASCEN. Cum & tū — ¶ CVM qñ habet poſt ſe tum: qñ uidelicet ſignificat partum: ſed in re minore & minus euidēti quātum: tunc utrunq; uno fere uerbo contētum poſtulat fere indicatiuū. niſi particula alterius modi præcedat: ſed cum pro q̃uis hñs poſt ſe tamen ſubiunctiuū efflagitat: quē priore mō non ſemp: ſed frequēter euitat. Prior aūt modus bifariā cōtingere ſolet: aut ut generale aliquid p̃cedat: ſequaṫ ſpeciale: aut ut ambo ſint ſpecialia: ut textus declarat. Tum uero duplicari ac multiplicari ſolet: qñ res ſunt pares qño Et & partim repeti ſolent.

¶ Dico qñ habet poſt ſe tum: uult cū præponi: & tum ſequi. Nam qñ dico: Vir cum ſapiens tū bonus: ſenſus eſt: cum uero ſimile ſit, aut manifeſtū q ſapiens eſt: tum. i. uero ſimilius & manifeſtius q bonus. Addo niſi particula alterius modi p̃cedat: quia Cicero qñ præmiſit uti. i. ut ſubiunxit ſubiunctiuū ſic Factum eſt uti cum ſummū &c. unde licet dicere: Precor ut filius meus cū prudens tum bonus euadat. Accipiṫ etiam pro q̃uis: ut in textu patet: & pro qñ: idq; fere cum idicatiuo: ut in prologo primi huius. Cum ſæpe mecū noſtroꝵ maioꝵ res geſtas: alioꝵq;, uel regum, uel populoꝵ conſidero: Cum faciā uitula pro frugibus ipſe uenito: in Bucolicis. Vbi faciā futuꝵ eſt idicatiui modi: uitula uero ablatiui caſus: ut ſic faciam rem diuinā. Nam facere & opari cum nihil additur de re diuina intelliguṅṫ: ut Lætis opas in herbis. Cæteꝵ (qd ad rem magis attinet) de partim alibi erit differēdi locus. Nam interdū accipiṫ pro aduerbio: ut ſuo loco declarabimus: de tum dico qñ res ſunt pares. i. eiuſdē ponderis & momenti: q̃a ſi una aut altera minor ſit: præponēda fuerit illi cum particula ut dictum eſt. Paꝵ aūt diſcrepāt cum & tum ēt his modis a ſignificatione nota: quæ ſunt qñ & tunc: quia ſi dicaṫ hic uir qñ bonus cenſendus: tunc facūdus: ſenſus ſit qñ id probari poterit q bonus ſit cēſendus: tunc. i. multo amplius pbari poterit q facundus ſit cēſendus: quia multo excellētius apparet in eo facundia q̃ bonitas. Quod autē talis ſit ſenſus: patet ex eo q ſæpe particulæ tum addimus particulā augmētatiuam: ut Aeneid. 2. Tum uero ardemus ſcitari: & quærere cāſ. Tum uero. i. tunc p̃ſertim & quaſi ad uiuū: cum prius diſſimulate id uiſi ſimus feciſſe. Dixi fere contentum uno uerbo: ut ſi dicā. Vir eſt cum bonus tū facūdus: unū eſt uerbum: poſſunt tñ plura eſſe uerba: p̃cipue ſi in ſignificatione uerboꝵ ſit incremētum & decrementum: ut Vir cum te ſemp coluit tum amauit. i. cum manifeſtariū atq; in conceſſo ſit q te ſemp coluit: tum. i. multo manifeſtius atq; magis cōcedendum eſt q te ſemp amauit: quia nō coluiſſet niſi amaſſet. Quando autē cum hēt ſubiunctiuū nō penitus ſignificat id quod q̃uis: ſed quaſi hoc eſt cum ita ſit q. Vnde inepte ille opuſculū ſuū de moribus icepit, qui dixit: Cum nihil utilius humanæ credo ſaluti: cum (ſi uerius patereṫ) dicendum eſſet credā. non credo. Habet etiā tum uſum in rebus enumerandis hoc ordine: ut primæ demus primum: ſecūdæ deinde, tertiæ, quartæ, quītæ. & oībus aliis uſq; ad ultimum tum. Vltimæ autem deniq; aut demum, aut ipſum ultimum: ut alibi latius declarabiṫ. Non enim omnia ſunt in unum locum congerenda.

¶ De cum & tum. Cap. xxii.

CVm, & tum indicatiuū fere poſtulāt. eſt autē in cum quiddā minus: in tum quiddam maius. & hoc duobus modis: ut, aut generale aliquid p̃cedat: ſequaṫ ſpeciale: ut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſicut apud Quintilianū. Quod cum oībus cōſidēdum eſt: tum nobis p̃cipue: qui rationē dicendi a bono uiro non ſepamus: ideſt: oībus multum: mihi uero maxime. Altero mō apud eundē. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quē cum amiciſſimū nobis, tum eximio literaꝵ amore flagrātem digniſſimum hoc mutuę īter nos charitatis pignore iudicabimus: ideſt: multum pꝑter amorem tuū in nos: plus tñ propter amorē iudicabimus literaꝵ. Vix aliter reperias: quale eſt Ciceronis in Verrē actione prima. Factū eſt uti cū ſumum in ueteribus patronis multis, tum nōnullum etiam in me p̃ſidium ſuis fortunis cōſtitutum eſſe arbitrarenṫ.

Sed hoc loco adiectiua ſunt: quæ diſtinguant illud plus, & illud minus: in cæteris locis fere adiectiua nō adhibenṫ: q̃lia nunc ſunt ſūmum, & nōnullum. Raro aūt alius modus, q̃ indica-

Virgilius.

Cū qddā minus q̃. Tū habet

Tū qddā maius hēt q̃ Cum.

Tū & Cū fere cū indicatiuo.

tiuus conuenit:quale fuit proximum exẽplum. Idem Q uintil.in.ii. Quid autem eſt ex his, de quibus ſupra dixi:quod non cum alia, quæ ſunt rhetoꝝ propria: tum certe iſtud iudiciale cauſæ genus incidit? Cicero ad Curionem.

Graui teſte priuatus ſum amoris erga te mei, patre tuo, clariſſimo uiro: qui cum ſuis uirtutibus tũ uero te filio ſupaſſet oĩum fortunas, ſi te ante uidiſſet, ꝗ̃ e uita decederet. Nunꝗ̃ hoc fit, niſi ſub uno uerbo. quod ſi qñ ſub duobus fieret non tñ in diuerſis uerboꝝ modis, diuerſiſue tẽporibus:ut fecit Boetius in principio tertii (ut reor) de dialectica libri. Cum in oĩbus philoſophiæ diſciplinis ediſcendis, atq; tractãdis ſũmum in uita ſolamen exiſtimẽ:tum iucundius, & ueluti cum quodã fructu etiam laboris arripio, quæ tecum cõjcãda cõpono. Niſi forte putamus hoc eodẽ modo pro Deiotaro incepiſſe Ciceronem.

Cicero ꝑ Deiotaro

Cum in oĩbus cauſis grauioribus C. Cæſar initio dicẽdi cõmoueri ſoleã uehemẽtius, ꝗ̃ uel uſus, uel ætas mea uidetur poſtulare, tum in hac ita me multa pturbant. tñ dicitur, non tum. Rñdet enim ad illud cũ, pro ꝗuis. Vt alio idem in loco. Satiſne cõſtãter facere uideamur:qui cum ꝑcipi nihil poſſe dicamus:tñ & in aliis de rebus diſſerere ſoleamus:et in hoc ipſo tp̃e præcepta officii ꝓſequamur. Cũ ſcilicet, pro quãuis. aut ſi ſcribitᷣ tum, non tñ ſcribendum etiam erit ſoleo, non ſoleam. quale eſt illud in prohemio quarti libri Tuſculanaꝝ qõnum. Cum multis locis noſtroꝝ hoĩum ingenia, uirtuteſq; Brute ſoleo mirari:tum maxime in his ſtudiis, quæ ſero admodũ expetita in hãc ciuitatem e Græcia trãſtulerunt. Idem auctor opus de natura Deoꝝ ſic inchoat:quod quidã deprauare ſolent, dicẽtes ſint, pro ſunt. Cum multæ res in philoſophia nequaꝗ̃ ſatis adhuc explicatæ ſũt:tum per difficilis Brute, quod tu minime ignoras:quæſtio eſt de natura deoꝝ.

Priſciani ꝓhemiũ carpitur.

Priſcianus quoq; uix grãmaticæ locutus eſt in prohemio magni opis, et quidẽ in prima dictione, atq; adeo in prima ſyllaba, dicens. Cũ oĩs eloquentiæ doctrinam, & omne ſtudioꝝ genus ſapientiæ luce ꝓfulgẽns Græcoꝝ fontibus deriuatum latinos ꝓprio ſermone iuenio celebraſſe: & cætera:quæ tanta ſunt, præcedẽtia uerbum principale:ut nõmodo Demoſthenes, qui cõtenta uoce, & uno ſpiritu complures uerſus pronunciabat:aut Hercules, qui ſine ſpiratione unum ſtadium decurrebat:ſed ne Nouellus quidem Torquatus Mediolanẽſis, qui uno ſpiritu tres uini congios ſiccabat:poſſet illã ſñiam, atq; periodum una uocis contentione pronunciare. tandem uerbum principale ſubiungit:conatus ſum pro uiribus rem, arduam quidem, ſed officio ꝓfeſſionis non indebitam ſupra nominatoꝝ præcepta uiroꝝ, quæ cõgrua ſunt mihi uiſa, in latinum trãſferre ſermonẽ. cum inueniam, erat dicendum:aut, qñ inuenio. Sed ad tum reuertamur:quod ſæpe ſine cum ponitᷣ geminatum, triplicatum, & in quã uis longum multiplicatũ: ſed (quãtũ ego ſentio) in rebus paribus:ut Quintilianus. Nec indignetᷣ Hærodotus æquari ſibi Titum Liuium, cum in narrando miræ iucũditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus ſupra quã enarrari poteſt eloquentem. Ita dicunt:oĩa tum rebus, tum pſonis accõmodata. Taceo de eo mõ, qñ accipitur pro aliqñ:ut tum hoc, tum illud dicas: ideſt:aliqñ hoc, aliquando illud:uel:modo hoc, modo illud.

Demoſthenis ſpiratus.

Nouellus Mediolanẽſis tres congios uno ſpũ.

Tũ in rebus paribus multiplicari.

Epitome capitis.xxiii.

QVIDEM trifariam accipi ſolet. Primo ad diſtinguẽdas res ponitur:q; ſic in priore, aut prima particula. ſequente autẽ uel uero, uel utroq;. Secundo per conceſſionem eius cui adhærent:ſed ſubſequẽte exceptione cum particula ſed, uerum, ueritamen, at, cæteꝝ, tñ, attamen:ſed tñ ſubditur autẽ ſic uenuſte poſt ꝓnomen ille. Tertio per affirmationẽ quaſi pro certe:aut ꝑ excluſionẽ eius cui maxime uidetᷣ poſſe conuenire qd ſequitᷣ:idq; ſine dictis particulis:ſed ꝑcedente nec, aut ne:& poſito quod excludere uolunt in medio.

ASCEN. Quidem.

Exempla in textu patebũt. Tertii autẽ modi:quia amplior eſt ꝗ̃ in textu:habetq; duo mẽbra prioris mẽbri exẽplum eſt. Nemo doctus quod qdẽ ſciam hoc dixit. Sequẽtis:hoc eſt ne deus quidẽ ipſe poſſet facta infecta facere. At ne rex qdem ipſe populo illi formidini ſit. Rex dico ipſe qui tñ potiſſimũ eſſe poſſit. Ponitᷣ aũt in primo modo qdem in priore, aut prima particula:in priore ſi tm̃ quæ ſunt: in prima ſi plures. uerbĩ gratia in priore ſic:Oẽs ſtabunt ante Chriſti tribunal: boni quidem ad dextrã:mali uero ad ſiniſtrã. In prima autem ſic: Oẽs hoĩes tãdem addiſcentᷣ: boni quidẽ ad gloriam:mali uero ad tormenta:porro neutri, uel neutri autẽ. (ideſt infantes qui e Chriſtianis nati ſunt:ſed nõ renati in Chriſto) ad priuationem utroriq;. De ſecundo modo oĩa ſunt exemploꝝ plena:ut bene quidem prædicas ac præcipis:ſed male uiuis. Prudenter quidem ſcripſiſti:ſed inſipiẽter utriſti. Multi quidem bene incipiunt:uerum perꝗ̃ pauci perficiunt honeſtam uitã: & ita in infinitis aliis. Gaudet autem ſic particula ille illa illud:ut in textu ſatis declaratur.

Nota.

VNDE hæc nõia ꝓpria ſeu appellatiua a pſonis uariantur cum iſtam cõgruam Laurentius cõpleuit orationẽ. Sum ego Romæ:cũ dubium poſſet fieri:ſi ego ſuppoſitũ ſubſtantiui illius dicatᷣ meo iudicio uideretᷣ: qd non aiunt cõmunes grãmatici ꝓnõia uana & caſſa ſunt: & ſola nihil in oratione exercere poſſunt:nõia uero ſi non expreſſa tñ intellecta eẽ uidentur:unde ergo uidetᷣ uerbum nomen tertiæ pſonæ:ſi primæ præſens dicitᷣ cum ꝓnomine eiuſdẽ pſonæ primæ:& nõ ipſum ꝓnomen nomen reſtringit:quia non illud tantæ actiuitatis eſt quod nomẽ reſtringere ualeat. Sed uerbum quod Priſcianus partem orationis pfectam appellat cũ ipſo nomine:cum diceret ex nõie & uerbo perfecta conſtat oratio:& illud cauſa totalis cum ꝓnomine eſt: quare nomen cum ipſo in perſona conuenit:ut meminit Priſcianus.

PETrus de FON.

De quidem. Cap.xxiiii.

QVidem, duobus, tribuſue modis accipi ſolet. Vno, ad diſtinguẽdas res: quod apud Græcos penè nimis fit ſæpe:ut. unus quidem ſic:alius autẽ ſic.

Quidẽ ad res diſtinguendas.

Quidē exceptionis gratia.

Ego quidem Romæ ſum: tu uerò Athenis: frater autem Alexādriæ. Altero autem, quaſi per exceptioné illius, qđ affirmes. Vt apud M. Fabium. Torquebis quidē filium: ſed fatebitur mater. Adeo ut apud hūc, & M. Tulliū nunq̃ coniungatꝰ quidem, & ille: quin hmōi ſequatur exceptio. ut de offi. li. iii. Ab optimis illis qdē uiris: ſed non ſatis eruditis. & de amicitia.

Quidē & ille ſi iungant ſemp ſequitꝰ exceptio.

Qui autē in uirtute ſūmum bonum ponūt: pręclare illi qdem. ſed hæc ipſa uirtus amicitiā & gignit, & continet. Dicendum erat: præclare quidem: ut in pnominibus oſtēdimus: potius q̃ illi: ſed hoc fecit: ut, ille, coniungeretꝰ cum quidem. In ſuperiore modo tñ duobus comitibus quidem uti pōt: quæ ſunt, uerò, & autē: in hoc ſecundo pluribus: prætet has duas, uerū, uerūtamē: at, ſed, cæterū, tñ, attamē. Sed tñ atq; in hoc ſecūdo modo ipſum quidē alternatim poni poteſt: nunc in laudem: nunc in uitupationem: atq; id aut à uituperatione incipiēdo, & finiendo in laudem: aut incipiendo à laude: & finiendo in uitupationem: ut. tu lentus qdē es, & piger: ſed tñ fidelis. Rurſus. tu quidem fidelis es: ſed lentus tamē, & piger. Tertio modo, quo plenus eſt etiam ſermo uulgaris: nullo autē, aut uerò, aut ſed: aliaue coniunctione ſimili ſequēte: ſicut & hæ ipſę nōnunquam ſine quidem ſunt. Cicero.

Vero autē cū quidē.

Verum. Verūtñ. At. Sed. Cæterum Tamen. Attamen.

Tamē cū quidem.

Aut enim nemo, quod quidem magis credo: aut ſi quiſq̃ eſt: ille ſapiens fuit.

¶ Epitome capitis. xxiiii.

ASCEN. Neq; uero Nec uero in orone ponuntur ad diſtinguendas ſentētias.

¶ VERO & aūt ſubiunctiui ſunt ordinis: ideq; ſignificāt: ſic tñ ut interdum nuſq̃ referantꝰ: ſed ſolum ad diſtinguendas ſniās ponantꝰ. Verū differunt in utēdo: quia nō eiſdē ſociantꝰ. Dicimus enim: Neq; uero: & nec uero cōcinnius q̃ neq; autē: Tum uero potius q̃ tum aūt. qđ uix audeas dicere. Item age uero, ſanè uero, enim uero, at uero: potius q̃ age autem: ſane autē, enim aūt, iam autē: quæ duo poſtrema nequaq̃ dicam. Incipimus pterea maiora quædā capita per uero potius q̃ p aūt. Ecōuerſo: non autē potius dixeris q̃ non uero: licet recte & indifferēter dicatꝰ: uero non, uel autē non. ſine repetitione eiuſdē uerbi. Nā quoties hæ pticulæ uero & autē, ponuntꝰ cū negatione non cōuenit in cōtradictione uerbum non longe poſitū repeti: ſicut cōuenit qñ ſola negatio pcedat ſiue ſequatur. Poetæ tñ illud non obſeruāt. Porro idē ſignificare uidetꝰ qđ aūt & uero: ſed cōis eſt ordinis: unde dicere licet age porro: ſicut age uero: ſed in principio oronis licet dicere. Porro qui: ubi per aūt, & uero dicetꝰ. Qui aūt, uel qui uero. Habetq; porro alias apud poetas ſignificatiōes: ut lōge, certe, poſtea, & ultra ſignificare uideatꝰ: unde ſæpe in medio inuenitur.

¶ Exempla fere patent in textu. Cui adieci has particulas potius, cōcinnius, uenuſtius &c. Sic enim ubiq; intelligēdus eſt: ut Auctor pfeſtatus eſt. Quo circa parū militat cōtra ipſum qđ affert Mācinellus: eſt tñ utile cognitu ne nullos affirmemus ſecus locutos. dicit enim ſic: Neq; autē qui dixeris recte quidē dixeris. Apuleius enim lib. 1. Floridoꝝ ſic ait: Proconſulis aūt tam bella ſnia eſt: qua ſemel lecta: neq; augeri litera una: neq; aūt minui poteſt &c. Quod quidē Laurē. ita notaſſet: ſi tunc forte occurriſſet ei. Apulei enim auctoritas apud Laurētium ualuit. Vnde ubi de puluiſculo ſcribit: aīt. Maſculinō tñ ptulit Apuleius. Dicit enim nobilem puluiſculum. Affert & alibi Apulei auctoritatē. Non uero quoq; dicere licet. Tullius namq; in Catone maiore ſeu de Senectute ſic ait: At hi quidem mortui ſunt: non uero tam iſte q̃ tuipſe nugator &c. Præterea iam autem recte dici poterit. Curtius enim lib. 9. ſic ait. Iam autē ſcietis: & quātum ſine rege ualeat exercitus: & quid opis in me uno ſit. Hæc ille. Quoꝝ quia ſingula affert exempla oſtēdunt rarum cōtrarium eſſe uſum.

Mancinellus

Neq; aūt.

Nō uero.

Iam autē.

¶ De uero, autem, porro. Cap. xxiiii.

Vero autē idē ſignificant.

Aūt uero nūq̃ i principio ineq.

VEro, & autem, idem ſignificāt: & eodem in loco poni poſſunt: antecedente utiq; aliqua dictione. Nunq̃ enim ab his ſnia incipit. Collocantꝰ autem frequenter, ut nuſq̃ referātur: ſed tñ diſtinguāt ſniam a ſententia: ut mea ipſius uerba declarāt: ubi ſum uſus modo autem. Habent tamen aliquando neſcio quid differentiæ in utendo. ¶ Cur nāq; non dicimus neq; autem: ſicut neq; uero? ut Quintilianus. Neq; uero me Lacedemonii, atq; Athenienſes magis mouerint, q̃ populus Romanus: apud quem ſūma ſemp oratoribus dignitas fuit. Item: tum pp̄ter hoc, tum uero pp̄ter illud: nō autem: tum pp̄ter hoc, tū autem pp̄ter illud. ¶ Contra, nō dicimus: non uero: ſicut nō autem: ut. ſum tibi amicus: nō autem aſſentator. Muta illud aduerbiū: & hēt locum uero, ſic. Sum tibi amicus: aſſentator uero nō: uel aſſentator autē non: & in quibuſdā ſimilibus. Incipimus enim maiora quædam capita per uero potius, q̃ per autem. Virgilius Iunonē cum Venere ſic loqui incipientē facit. Egregiā uero laudē, & ſpolia ampla refertis, Tuq;, puerq; tuus. Et ad Sulpitium ſcribens Cicero ita epiſtolā incipit. Ego uero Serui uellem (ut ais) in meo dolore affuiſſes. Præterea non dicas ita: age autem: ſane autē: iam autem: enim autem: at autē: ut: age uero: ſane uero: enimuero: iam uero: at uero. Atq; ut in qbuſdam locis hæc duo, & cætera ſimilia a me prius enumerata, habent gratiā, ſi ponantꝰ: ita in quibuſdā non habent: quale eſt: cum idem uerbum repetitur: hoc modo. Quintilianus. Pro pr̄e mori poſſum: coram patre nō poſſum. Nō recte dicas: coram patre autem nō poſſum: niſi reticeas uerbum: ſic. corā patre autem non. Atq; hic ſequitꝰ negatio: aliqñ antecedit. Cicero. Tu cū principem ſenatorē auūculum domi hēas: ad eum nō refers: ad eos refers: qui ſuam domum non hōrtuam exhauriunt. Quare nō de eo modo intelligitur: quotiens uerbū ſine contrarietate repetitur: ut idem. Tribues his tpibus quantum poteris: poteris aūt quātum uoles. Neq; quotiens aliquid prælōgum eſt: aut nō nihil imutatur: ut idem in Verrem. Nō enim, inquit, illud peto, quod ſoleo: cum uehemētius cōtendi impetrare: reus ut abſoluatꝰ, nō peto: ſed ut potius ab hoc, q̃ ab illo accuſetꝰ: id peto. & in Philip-

Neq; uero dicimus. Neq; autē non.

Non autē dicimus Nō uero minime. Autē non Vero non

Age uero Sane uero Enīuero Iam uero At uero

pieis. Ego autem ueteranos tueri debeo: ſed eos, quibus ſanitas eſt, ſeerte timere non debeo. Tale nō fuit Lactantii: qui ait. Sed (ut dixi) uenia cōcedi pōt imperitis, & qui ſapientes ſe nō fateantur: his uero non poteſt: qui ſapientiam profeſſi, ſtultitiam potius exhibet. Ego dixiſſem. his non poteſt. Poetæ hoc non ſeruāt. Virgilius. Non erit auxilio nobis Aetolus, & Argi? At Meſapus erit. Ouidius. Non formoſus erat: ſed erat facūdus Vlyſſes. Porro licet eiuſdē ſignificationis ſit, cuius uero, & autem: tñ puto pro illis ponere non poſſis. nōnunq̃ tamen eūdem locum ſortit: ut. age uero: age porro. ſed illud nunq̃ in fronte ſnīæ collocaſ: hoc autē ſæpius. ut Q uintilianus. Porro qui confeſſum defendit: nō abſolutionem ſceleris petit, ſed licentiā. Per illa diceremus: qui uero: uel qui autem cōfeſſum defendit. Apud quoſdam, & præſertim poetas, uolūt ſignificare lōge, certe, poſtea, ultra. ideoq; ſæpe non in principio ſententiæ, ſed in medio inuenitur.

Porro idē q autē & ueri ſignificat poni turq ſępe in pri. ſententię.

Porro āt. Vero apd poetas qd ſignificet.

Epitome capitis. xxv.

ASCEN. Siquidē.

SIQVIDEM quando una pars eſt rationalis: eſt coniunctio ſignificans idem quod nam. Quando duæ partes ſi eſt conditionalis & quidem quaſi certe: quomodo deberet ſi pduci: cum tamen ab Ouidio corripiatur.

Accurate autē annotādum eſt: qñ una & qñ duæ ſint partes: nā in ſignificādo lata eſt differētia: ut textus dilucide docet. In Quintiliani aūt exēplo ubi dicit: uult muneri. i. in munus: aut pro munere: nō eſt legēdum numeri: neq; numeꝝ. & paulopoſt: Siqdem & remigē cantus hortaſ: hoc eſt remigātem: non autem regimen: ut quidam impreſſerunt.

PETrus de FON.

COMPOSITVM nomen quod partes ſignificatiuas ſeorſum habet diuiſas: ut mons Ferrandus: uel qd unam ſolā habet ſignificatiuā ſibi partita ſit dictio: ut Montanus: & dicitur cōpoſitum a cōpono compon's quia compoſitum partes cōponit: ſicut compono: quod eſt de cū & pono.

De Siquidem. Cap. xxv.

Siqdē idē qd non ſignificat.

DVntaxat, licet idem ſignificet, quod ſolum:tamen fere ſolet aliter in orationis ſerie diſponi:nec recipere poſt ſe illud:ſed ut ſolum:ut tantũ:ut modo faciunt. Cicero pro Deiotaro. Quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo dũtaxat periculo. & de oratore. Ita loquamur:ut ei tradamus ea dũtaxat, quæ nos uſus docuit. Quin. in.xi. Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſa iuſſerit: leuiter eſt conſurgẽdum:tum componenda toga:uel de integro iniicienda, dũtaxat in iudiciis. apud principem enim, & magiſtratus ac tribunalia, nõ licebit. Paulo poſt. Narratio magis prolatã manum, amictũ, geſtum diſtinctum, uocẽ ſermoni proximam, & tñ acriorem:ſonum ſimplicẽ frequẽtiſſime poſtulabit in his dũtaxat:qualia hęc ſunt. Caius tamẽ, & Paulus præter morẽ hac dictione ſunt uſi. Alter enim ſic ait. Fabros lignarios dicimus, nõ eos dũtaxat : qui ligna dolant:ſed eos, qui ædificarent. Alter ſic. Cum tutor non rebus dũtaxat, ſed etiã moribus præponatur:in primis mercedes pręceptoribus, nõ quas minimas poterit : ſed pro facultate patrimonii, pro facultate natalium conſtituet. Semel quoq; Titus Liuius lib.xlvi. Nec animũ dũtaxat nobis fidelem, & bonum præſtitiſti:ſed omnibus interfuit bellis, quæ geſſiſtis.

Epitome capitis xliii.

ASCEN. Quãdoqdem. Quando. QVANDO quidem & quando accepta pro quoniam reperiuntur frequenter:alterum apud Cice. & Virg. Alterum apud Quint. apud quem & coæuos eius etiam quatenus:aut potius quatinus:in eodem ſignificato reperitur : cum apud Ciceronem ſignificet inquantum.

Quatenus. Quatinus Caper. Exempla patent in textu. Adieci aũt potius quatinus propter hanc Mãcinelli Limam. Aliud eſt quatenus per e:aliud quatinus per i. Vnde Caper grãmaticus ita ſcribit: Quatenus per e, aduerbium eſt: quatinus per i, coniunctio cauſalis:ut ſi dicas: Quatinus hoc ſine plagis nõ facies: En tibi plagas. Quatenus autem aduerbium eſt tpis aut loci. temporis cũ dicis: Quatenus iſtos mores exercebis. Loci cum dicimus: Quatenus ibimus &c. Feſtus quoq; ſic: Quatenus ſignificat qua fine ſicut hactenus hac fine. Quatinus uero qñ &c. Itaq; legendũ eſt illud Quintilia. Sed quatinus luctus noſtri in ius uocantur. Sic quoq; Plinii illud: Et quatinus negatur nobis. Illud idẽ Hora. Quatinus ima petit uoluens aliena uitellus. Quatinus inquam per i. Vnde Iuue. Saty.12. inquit: Quatinus hic non ſunt nec uenales elephan: i. Hæc ille. Quæ uera opinor. Nam compoſitum eſt a qua & tenus : ut ſit uſq; ad quã rem: hoc eſt locum aut tempus:ſicut hactenus ad hunc uſq; locũ: uel ad hoc uſq; tempus.

De qñqdem, & qñ, ac quatenus. Cap.xliii.

Quãdoqdem & qñ ſignificãt quoniam.

QVandoqdem, & qñ:idem ſignificãt: & ſignificant qñ. Cicero, & Virgil. frequentius ſuperiore utunť: Quintilianus poſteriore. Cicero igitur de Oratore. Quæ ſunt in hoĩum uita:qñquidẽ in ea uerſať oratio:atq; ea eſt ei ſubiecta materia:oĩa quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, cognita eſſe debent. Virgilius. Quãdoqdem auſonios non fas contingere portus. Siue quidẽ. Hic tibi fabor enim qñ hæc te cura remorder. Miror q; cur Priſcianus illud Virgilianum, quãdo, pro aliqñ expoſuerit:quod acQuando quoniam cipiẽdum eſt pro qm̃. His ſe, qñ ultima cernũt: Extrema iam in morte parant defendere telis.

Quintilianus. Quãdo igitur orator eſt uir bonus:is autem citra uirtutẽ intelligi nõ poteſt: uirtus etiam, ſi quoſdam impetus ex natura ſumit:tñ perficienda doctrina eſt. mores ante oĩa oratori ſtudiis erunt excolẽdi. Eiuſdem ſignificati eſt quatenus apud ſæculũ dũtaxat Quintiliani. is ita ait. Sed quatenus luctus nr̃i in ius uocantur: & flenti diſputãdum eſt: & orbitati ſuæ mater iraſcitur:ſuperemus quã exorare nõ poſſumus. Et eius diſcipulus Plinius minor.

Quatenus quantum. Et quatenus negať nobis diu uiuere:relinquamus aliqd, quo nos uixiſſe teſtemur. Nam Cicero dixit quatenus ſolũmodo pro inquãtum: Eatenus tantum. ſicut eatenus pro intãtum:ut in Lælio. Videndum eſt quatenus amicitiæ tribuẽdum eſt. Sæculum autẽ Quintiliani a Liuio, Virgilio, Horatio exordior. quorũ ultimus in ſermonibus ſic ait. Surentina uafer qui miſcet fæce falerna: Vina columbino limum bene colligit ouo: Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus.

Epitome capitis.xliiii.

IGITVR & ergo breuioribus adhibenť concluſionibus:quare, q̃obrem, quapropter maioribus niſi ita dicamus. Neſcio quare ſic loqueris: intelligo q̃obrem ſic facias. Igitur quoq; ſæpe ad ſignificandũ coniunctionem partium orationis adhiberi ſolet:ſicut nõnunq̃ licet rarius ergo. ASCEN.

Poniť etiã ergo cũ accentu in penultima pro cã cum grõ: ut Aeneid.6. Illius ergo. Apta ẽt eſt idignationi particula:ut apud Auguſtum: Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mãdare nefas:ergo ibit in ignes &c.

De igr̃, ergo, q̃re, q̃obrẽ, q̃propter. Cax.liiii

Igitur. Ergo. Quare Quãobrẽ Quapp.

IGitur, atq; ergo, breuioribus adhibẽtur concluſionibus : quare, q̃obrem, quapropter, maioribus:niſi ita dicas. neſcio quare ſic loquaris : intelligo quamobrem ſic facias. Illud tamen primum, quod protuli : ſæpe ad ſignificandam coniunctionem partium orationis adhiberi ſolet:& fere poſt aliquam rem interiectam, quaſi in hunc ſenſum. ut autem continuem:aut:ut pergam ad ſequentia. ac ne ſim longus in exemplo, ut ne-

ceſſe foret:afferam breue ex poeta ſumptum. Et certamen erat corydon cũ Tyrſide magnũ. Poſt habui tñ illorum mea ſeria ludo. Alternis igitur cõtendere uerſibus ambo Cœpere. Ergo etſi rarius, tñ nõnunq̃ hoc modo ponitur.

℄ Epitome capitis.xlv.

ASCEN. Adeo.

℄ ADEO interdũ accipit̃ pro ualde: ſed frequẽtius pro i. tantũ: ſicut uſq; adeo & uſq; eo (pro qbus nõnulli tanto uſur pãt) idq; ad ſequẽte ut: aut ſine eo: & iterdũ cũ ſolo uerbo.
℄ Oia in textu exemplis conſtant: quo circa ſupuacaneũ uideri poteſt his breuibus capitibus epitomẽ præpoſuiſſe: non nihil tamẽ iuuerit ſi aut breuius, aut lucidius idem dicat.

PETrus de FON.

℄ ADEO æquocum eſt & habitudo ſuperlatiui primo dr̃ adeo doctiſſimus: hoc eſt ualde doctus. Adeo tñ præpoſitura & ubliquus eſſe dicunt̃: adeo nobis plurima præmia dantur.

℄ De adeo, uſqueadeo, uſq;, & tanto. Ca.xlv.

Adeo pro ualde & i. tantum.

ADeo exponunt pro ualde: ut Terentius. Iuuenem adeo nobilẽ. Significat etiam intãtum, nõnunq̃ ſequẽte ut, nõnunquã non ſequente: ut apud Quintilianum. Cũcta, ſi uidetur, iura pereurrite. nuſq̃ adeo pro nobis ſollicita lex eſt: ut qd̃ præſtat, extorqueat. dedit cæco talionis actionem: nõ manus recuſantis impellit. iniuriarum cædis agere pmiſit: ſed non cogit inuitos. adeo pene leuius eſt ultionem perire, q̃ poteſtatem. genus ſeruitutis eſt coacta libertas. hic eadem ſentẽtia fuerit: ſi dixero. adeo: ut pene leuius ultionem perire, quã poteſtatem. Nam ſæpe hoc modo legimus, adeo, poſitum eum uno uerbo, non cum duobus: quale fuerat exemplum ſuperius: ut apud eundem. At cum protinus reſpõdendum eſt: omnia parari poſſunt: adeo ut paulo minus prõptis etiam noceat ſcripſiſſe: ſi alia ex diuerſo, quã opinati fuerint, occurrerint. Licuiſſet hoc etiam ſic dicere. adeo paulo minus promptis etiam nocet ſcripſiſſe. Idem efficit uſqueadeo, & uſqueeo: ut apud eundem.

Vſq; adeo Vſq; eo

Hinc tumor, et uana de ſe pſuaſio uſqueadeo: ut illo diſcipulorum tumultu inflati, ſi parum a præceptore laudentur: ipſi de illo male ſentiant. Sine ut & per indicatiuum, apud Ciceronem. Ne ſiquando ei dicendum erit de iuſtitia & fide: mutuetur a Platone. qui cũ hæc exprimenda uerbis arbitraretur: nouam quãdam finxit in libris ciuitatem: uſqueeo illa, quæ dicenda de iuſtitia putabat: a uitæ conſuetudine, & ciuitatum moribus abhorrebant. Multi ad hunc ipſum modum uſurpant tanto.

℄ Epitome capitis.xlvi.

ASCEN. Quinetiã

℄ QVIN triſariã accipit̃: primo pro q̃netiã: ſiue atq; etiã: idq; fere cũ idicatiuo. Sc̃do pro ut nõ: uel qui nõ: ſeu quominus: & id cũ ſubiũctiuo. Tertio pro cur nõ: id aũt interrogatiue & cũ indicatiuo. Quin, iterrogat, & qñ fere totum negat.

Alioqui

℄ Videt̃ enim quin cõpoſitum a qui & ne ſeu nõ: q aũtẽ pro quare: aut qũo accipi ſolet. ut Qui fit Mecœnas: hinc p cõpoſitionẽ dr̃ alioqui: qd̃ eſt aliquouis: hoc eſt qũocunq; aliter: aut alia quauis re pro quo uulgo alloquin ſcribunt.

℄ De quin, & quinetiam. Cap.xlvi.

Quin pro q̃netiã ut atq; etiã.

QVin, pro q̃netiã, ſiue atqueetiã. Virg. Quin aſpa Iuno, Quæ mare nũc, terraſq; metu, cælũq; fatigat: Conſilia in melius referet.

Quin pro ut nõ, uel cur non

Quin pro ut nõ ſeu cur nõ: ubi deſiderat̃ utiq; ſubiunctiuũ uerbum: idẽq; nõ pricipale: ut idẽ. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpẽdia tanti: Quin uatẽ inſanã aſpicias? Quin pro cur nõ? ſemp interrogatiue, & per indicatiuũ. Idẽ. Quin tu aliqd ſaltẽ potius, quorũ indiget uſus: Viminibus, molliq; paras detexere iunco? Neſcio qd uiderit Seruius: qui hunc locũ expoſuit q̃netiam. Sed duo priores ſenſus uulgo ſũt noti in carmĩe, & in pſa frequẽtes, & obuii. De tertio affetã ex oratoribus quoq; exẽplũ. Cicero pro Rabirio. Quin cõpeſcitis iſtã uocem, indicẽ ſtultitiæ, teſtẽ prauitatis? Quintilianus in paupere amatore. Quin tu potius admittis iuuenis cõſilii rõnẽ?

℄ Epitome capitis.xlvii.

ASCEN. Secũdum

℄ SECVNdum accipit̃ p iuxta & p poſt: aut ſil̃ p utroq;: interdũ ẽt quaſi pro ſignificat: iterdũ in: ſæpe autẽ in uulgari ſignificato: qd̃ eſt quaſi ſequẽdo auctoritatẽ, aut opinionem.
℄ Sc̃dm enim a ſequẽdo dictũ uolunt: qd̃ aũt ſequit̃ ſolet eẽ iuxta & poſt: ſolet item pdeſſe. Vnde ſcds uentus, & ſm flumẽ nauibus pdeſt: quo circa accipit̃ pro pro. Dicẽdo autem ſm Platonẽ: eſt quaſi ſequendo auctoritatẽ: aut opinionẽ Platonis. Sc̃dm autem aurẽ: non eſt tãtum iuxta aurẽ: ſed iuxta: ſic tñ ut a poſteriore pte: unde addidi: aut ſimul pro utroq;.

℄ De ſecundum. Cap.xlvii.

Sc̃dm p iuxta & poſt.

SEcundum nõnunq̃ pro iuxta, & poſt, Virgilius. Dulcibus illa quidem illecebris aut plena ſecundũ Flumina. Quintil. in pariete palmato. Tu iaces ſm occaſionẽ: & expeditum tibi in proximo facinus eſt. Sulpitius M. Marcellũ poſt cœnæ tps a Magio Cillone, familiari eius, pugione pcuſſum eẽ, & duo uulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alteꝝ in capite ſm aurẽ. Hic iuxta ſignificat. Item qd̃ ab altero ſecundum eſt. i. iuxta eſt: atq; poſt. Ideo ſc̃dm pro poſt accipit̃: quaſi ſc̃do loco. Idem Quintil. in gladiatore.

Sc̃dm p poſt. i. ſecundo loco.

Nam qd̃ unum mihi ſm patrẽ fortuna uidebatur paraſſe pręſidium: id ego ſperare in illa forte nõ poteram. Cicero. Proxime aũt, & ſm deos, hoies hoibus maxime eſſe utiles poſſunt. Idem. Appellat. L. Annium: qui erat inſtitutus ſm filiam. Liuius lib. ix. Hetruſci belli fama exorta eſt. nec erat ea tempeſtate gens alia: cuius ſm gallicos tumultus arma terribiliora eſſent. Secundũ accipit̃ etiam pro eo, quod eſt pro: ut. ſm te litem do: ſm me iudica: ſm ſe iudicium des uult: id eſt pro me, pro te, & pro ſe. Et pro in: ut. ſm quietẽ: id eſt in quiete ſomni. Secundum autem Platonem, ſm Pythagorã, ſenſus hic notiſſimus eſt.

Secũdũ p eo qd̃ eſt pro. Sc̃dm p in.

Epitome capitis.xlviii.

ASCEN. Iam.

IAM elegãter ponit̃ quaſi pro & tunc. Aliqñ aũt eſt quaſi nodus. qdã inter ſnſas: idq; aut ſolum: aut cũ uero. Iamiam de futuro notam habet ſignificationẽ: uidelicet nunc.i.pxime aut ſtatim: interdũ figurate per indignationẽ aut miſerationem ſumit̃: quaſi ſit pcipue iam: ut exempla docent.

PETrus de FON.

IAM cõmuniter pro nũc & tpis præſentis ſignificat determinationem: ut Iam ſol lucet: & ſic dies eſt.

De iam, & iametiam. Cap.xlviii.

Iã p tũc

IAm elegãter uſurpari ſolet aliqñ q̃ſi pro tunc: ut Cicero. Ipſa uerba cõponet & quaſi coagmenta: quod ne Græci quidem factitauerũt. iam neminem antepones Catoni. Quintilianus. Quod ſi ſatis prudẽter ea uiderint: iam prope conſumata fuerint præcipientis opera. Aliqñ præterea ſignificat quaſi nodus qdam inter ſententias: ut Virgilius. Iam maris imenſi prolẽ, & genus omne natãtum, Iam uarias pelagi uolucres. Hmõi exempla ſunt crebra. Idem efficiet iunctum cum uero. Iam uero urbibus conſtitutis: & cætera. Iam iam de futuro palã eſt quid ſignificet: ut: iam iam aderit: & de præſenti: licet ad futurꝜ reſoluat̃. Iam iamq; manu tenet: & premit haſtat quaſi nunc nunc tenebit. Nõnunq̃ figurare per indignationẽ, miſerationẽue accipitur: ut idem Virgilius. Iam iam nec maxima iuno, Nec ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Cicero in Verrẽ. Iam iam Dolobella neq; me tuo, neq; tuorꝜ liberorꝜ, quo te aliqui inocẽtem putant: caſu miſerer. Quintilianus. Iam iam malo uenena, ferrũ, ſubitos ictus, improuiſamq; mortẽ. qui inceſtum non credit: torquere nõ debet: qui credit: ſtatim debet occidere. Et hæc per indignationem. Per miſerationem uero Saluſt. in Iugurthino. Iam iam aĩo meo cariſſime frater, quanq̃ tibi imaturo, & unde minime decuit, uita erepta eſt: tamẽ lætandum magis, q̃ dolẽdum puto caſum tuũ.

Iã pterea.

Iãiã de futuro.

Iãiã per indignationem.

Iamiã per miſerationem.

Per exortationem quoq; ut apud Quintilianum. Iam iam cõmilito quicũq; caſus manet: etiam ſi te imperator damnaturus eſt: habes ſolatium: ſatius eſt, q̃ a patre occidi

Epitome capitis.xlix.

ASCEN. Tãtiſp cũ donec uel dũ elegan ter partẽ ſignat tẽporis.

TANTISPER ſignãs q̃ſi per ntũ tpis hẽt elegãter poſt ſe dũ pro donec: ſeu q̃diu. Donec aũt & dũ bifariã accipiunt̃: uno mõ pro quoad: ſeu uſq; ad. altero p q̃diu: priore mõ ſubiũctiuũ: poſteriore idicatiuũ poſtulãt. Pauliſp aũt nõ paulũ: ſed per paulũ tpis ſignificat: ſicut parꝜ per parꝜ tpis.

De tantiſper, pauliſper, parumper, aliquantiſper, donec, & dum. Cap.xlix.

Tantiſper poſt ſe dũ ſiue q̃diu poſtulat. Donec duobus modis accipt.

TAntiſper fere poſtulat poſt ſe dum, pro donec, ſiue quandiu. Nam & donec duobus modis accipimꝰ. dabo operam uoluptatibus donec moriar: ideſt: uſq; ad mortẽ: &: dabo operã uoluptatibus donec uiuo. i. q̃diu uiuo. Eiuſdẽ naturæ eſt dum. Ideoq; in priore ſenſu amat ſubiunctiuũ: in poſteriore indicatiuũ more donec: ut apud Ciceronem. Deinde eſt in carcerẽ ductus: ut ibi eſſet tantiſper: dum culleus, in quem coniectus deferretur: cõpararetur. Terẽtius. Ego tantiſper te dici uolo meũ: dum id, quod uolo, facis. Sunt tñ, qui pro tantũmõ accipiant: ſunt, qui etiã pro interea. Cæterea quoq; ſic a per cõpoſita ad temporis breuitatem referuntur: parumper, pauliſper, aliquantiſper. Sunt, qui per imperitiam hæc accipiunt pro ſuis primitiuis: quæ ſunt parum, paulum, aliquãtulum.

Pauliſper Parump. Aliquantiſper.

Epitome capitis.l.

ASCEN.

FERE & temere præter notas ſignificationes uniuerſalitatem quãdam etiam citra ſignum uniuerſalitatis connotant: ideoq; cum ſigno uniuerſali non cum particulari poni poſſunt. Non ergo dices fere multos, aut fere aliquos. Temere autem non Ciceronis: ſed Quintiliani temporibus in hũc uſum uenit: ſicut alia multa in textu enumerata.

De fere, & temere. Cap.l.

Fere paulũ obfuit.

FEre ſignificationem habet non omnibus notam: niſi quando ſignificat pene: cuius ſignificatio eſt: paulũ abfuit quin: ut. pene, ſiue fere in manus hoſtium incidi: ideſt: paulum abfuit, quin in manibus hoſtium inciderem. Altera ſignificatio eſt: cum intelligitur aliqua uniuerſalitas. ut Quintilianus. Hæ feræ ſunt emendatæ loquendi, ſcribendiq; partes: ideſt: fere oẽs: ideoq; illud omnes adiungitur: ut idem. Nam in omnibus fere minus ualent præcepta, q̃ experimenta. Simil'r omni fere tempore de loco, ſimilibuſq;: ut. fere utor hac ueſte in faciendis ſacris: ideſt: omni fere tempore. fere Romani orbem ſubegerunt: ideſt fere totum orbem: fere fit ut iuuenes amẽt: fere: ideſt ubiq;. Cuius ſignificationis imperiti corruperunt illud Ciceronis de amicitia. Memini illum in eum ſermonem incidere: qui tum fere multis erat in ore. Cũ ſcribendum ſit: qui tum fere erat in ore: ideſt fere omnibus. Pro fere accipitur temere apud omnes poſt Ciceronem natos: ut Quintilianus. Illud ingeniorum uelut præcox genus nõ temere unq̃ peruenit ad frugem. Sunt enim quædam, quæ ſequens, ac proximum M. Tullii ſæculũ adiungenda exiſtimauit: ut proculdubio, obiter, uel ſpecialiter, tali cauſa, quotiens, pro quando. Nam Cicero fere nunquam utitur: niſi addat totiens. citra pro ſine: ut ibi. Pluſq;, ſi ſperes, uſus ſine doctrina, quã citra uſum doctrina ualeat. Interim pro aliquando, meo nomine, tuo nomine, hoc nomine, pro mea, tua, hac cauſa: ſiue hoc reſpectu: ut. ibi. Minus eſt, quod fiendum meo nomine. quã quod illius gaudendum eſt. Et alibi. Ago quinimmo gratias hoc ſolo nomine crudeliſſimis fatis

Temere.

Obiter & ſpãliter.

Citra p ſine.

Interim p aliquãdo.

quod maximum facinus non in prima æui mei parte poſuerunt. Cicero rariſſime: ut in Bruto. At uero, inquam, tibi ego Brute non ſoluam: niſi prius a te cauero: amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum. Et pro Sylla. An cum tanto imperio, tantaq; poteſtate non dicis fuiſſe regem: nunc priuatum regnare dicis quo tandem nomine. Sed hoc declinabile eſt. Nunc de indiclinabilibus agimus: q̃lia & hæc ſunt: alioquin, alias, nihilominus, ſuper, & ſupra, diuerſius aliquantulum a Ciceronis uſu, de qua differentia in commentariis a me in huius orationes, illius declamationes, componendis differetur.

ASCEN. Super Supra Perinde Proinde Subinde

¶ Epitome capitis. li.

¶ PERINDE ſequente ac ſi uel atq; ſi: aut q̃ negatione præcedente: uenuſte ponitur pro ita: ſeu eo modo: aut non aliter: ſed ſine huiuſmodi particula & ſine negatione accipitur pro æque. Non perinde. i. non ita uel non multum. Proinde autem eſt ideo uel ideoq;: a Lucretio tamen accipitur pro perinde. Subinde accipitur aliquando proinde uel deinde aut ſtatim: & pro identidem ſiue frequẽter cum quodam interuallo. Item & itidem ſignificant ſimiliter. Num unde num quando componitur ſignificat quaſi an: ſed negatiuam præſupponitur reſponſionem: ubi non affirmatiuam exigat quæ ſit per etiam: ſic: & ita.

¶ De perinde, proinde, ſubinde, identidem, item unum de reſponſiuis. Capi. li.

Perinde poſt flagitat ac ſi. Perinde pro æque. Proinde pro ideo uel ideoq;. Subinde deinde uel ſtatim

PErinde flagitat poſt ſe, ac ſi, uel atq; ſi: cum ſignificatio eius ſit ita. ut. fac perinde, ac ſi tua res eſſet: i. quaſi. Cũ negatione uero etiam quam, ut Suetonius de uita Domitiani. Nulla tamen re perinde motus, quam reſponſo caſu Aſchitarionis mathematici. Quod ſi non ſequatur nec ac ſi, nec negatio: accipietur pro æque: ut Plinius iunior. Funus Ruffi clariſſimi uiri, & perinde feliciſſimi: Pro ita: ideſt, multum. ut idem Suetonius de uita Galbæ. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Proinde idem eſt, quod ideo, uel potius ideoq;. Semper enim dependet a ſuperiore ſentẽtia. Quidam, quorum eſt Lucretius: accipiũt proinde in eam ſignificationem, quam dedimus perinde: ubi proinde duas ſyllabas habere facit. Subinde accipitur pro inde uel deinde ſtatim. ut. T. Liuius li. viii. Subinde acceptus a P. Munitorio Spurius Oppius. Et Horatius ad Celſum. Si dicet recte: primum gaudere, ſubinde. Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Etiam pro identidem, ſiue frequenter cum quodam interuallo: ut ſi iter faciens crebro ad comitem reſpiciam an me ſequi poſſet: dicam ſubinde reſpicio. Cicero autem diceret identidem. nam ſubinde uti non ſolet: ne æquales quidem eius, Varro, Saluſtius, Cæſar: licet illi utantur nouiſſime pro ultimo: multiq; alii: quod Cicero non facit. Itidem, & item ſignificãt id, quod ſimiliter. Hæc omnia ab inde compoſita Priſcianus, multiq; alii pronunciari uolunt accentu in antepenultima: qualia ſunt (ut eidem placet) compoſita a quando, aliquando, ſiquando, nequando, nunquando. eſt enim hoc ultimum & ipſum compoſitum: ideoque per n in tertia litera ſcribendum, non per m: pro eo, quod eſt, num aliquando. Eſt autem huius monoſyllabæ ſignificatio pene eadẽ, quæ an: ſubintelligitq; utiq; negationem: ut. Num ego te ſpoliaui? quaſi dicat. ego non ſpoliaui. At quotiens per negationem interrogamus: ſubintelligitur affirmatio: ut: nõ ego te ſpoliaui? quaſi dicat. ego te ſpoliaui. Affirmatiua autem reſponſio hæc propria eſt etiam: ut. uidiſti me hodie? ſi uidi te: reſpondere debeo. etiam, uel, ſic. Plinius ad Tacitum. Studes inquam? Reſpõdet. etiam. Vbi eſt? Mediolani? Vulgo autem reſpõdemus. ita, neq; hoc ſine auctoritate. Simo apud Ter. dicenti Dauo Mihine? reſpõdit. ita.

Itidẽ idẽt dẽ p ſimiliter. Item Quãdo nequãdo aliquãdo Num Interrogatio ac reſponſio quo fieri debeat

¶ Epitome capitis. lii.

¶ NVNC uſurpari ſolet ſine ſignificatione temporis certi: ut non ſit hoc tempore: ſed quaſi in hac conditione ſeu qualitate.

ASCEN. Nũc confunditur apud grãmaticos

¶ De Nunc. Cap. lii.

Nunc ſine ſignificatiõe tẽporis ſolet e uſurpari

NVnc ſolet uſurpari ſine ſignificatione temporis: ut de Diuinatiõe Cic. Quæ quidem multo plura euenirẽt ſi ad quietem integri iremus: nũc onuſti cibo: & uino confuſa: & perturbata cernimus. Et de oratore. Et ſi in huiuſmodi genere nihil eſſet, niſi falſum, atq; imitatiõe ſimulatum: maior ars aliqua eſſet requirenda: nunc ego q̃d dicã? Et in eodem. Nam ſi ita diceres: Et cætera: Nunc uero fateris: Et cætera.

¶ Epitome capitis. liii.

¶ BENE & male accipiuntur pro ualde: ſed male potiſſimum de re quæ malũ affert: ſicut & peſſime & peius: ſed peius gaudet iungi uerbo odi: cui etiam male ſic iunctum legitur. ¶ Dicitur ergo quis bene miſer. i. multum etiam cum pernicie. ſed male gratus negationem affert: cum gratitudo non contingat cum malo. Male cautus autẽ dici poteſt multũ cautus: ſed in malũ alterius. Ouid. Græcia facundũ: ſed male fortegenus: i. nõ forte: quod particula exceptiua ſpecificat. ¶ QVA litatiua aduerbia bene male dicuntur: læte gaudẽter ſimilia appellanẽ: quia abundãtiã cõnotationis requirũt.

ASCEN. ſed apud philoſophũ nõ quæ eſt illud laſtans qđ ẽ nunc PETrus de FON.

¶ De bene, male, peius, peſſime. Capi. liii.

Bene pro ualde

BEne nõnunquam p ualde: ut Cicero. Habetis orationem bene longam. Quintiliãus. Cũ multa diſerte, ſummiſq; clamoribus, quæ neq; ad iudicem, neq; ad litigatorẽ pertinent: decãtauerũt: bene ſudantes, beneq; comitati per forum reducuntur. Huic ſimile quiddã habet male. Vt Comici frequẽter. Male mihi timeo. p eo, q̃d ualde timeo. Cicero in Bruto. Addebat etiã

Male pro ualde

idq; ad rem pertinere credebat: ſcriptores illos male mulctatos: Ideſt ualde, & q̃ſi bene mulctatos: ſed in malum ipſorum. Ideoq; non bene dixit mulctatos, ſed male. Neq; id ſolū in poſitiuo aduerbio: ſed in ſuperlatiuo quoq; ut: peſſime mulctatos: atq; adeo ĩ cõparatiuo: ſed frequentius cum uerbo odi. ut idẽ in Philippicis.

Peſſime cū uerbo Odi
Peius, q̃ſi magis & ualidius

Quo neminem ueterani peius oderunt. Peius, quaſi magis, & ualidius. Idem ad Mariū. Oderam multo peius, q̃ illum ipſum Clodiū. illū enim oppugnauerá: hunc defenderá. Nec tantum p̱ comparatiuum cū hoc uerbo: uerum etiam p̱ poſitiuū. ut Terentius in Adelphis. Illud rus nulla alia cauſa tam male odi: niſi quia prope eſt. Tam male, pro eo, quod eſt tam ualde. Per aliud autem uerbū: ut Ouidius Heroidum. Peius adulterio turpis adulter obeſt.

℃Epitome capitis.liiii.

ASCEN.
Super
Supra

℃SVPER ſignificat fere rem contiguam: ſupra fere interiecto ſpacio diſtantem. Intra ad numerum & ſpacium refert̃ habetq; pro relatiuo extra. Infra ad dignitatẽ uel ad locum: & habet pro correlatiuo ſupra. Super autem hʒ pro correlatiuo ſubter quod etiam contactum rei ſignificat. Non ergo dicemus infra octauam Petri: ſed intra. Nec faciam ĩfra octo dies: ſed intra: aut octo diebus efficiam. Regunt autem nunc ſuper & ſubter actū: ſed olim erant comunes præpoſitiones. unde Maro in Bucco. Fronde ſuper uiridi. Et in Aenei. Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus. Perſius autem dixit: Et ilia ſubter Cæcum uulnus habes. Vrinator dicitur: qui ſe aquis immergit: atq; dum uult emergit natando.

Vrinator quid ſit
Sicut

℃De ſup: ſupra: intra: infra: ſubter. Capi. liiii.

Sup & ſupra quo differant.

SVper, & ſupra, licet in eodẽ loco ſedere poſſint: tamẽ in hoc plerūq; differunt: quod illud cõtiguum eſt: hoc interiecto ſpacio: ut: ſedeo ſuper lapidem: magis, q̃ ſupra lapidẽ. Rurſus. aquila uolat: uel: nubes pendent ſupra nos: magis, quã ſuper nos. Nõ tamen ſic ſemper. ut apud Quintilianum. Nec ulla eſt ſupra terras adeo rabioſa bælua: cui non imago ſua ſancta ſit. Et Liuiū li. xlviii. Vbi circa muros ſupra, ſubterq; terrá per dies xv. pugnatū. Intra, & infra differũt: q̃d intra ad numerum, & ſpaciū refert̃: ut: intra xx. dies, & intra muros: nõ autem infra xx. dies, uel infra muros: infra ad dignitatẽ, & ad locum: ut: infra dignitatem meá eſt: & infra tectum: ideſt ſubter tectū. Deniq; intra habet relatiuum extra: infra uero ſupra. Subter quoq; relatiuū habet ſuper: ideoq; tactū rei fere ſignificat: ut: hic urinator mirifice natat: duratq; ſubter aquam.

Intra ĩfra q̃ uo differant
Extra ſupra
Subter ſuper

℃Epitome capitis.lv.

℃SICVT ſignificans idem quod quemadmodū: aut quomodo: uenuſtatẽ habet in connectenda antecedenti ſentẽtia cum ſequenti: ſicut & ipſa quibus æquipollet, poni ſolẽt. Copulat ẽt res nõ ſolū ſimiles ſed diſſimiles: quã uim ẽt & quidẽ frequentius: ut habet ſequente. præſertim ita quod ab itaq; differt: id quod ſicq;: quia ſimplicia præpoſitiui ſunt ordinis compoſita communis Accipitur etiam ita pro ualde.

℃Horum autem omnium exempla in textu clariſſima ſunt ſine quibus difficulter rem intellexeris.

℃De ſicut, ita, itaq;, & ſic. Capi. lv.

Sicut uenuſtatẽ habere magná in diſponendo

SIcut habet nõnunq̃ uenuſtatem magnam, atq; utilitatem in diſponẽdo: quotiens antecedentẽ annectit cū ſequente ſententia. ut apud Quintilianum. Sunt & alia ingenita q̃dẽ, quæ adiuuant: uox, latus patiens laboris, ualitudo, conſtantia, decor: quæ ſi modica obtigerunt: poſſunt ratione ampliari. ſed nõnunquam ita deſunt: ut bona etiá ingenii, ſtudiaq; corrumpant: ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito: ſtudio p̱tinaci ſcribendi, legendi, dicendi, multa & cõtinua exercitatione p̱ ſe nihil proſunt. Plinius li. xvii. Ferũt Craſſum auum Craſſi in Parthis interẽpti nunquam riſiſſe: ob id agelaſtū uocatum: ſicut nec fleſſe multos. Seruius grãmaticus hac dictiõe & bene, & frequenter utitur. poſſumus eodem modo, quo ſicut, uſurpare duo alia: quẽadmodum, & quomodo: aut ſiq̃d aliud eſt eiuſdẽ naturæ. Habet & aliam naturá ſicut: ut nõ modo res ſimiles copulet: quod eſt frequẽtiſſimū: ſed diuerſas quoq;, & ſæpe cõtrarias. ut idẽ Quintilianus. Sed hæc eloquendi p̱cepta ſicut cognitioni ſunt neceſſaria: ita nõ ſatis ad uim dicẽdi ualent: niſi illis quædam facilitas, quæ apud Græcos lexis nominatur: acceſſerit. Quod licet dicere ẽt per ut: & quidẽ frequentius: ut idẽ.

Agelaſtus qui nunq̃ ridet
Quemadmodum
Quomodo

Quod ut optimū: ita longe difficillimum. Sed in tali genere ſermonis boná ſibi partem uẽdicat illud ita. de quo hoc ẽt addam: quod nõnunquam accipit̃ pro itaq;: ſed hac differentia: ut nõnunquá ipſum antecedat in eadẽ ſententia altera dictio. Cicero in Tuſculanis. Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ, & olim potẽtiſſima ſepulchrū, cuius ſui ignoraſſent: niſi ab homine Arpinate didiciſſent. Poſſemus p̱ itaq; ſic dicere, itaq; ciuitas: uel: ciuitas itaq;. eodem modo, quo ſic p̱ ſicq;. Quintiliãus. Vbi de adoleſcẽte in opere duro, ac uirili ſe exercente dixiſſet: intulit. ſic effectū eſt ut (quemadmodum aliqui putant) poſſet cito militare. Accipitur etiá ita pro ualde: ut Cicero. Nec ita multo poſt edictum Bruti affertur, & Caſſii. Quintilianus. Nec res eſt ita magni temporis, ac laboris.

Itaq; q̃uo utamur
Itaq;
Itaq; pro ualde

℃Epitome capitis. lvi.

ASCEN.
Nam

℃NAM etiam præpoſitiui eſt ordinis: namq; communis Nam quod idem eſt quod ꝙ uero: uel ꝙ autem: cauſam reddit & pro quia accipitur.

℃Dices ergo. Nã hoc licitū eſt: uel namq; hoc licitū. Itẽ hoc nãq; licitū eſt: uel hoc licitū eſt nãq;: ſed nõ hoc nã licitū eſt.

℃De nam, & namq;, namquod, quod autem, quod uero. Capi. lvi.

Nã namq; q̃uo iaceãt
Nã p̱ aũt

NAm, & nãq; q̃ddam ſimile habẽt, q̃d ita, & itaq;: quippe cū nãq; ſoleat & primum locū ſortiri, & ſecundū: ali/

quando etiã tertium. Nam nõ ſolet: ſed prima ſemper eſt dictionũ. Præterea hoc aliquãdo ac cipitur pro aũt ad diſtinctionem ſententiaR. ut

Nam q̃

in Sal. Cicero. Nam quod in uxorẽ, atq; filiã meã tam petulãter inuectus es. Idem ualet: ac ſi dixiſſet: quod autẽ in uxorẽ: ſiue quod uero.

Q. d autẽ

ueluti ſæpe incipere ſolemus: ut idẽ. Quod autem ſcribis: quid de exitu belli ſentiã: magis

Q. d uero

conſiliũ petere poſſum: q̃ ipſe aliis dare. Idem de oratore li. i. Quod uero uiros bonos iure ci uili fieri putas: quia legibus & p̃mia præpoſita ſint uirtutibus, & ſupplicia uitiis: eqdẽ putabã uirtutẽ hoĩbus, ſi modo traditiõe poſſit iſtituẽdo, & pſuadẽdo nõ minus, q̃ ui, ac metu tradi.

Epitome capitis. lvii.

ASCEN. Iterum

ITERVM aliquando ad primam uicem ſpectat: ſicut quædam compoſita a te nullam iterationem importans: & rurſus pro e contrario. Ante hac proprie eſt ante hoc tempus: & poſt hac poſt hoc tempus: tamen ante hac interdum accipitur pro ante illud tempus. & poſt hac pro poſt illud tẽpus. Sicut deinceps proprie eſt deinde aut dehinc: ſed accipitur aliquando pro gradatim.

In illo tamen Virgiliano vi. Aeneid. Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti. Non uidetur cur. iterum non ſignificet rurſus: quia opinabantur plurimi animas purgatorũ aut perfectorum hinc migrare ad Elyſios campos: atq; expleto tẽpore fruitionis gaudii uirtutibus debiti: iterũ hauſto lethæo flumine in corpora uelle reuerti: atq; reuera redire. Non tamen inficias eo Re trifariã accipi. Interdum iteratiue ut Itq; reditq; uiam toties. Interdum pro ſimplici: ut Ad Chryſippi laqueos reuertamur. Interdũ pro contrario ſimplicis ut quãdo compõitur cum uerbo ad clauſuram aut occultationem pertinente. Vnde claudo & recludo: ſero & reſero: uelo & reuelo: texo & retexo: tego & retego contraria ſunt. Reuincio tamen ſere auget: & reſciſco aliud dicit.

Re

De iterum, ante hac, poſthac, deinceps, rurſus. Capi. lvii.

Iteq; ẽt ad primam uicem
Ante hic
poſt hac

ITerum refertur ẽt ad primã uicẽ, non tãtum ad poſteriorẽ. Nam iteR uocat: ideſt iterata uice, uſitatũ ẽ iterũ uocaui te, p̃ter hanc uicẽ: minus eſt uſitatum. Cicero p lege manilia. Cũ tantam multitudinẽ cum tanto ſtudio uideamus: quantam non iteR in eodẽ hoĩe p̃ficiendo uidimus. Antehac, & poſthac huic ſimilia ſunt: hoc ẽ ante hoc, uel poſt hoc tẽpus. Aliquando tamen repe rimus ante illud, uel poſt illud tẽpus. Saluſtius.

Sic erat accenſa libidine: ut ſæpius peteret uiros, q̃ peteref. ſed ea ſæpe antehac fidẽ prodiderat: creditũ obiurauerat. Suetõius in Domitiani uita. Pari arrogãtia cũ procuratoR ſuorũ nomine formalẽ dictaret epiſtolam: ſic cœpit. Dominus, & deus noſter ſic iubet fieri. unde in ſtitutũ poſthac: ut ne ſcripto qdem, ac ſermone cuiuſquã appellaref aliter. Similiter deinceps

Deinceps
Pro d hic
Pro deide

accipiẽ pro dehinc, & pro deinde, atq; etiã pro gradatim. Cicero in tuſculanis. Omnes, qui deinceps accubarẽt: ad lirã canerẽt. Et ad Terentium. Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, promptos, nõ indiſertos te nolo habere iratos: quos uideo deinceps tribunos plebis p triẽnium fore. Sed redeamus ad iteR: qd aliqud nouitatis exhibet: cũ dicif. Iterumq; ad tarda

Iterum

reuerti Corpora. Quomodo iteR? nunquid ſe mel antea redierant: minime? qd ergo? aut acci piendũ eſt quomodo rurſus pro cõtrario. Cicero Officiorũ iii. Neq; me doloribus dedidi: quibus eſſem cõfectus: niſi reſtitiſſem: nec rurſus indignis homine docto uoluptatibus: aut re uerti, redireq; prouenire. ut idẽ de fato. Ad Cryſippi laqueos reuertamur. Cum nihil de Cryſippo meminiſſet. Quintilianus. Si ueR ẽ poſt uetuſta ſæcula, & innumerabiles annos redi, rurſus aliis corporibus aĩas: fortaſſe in me renatus ſit aliquis ex illis. Reddi, quaſi dari. nã idem hoc uerbũ efficeret. Et alibi. Sed ad illos iã perfectis, cõſtitutiſq; uiribus reuertamur. quod in cœnis grandibus ſæpe facimus: ut, cũ optimis ſatiati ſumus: uarietas tamẽ nobis ex uilioribus grata ſit. Non ait reuertendum ad uiliores libros: quaſi ab his incipiẽdũ ſit: ſed cum ſatiati fuerimus bonis libris, tanquam cibis: poſtea ad uiliores reuertamur.

Epitome capitis. lviii.

ASCEN. Vltro citro utram uis ptem ſignificat: huc illuc uero ambiguam

VLTRO & citro ſignificãt quaſi hincinde: ſeu ex utraq; pte pgrediendo: & redeundo certo ordine: & tã uerbis q̃ factis attribuunf. Huc illuc ſignificat modo in hãc modo in il lã ptem ſine ordine. Surſum & deorſum a Terẽtio quaſi pro huc & illuc dicunf: ſed ad ſitũ Atheniẽſem reſpexit: unde locũ habent in his q̃ ſurſum & deorſum ſunt. Vltro ẽ quaſi nõ requiſitus ultra: uidelicet ſpem aut opinionẽ eius cui aliquid fit. Sponte. i. proprio nutu aut natura eius qui facit.

Reſpicit igif ultro alum eius cui fit: ſponte facientis. Virg. in Buco. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amintas: ultro ideſt nõ reqſitus a me. Idẽ Geor. ii. Sponte ſua q̃ ſe tollunt in luminis auras Infœcunda quidem: ſed læta & fortia ſurgunt. Quippe ſolo natura ſubeſt. Verba habentur ultro & citro inter loquentem & reſpondentem. Fortuna agit ſurſum & deorſum in ſe confidentes. Procellæ autem naues &c. Grex paſcitur huc illuc oberrando &c.

De ultro, citroq;, huc, & illuc, ſurſum, & deorſum, ultro, & ſponte. Capi. lviii.

Vltro
Citro

VLtro, citroque in factis, & in dictis. Quint. in cæco. In limine iuuenis ſi cut ſolet ultro citroq; cõmeare. Ci. vi. de republica. Multiſq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis cõſumptus ẽ dies.

Cũ ego te alloquor: tunc uerba ultro, quaſi ul tra euntia: cũ te alloquẽtẽ audio: tũc uerba citro, quaſi citra uenientia: ſicut pedes, cũ a loco receſſit: tũc ultro eunt: cũ redeunt: tunc citro. nec eleganter: huc & illuc cõmeabat: niſi errabũdum & incertũ iter ſignifices. Quidã tamẽ ſurſum, & deorſum utunf, opinor imitantes Terẽtium: qui i Eunucho ait. Sex ego te totos Parmeno hos menſes qetũ reddã: ne ſurſum deor-

Huc illuc
Surſum
deorſum

ſum curſites. Neſcio an de Athenis hoc dictũ ſit: cuius portus in imo, urbs uero in elatiori loco ſita eſt. Forte ſic loqui deceat per ſurſum, deorſumqꝫ: & ſi de fortunæ mutabilitate dicatur: quæ nunc tollit: nunc deprimit. Vltro tamẽ a ſponte ſic uidetur (ut breuiter dicã) differre: quod ultro eſt quaſi ſine requiſitione: ut. ultro ad te ueni: ideſt a te non requiſitus ueni: ſponte ad te ueni: ideſt: meo conſilio. Ad res inanimatas transferimus: ut. multæ arbores ſua ſponte naſcuntur: ideſt: per ſe.

Vltro & Sponte quõ differant

ℭEpitome capitis. lix.

ASCEN. Et etqꝫ.

ℭET etqꝫ eleganter ponuntur pro quia ſeu namqꝫ. Geminanť qꝫ uenuſte in rebus diuerſis & paribus ſeu eiuſdem ponderis. Quõ nec & neqꝫ: neu & neue: ſeu & ſiue geminari ſolẽt. Et quoqꝫ initiis ſententiarum cõpetit ſicut ac & atqꝫ. Interdũ affectui ſeruit ſignificans quaſi: & tamen aut & nihilominus. Interdum neqꝫ copulã neqꝫ affectum ſignificat. ſed ſtuporem eius quod inferť quo modo etiamqꝫ & atqꝫ ꝑcedente: id: aut hoc: locũ habent: idqꝫ (ut exẽplũ ponam) affirmatiue. negatiue aũt. neqꝫ hoc ſeu neqꝫ ideo. Notum autẽ qꝫ qꝫ pro: & quoqꝫ pro etiã accipi debeant: ita utqꝫ quaſi mẽbra unius corporis coniungat: quoqꝫ quaſi diuerſa corpora. Et uero pro etiam apud Ciceronẽ nuſq̃ reperitur: ſicut apud ſequentes eũ Similiter nec pro ne qdem aut nec ẽt: ſicut apud Quintiliani ſæculum. Confunduntť interdum & et nec: ita ut ab: & incipientes per nec finiamus aut econuerſo. Idem autẽ iudicium eſt de neqꝫ quod de nec: in quorũ utroqꝫ includitur: & aut qꝫ cũ negatione ut ſint: & non: uel qꝫ non. Veruntamen nec enim: aut neqꝫ enim: & nec uero ſeu neqꝫ uero ꝓ ſimplici negatiõe accipiunť: ut nec & neqꝫ ualeant tantum non niſi & addatur ad eum: dicendo non etenim.

q; & quoqꝫ

ℭExempla omnia ſunt in textu clariſſima: ut Audieras & fama fuit: hoc eſt ideo audieras: quia fama fuit ortuſqꝫ noſtri quia ortus noſtri &c. Sic quidam exponunt illud: Benedicta tu in mulieribus: & benedictus: ideſt quia benedictus fructus &c. Geminanť in rebus paribus: quia ſi diſparitas eſſet minor: aut minime ꝓponeremus cũ ꝑticulã: ſic ergo pariter Theologus es & orator dicam: Excellẽs & theologus & orator. Sin minus theologus dicam: Excellens cum theologus tum orator. Male quidam uſurpant quoqꝫ ꝓ &: nã pro ẽt capi debet: ita ut corpora cõnectat: qđ ut intelligas exẽplo declaremus. Joan. & Petrus cucurrerunt ad monumẽtũ: una eſt oῥo cuius duo mẽbra: hoc eſt cathegorica de copulato ſubiecto. Nõ ſolus Ioannes cito ad monumentum uenit: nam Petrus quoqꝫ cucurrerat: cõnectuntur corpora. i. duæ cathegoricæ uirtualiter ad uerificandã hanc. Petrus quoqꝫ cucurrerat præſupponitur hæc. Ioannes cucurret, monumentum.

Salutationis expoſitio

Not. orationẽ de copulato ſubiecto

ℭ De &, ac, qꝫ, cum ſuis cõpoſitis. Capi. lix.

Et multifariam ſumi

ET multifariã ſolet in uſu accipi: cuius conditionis eſt, qꝫ: & ab eis cõpoſita negatiua, neqꝫ, &, per apocopẽ, nec. Virgilius. Audieras: & fama fuit. Martialis. Quod nũmos cernis mitti nos: credis amicæ: falleris: & nũmos iſta tabella rogat. Quintilianus. Has primũ audiet puer: harũ uerba effingere imitando conabiť. & natura tenaciſſimi ſumus eoꝝ, quæ rudibus annis ꝑcepimus. & pro quia accipiendũ eſt. Ouidius in faſtis. Nil aliud Veſtã, q̃ puram intellige flammam. Nataqꝫ de flamma corpora nulla uides. que pro quia, ſiue nanqꝫ. Similiter Cicero. Nõ ſolum nobis nati ſumus: ortuſqꝫ noſtri partẽ ſibi patria uendicat: partẽ amici. Duplicanť interdum hæ coniũctiones: ſed in rebus diuerſis uenuſtius: ut. te admiranť & ciues, & hoſpites. Virgilius. O qui res hominũqꝫ, deumqꝫ: i. o qui res & hoium, & deoꝝ. Sal. in Iugurthino. Seqꝫ uobiſqꝫ dignũ eſt: i. & ſe, & uobis dignũ eſt. Rarum tamẽ in proſa: in carmine uero frequẽtius. Quintilianus. Nihil ocioſum pati: quodqꝫ in inuentione, qđqꝫ in elocutiõe annotandũ erit. Quare đ nec, & de neqꝫ & de ſiue, ſimilibuſqꝫ, quotiẽs geminanť: cũ facilia inuẽtu ſint, omitto exẽpla. Et quoqꝫ initiis ſententiaꝝ competit. ut idem li. i. Et finitæ qdẽ ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio polliceť. Eiuſdẽ naturæ eſt ac, & atqꝫ. Cicero. Ac ſi uolumus eius rei, q̃ uocatur eloquentia: ſiue artis, ſiue ſtudii, ſiue exercitationis cuiuſdã a natura profectæ conſiderare principiũ & cætera. Idem. Atqꝫ cæteri imperatores, q de illo triumpharunt. & cætera. Interdum etiã & affectui ſeruit. ut idẽ pro Millone. Et ſunt, q de uia Apia loquanť. taceãt de curia. Et in Philippicis. Et ad eũ legatos de pace mittemus: q pacis nũcios repudiauit. Idem.

Q đqꝫ geminatum

Q đ cũ q bus cõponatur

Ac atqꝫ

Et poſtea miramur quãte moleſte ferat po. romanus. Interdũ neqꝫ copulam, neqꝫ affectũ ſignificat: ut ſi hoc modo loquar. Superaui eũ in palæſtra: & eſt tã uaſtus: uel & ſum tã puſillus. Vt idẽ de ſenectute. Defendi legem Voconiã magna uoce, boniſqꝫ lateribus. & uidetis annos meos. ac ſi dixiſſet. defendi legem Voconiam iuuenili uoce, atqꝫ lateribus: & ſum ita ſenex. Interdum etiã tali modo. Defendi fortiſſime illã legem: & hoc in tã prouecta ætate: uel & id in tam prouecta ætate: uel per qꝫ, ſiue per atqꝫ, ſic. idqꝫ in tã prouecta ætate, repudiaui uxorẽ: idqꝫ auctore patre eius: uel atqꝫ id auctore patre eius. Item ꝑ negatiõem, duxi Paulã uxorẽ: neqꝫ hoc, uel neqꝫ id ſine prudẽtiũ hoium auctoritate: uel, nec id ſine cõſilio: uel, & hoc non ſine cõſilio. Quæ exẽpla et mihi te latu lõgiora ſunt: & legẽtibus (ut ſupra dixi) facilia iuẽtu. Illđ nõ idiget admõitioneqꝫ: ꝓ &, quoqꝫ ꝓ ẽt debeť accipi: ut alteꝝ quaſi membra cũ mẽbris, alteꝝ quaſi corpora cum corporibus copulet: aliter abſurdum eſſet. Hoc admonendũ eſt: &, pro etiã apud Ciceronẽ nuſquã reperiri: ſicut in cæteris illo poſterioribus: ut a Virgilio incipiamus: ut. Natus & ipſe dea. Quintilianus tamẽ. Siquid aduerſus te ipſe cõmiſit adoleſcẽs: ſit hoſtis & meus. Cicero dixiſſet. ſit hoſtis etiã meus: uel, meus quoqꝫ. Idẽ inquit. Quod inter omnes cõſtat: niſi inter eos, qui ipſi quoqꝫ inſaniunt inſaniſſimum. Quintilianus, ideſt, ſæculũ ab illo proxi

Et iterdũ affectui ſeruire

Neqꝫ

Et ꝓ etiã

mum dixiſſet cũ illo modo, tum etiã ſic. niſi inter eos q & ipſi inſaniunt. Simili ratione de nec, pro nec etiã: ut idem. Perſolui gratia non poteeſt nec malo patri. Cicero, & ſuperiores omnes tantũ, dixiſſet. perſolui gratia non poteſt ne malo qdem patri. Interdum miſcemus &, atq;, nec, nunc ab hoc, nunc ab illo principium ſumentes: ut. & pacẽ reſpuis: nec bellum geris: uel: nec bellũ geris: & tamen reſpuis pacẽ: uel ſic: & pacem nõ uis: nec tamen bellũ geris: uel: & pacem nõ uis: & bellum gerere nõ potes. Nam in nec, ſiue in neq; (de utroq; enim loquor) incluſa eſt &, uel que: quæ reſolui poteſt: & ubi ẽ nec, uel neq;, id reſoluet per non, uel que non. Poetæ etiã maiorem in his ſibi licentiã permittunt.

Nec neq; qũo reſoluantur

Nec, & neq;, ſequente enim, aut uero, pro ſimplici, nõ pro compoſita negatione accipiuntur. ſi qdẽ idẽ eſt nec enim, ſiue neq; enim, qđ nõ. n. niſi ita reſoluimus: non & enim neq; uero, idẽ, quod non uero: ſi modo non uero dicere licet.

℄ Epitome capitis. lx.

ASCEN. Viciſſim

℄ VICISSIM ſignificat proprie ſecundo loco ſiue ediuerſo uel econtrario: & inuicem in uices ſeu per uices: tamen accipiuntur interdum pro mutuo dum non per uices. ſed ſimul alter alteri beneficium ſeu officium impendimus. Inuicem præterea pro uiciſſim interdum accipitur.

Inuicem Perotus

℄ Exempla patent in textu. Perotus aũt prætendit inuicem amare nõ eſſe idẽ q mutuo: quia q mutuo amant alter alterũ amant: q inuicẽ aut uiciſſim nõ ſimul: ſed p uices ſic: ut dũ alter amat: alter deſignat amare: & ecõuerſo: ſed dũ dicit Quin. inuicẽ ſuſtinẽtes: & inuicẽ innixos intelligit ſimul & mutuo pręſtare obſequm. Mutuo aũt quid ſit dum per officium aut obſequium par pari refertur: & ſibi mutuo reſpondetur.

℄ De uiciſſim, inuicẽ, mutuo. Cap. lx.

Viciſſim e diuerſo ſiue contrario

VIciſſim, nõ memor ſum uſq̃ eſſe apud Ciceronẽ, ac Quintilianum, & fere maximos quoſq; auctores, niſi pro ſecundo loco, ſiue e diuerſo, uel e contrario. Virgilius tãtum ſemel, neq; id apte, uidetur uſus pro inuicem & mutuo. Quid poſſit uterq; uiciſſim: Experiamur. Quđ imitatus ẽ Suetonius: & alii plures. Cicero ſemper (quod ego qdem ſciam) ſic. id acciperet ab alio: uiciſſimq; redderet. Et iterũ. Sed ego admiratiõe quadam uirtutis eius, ille uiciſſim opinione fortaſſe nõnulla, quam de moribus meis habebat: me dilexit. Itidẽ Quintilianus apud quem & cæteros illius ætatis nõmodo inuicem tali modo uſurpaẽ, quale eſt in declamationibus: inuicem ſuſtinentes: inuicẽ innixi: ideſt: alter alterum ſuſtinens: & uterq; alteri innitens: ſed etiã in ſenſu, cuius eſt uiciſſim. ut in li. x. Tam contumelioſos in ſe ridet eloquentia: ut qui ſtultis uideri eruditi uolunt: ſtulti eruditis uidentur. Et iterum. Neq; enim uideor quæ iuſtior acquirendi ratio: q̃ ex honeſtiſſimo labore: & ab his, de quibus optime meruerũt: q ſi nihil inuicem præſtent: indigni fuerunt defenſione. Plinius poſterior. Habes urbanas: inuicẽ ruſticas ſcribe.

Inuicẽ & uiciſſim eodem

Mutuo

In eadem ſignificatione eſt mutuo: de quo modo attigi non ſolũ in hac, qualis eſt: inuicem ſe amant: &, mutuo ſe amant: &, mutuus amor: ſed in ea, đ qua diſputaui. idẽ Quintilianus in eodẽ ſtatim poſt loco. A e ne tanquã paup quidem mercedẽ accipiet: ſed mutua beniuolentia utet: ideſt reſpõdẽte. Cicero. Fac me mutuo diligas: hoc ẽ: fac mihi ĩ amorẽ reſpõdeas.

℄ Epitome capitis. lxi.

ASCEN. Scilicet Videlicet

℄ SCILICET & uidelicet uidenẽ ſignificare id qđ certe: ſed fere p amaritudinẽ quandam cum deriſu permixtam. Interdum ẽt ſine ea. Interdũ poſt relatiuum quõ quidẽ poni ſolet. Nõnunq̃ & ante uel ſine relatiuo. Vix tamen apud doctos reperies uulgo uſitatiſſimũ modum cũ ea quæ confuſe dicta ſunt per ſingula poſtea exponimus.

℄ Hoc ultimum rẽphendit Manci. ſic. Tuipſe Laurenti tertiĩ uoluminis prologo quidẽ quæ apud doctiſſimos inuſitatũ eſſe aſſeris uſus fuiſti: ſcribis enim ita. Quæ enim diſciplina. ſcilicet q̃ publice legiẽ: tam ornata: atq; (ut ſic dicam) aurea: ut ius ciuile. Et capi. xxxvii. eiuſdẽ tertii uoluminis ita. Illd tamen ſciendum eſt apud Ouidi in. xiii. ſic legendũ: Teq; tuis armis nos te potiremur Achille. Nos potiremur antepenulti. breui nõ longa a tertia. ſ. non quarta coniuga. Id autẽ omne recte quidẽ. Nam lib. xxxvii. Digeſtorũ ita ſcribitur. Seruus nõ manumiſſus libertatẽ conſequiẽ. Scilicet is qui ea lege diſtractus eſt: ut mãumittaẽ intra tẽpus. Et Sene. Epl'a. lxxxi. ſic ſcribit. Non magis q̃ beneficiũ dare quiſq̃ ſcit niſi ſapiẽs hic: ſcilicet qui magis gaudet dato q̃ alius accepto. Lib. etiã. xxxi. Digeſtorũ in principio ſic legiẽ: Velut certã quantitatem exprimit pro uiribus uidelicet patrimonii. Hæc ille. Qui quantum mihi eſt iudicii Laurentiũ nõ intellexit. Nõ enim dicit eum modũ quo utiẽ inuſitatum apud doctos ſed cõtra: nam in priore dicto accipit pro quidẽ. Nam ſcilicet q̃ non eſt aliter dictum: ac ſi dicat q̃ quidem publice legiẽ. Et in poſteriore eſt is modus quo poniẽ ſine relatiuo quaſi ſcire licet. Vt ſit ſcire licet quare penul. breui: quia a tertia coniuga. Et ea eſt propria & natiua ſignificatio. Nihil enim aliud eſt: ſcilicet q̃ ſcire licet. & uidelicet: q̃ uidere licet: ſicut in Digeſtorũ libris accipiunẽ: & in locis citatis e Señ. Nuſq̃ tamẽ eſt ille modus quem apud doctos uix reperibilem dicit. Videlicet (ut ſic quoq; utar) Caſus nominum ſex ſunt. ſ. nominatiuus &c. Qui tamen uix reperias dixit: non penitus negauit. Quid ergo peccauit ſi uenuſtiorem nobis uſum ſignicauit: tametſi & alius eſt? Nũ ergo inficias imus quin id omne recte: dixiſſem tñ utrũq; q a de tribus dicimus omne. Sed ad auctorẽ in illo a tertia. ſ. nõ a quarta poterit interptari: ſcilicet per certe. ut ſit certe a tertia nõ a quarta &c. & erit exẽplũ primi modi.

℄ De ſcilicet, & uidelicet. Cap. lxi.

Scilicet Videlicet Amaritudinẽ cum deriſu permixam habere

SCilicet, & uidelicet uidenẽ ſignificare id, quod certe: ſed uſum ſuum habent, & pcipuum per amaritudinem quãdã cum deriſu permixtã: ut apud Virgilium. Scilicet hic ſuperis labor eſt. Et apud Terentium. Id populus erat ſcilicet. Et apud Quintilianũ. Hoc uidelicet expectaſti: ut ne captioſum eſſet officio tuo maturius rediſſet ex induſtria tẽpus: triuiſti. Nonnunquã ſine hac acerbitate, & interrogatiõe. Idẽ alibi. Sed eſt uidelicet ultima quædã calamitatũ rabies: & nouiſſime in furorem uota ipſa uertuntur. Nonnunquam poſt relatiuum: ſicut ſolet poni

quidem. Nonnunquam & ante, uel ſine relatiuo. Et hi ſunt fere modi utendi his duabus dictionibus apud doctiſſimos: apud quos uix reperias uulgo uſitatiſſimũ modum: cũ ea, quæ confuſe dicta ſunt: ꝑ ſingula poſtea expõimus: q̃le eſſet. quattuor ſũt uirtutes: ſcilicet, uel uidelicet, Prudẽtia, Iuſtitia, Fortitudo, Modeſtia.

ℭ Annotanda poſt Epitomen capitis. xxxix.

ASCEN. De ꝓnominibus Quot modis ꝓnomina cõponant

ℭ PRONOMINA quadrifarie componuntur. Primo inter ſe: ut ex iſte & hic fit iſtic iſtec iſtac. Secundo cum aliis partibus: ut ex is & demum fit idẽ. Tertio inter ſe: ut memet: tete: ſeſe. Quarto cum ſyllabicis adiectionibus: met: te: pte: ce. & cine. ut egomet: tute: tuapte: hiſce: & hiccinne. Tete ergo poteſt eſſe a ntõ tute ſecunda breui: & tunc nulla erit figura. Ideo autẽ (ut quidã uolunt) non dicimus tumet ſicut egomet in tertis ſingularibus: ꝙ coincidat ea uox cũ tertia uerbi tumeo: in plurali tamen reperit̃ uoſmet: ut Aenei. i. Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis. Ac in obliquis dicimus tuimet nõ tuite: ſicut ↄtra in ntõ tute: nõ (ut dixi) tumet.

ℭ Annotanda poſt Epitomen capitis. xl.

ℭ Hoc caput dicere ſolet ꝙ ſuum demonſtrat: ut Aſcanius Aenei. ix. Per caput hoc iuro per quod pater ante ſolebat. Sic apud Comicũ ſeipſum demonſtrans inquit: Tu ſi hic eſſes aliter ſentias. Neq; neceſſe eſt ut de quo dico hoc meũ ſit: ſatis enim eſt dummodo ſit mihi uicinũ aut ipſum teneã: ut Aenei. vi. Hic uir hic eſt tibi quẽ ꝓmitti ſæpius audis. & vii. eiuſdem. Hoc pater Anchiſes auro libare ſolebat: Hoc Priami geſtamen erat. &c. uerba ſunt Ilionei munera tenentis ac offerẽtis non poſſidentis. Adreci ille ad nobilitatẽ pertinet ut textus declarat. Iſte ad contemptũ: ut Quid petis iſtis: quaſi uilibus & abiectis. Ipſe ad excellentiã cum excluſione minorum: ut Ioue miſſus ab ipſo: ſcilicet qui magnus eſt: nec ab inferiori Mancinellus ꝓtendit ueram eſſe Priſciani differentiã: quã pro parte concedimus: quia uidelicet iſte intelligitur ſpacio propinquiore: nõ tamen omnibus: ſed ei ad quem ſermo ſit. Negamus ꝙ ille ſit ſemper de remotiore a nobis. Nam fieri præter: ut is de quo ille dicat̃ ſit nobis uicinior q̃ iſte. Verbi gratia: exiſtens Parrhyſiis nõ inepte dixero: Accepi te quidẽ Rothomagi agere: fratrẽ uero apud Ambianos. At cũ multi occurrant qui iſtuc iter haberent. Nemo autem qui illuc rogo: ut ſi quẽ illuc iſtinc profecturũ noris: has quoq; ad illum nomine meo dederis. Vbi ille mihi uicinior eſt iſto. Verba Mancinelli ſunt. Priſciani ſentẽtia optima quidem eſt: ꝙ iſte ſcilicet ſpacio propinquiore intelligitur: ille autẽ longiore. Nam ſi ego Venetus moram trahens in Vrbem ad amicum ſcribam, dicam. Si quid in iſta urbe noui eſt: mihi ſignificato. De ſpacio propinquiore illi ad quem loquor intelligit̃. Si uero dicam: Alexander Biordi filius Peruſiæ ſtudet. quocirca ad eum ſcribas: ut ad eum ſignificet quicquid in illa urbe dignius. Tum de ſpacio remotiore a te intelligitur: Hæc ille: quæ q̃ uera ſint atq; recepta ipſe uiderit.

Ipſe

Manci.

ℭ Finis libri ſecundi.

ℭ Quæſtio de comparatiuo.

ℭ Quæritur utrũ cõparatiuus a parte poſteriori exigat ablatiuum & de duobus dicat̃. Arguitur primo ꝙ nõ. Comparatiuus congrue ponitur poſt nominatiuum: qui cõparatiuus de uno ſolo dicitur & nõ de duobus: dicendo ſic. Ioannes eſt homo doctior: ergo ablatiuus non exigit a parte poſteriori ablatiuum nec de duobus dicitur. Arguitur ſecũdo. Comparatiuus a parte poſt regit genitiuum pluralem: ut habetur in ſacra pagina. Maior horum eſt charitas: in qua oratione, iſte genitiuus horũ regit̃ ab iſto comparatiuo maior: ergo cõparatiuus non exigit ablatiuum a parte poſteriori. Arguitur tertio. Iſte eſt cõparatiuus melior. In iſta oratione fornicatio eſt melior adulterio: & tamen nõ dicitur de duobus. Similiter iſte cõparatiuus melius. In iſta oratione: melius eſt perdere digitum q̃ caput: igitur cõparatiuus non dicitur de duobus. In oppoſitum eſt Donatus: dicens ꝙ comparatiuus ablatiuo ſeruit utriuſq; numeri ſine præpoſitione. Cõcluſio. Comparatiuus gradus cõparatiue tentus proprieq; denotãs ſuum poſitiuum cõuenire termino ſignificanti rem excedentem termino ſignificãti rem exceſſam exigit ablatiuum: & de duobus dicitur. Correlatiuum. Ablatiuus caſus manifeſtus quantus habetur exceſſus regitur a dictione ſignificante exceſſum: quia dicitur comparatiuus de re exceſſa: & de re excedẽte: igitur cõparatiuus exigat ablatiuum: & dicit̃ de duobus. Ad primum dicitur diſtinguendo antecedens: uel cõparatiuus ex parte ſignificationis poſitiue tentus. & ſic conceditur antecedens: uel cõparatiue tentus: & ſic negatur. Nam iſte cõparatiuus doctior in iſta oratione: Ioannes eſt homo doctior: doctior idem ſibi uult ꝙ doctus. Ad ſecũdum dicitur diſtinguendo: uel ſi capiatur cõparatiuus partitiue: uel prout ponitur loco ſuperlatiui: & ſic cõceditur antecedens: uel ſi capiatur cõparatiuus comparatiue. & ſic negatur. Ad tertiũ dicitur diſtinguendo. Maior eſt: uel ſi capiatur cõparatiuus improprie: & ſic cõceditur maior: uel ſi comparatiuus capiat̃ proprie: & ſic negatur maior. Ad queſtionem. Reſpondendũ eſt ꝙ exigit poſt ſe ablatiuum: & de duobus dicitur quinq; demptis. Primũ: ꝙ comparatiuus non accipiatur partitiue: quia tunc regeret genitiuum. Secundũ ꝙ comparatiuus nõ teneatur adiectiue poſitiue: quia tunc exigeret a parte poſt nominatiuum caſum pro ſuo ſubſtantiuo. Tertium: ꝙ comparatiuus nõ ponatur inter uerba: quia tunc nõ habet ablatiuum poſt ſe: ut cũ dicitur: plura audio q̃ diſco. Quartum: ꝙ comparatiuus non habeat naturam poſitiui. Quintum: ꝙ hæc dictio q̃ non ponatur inter dictionem præcedentem & dictionem ſequentem: quia eiuſdem eſſet caſus dictio ſequens & dictio præcedens.

ℭ Epitome Aſcenſiana in tertii libri procemium.

CVm iuriſperiti illi Digeſtorum conditores tantum eloquentiæ ſtuduerint: ut eorum ſcriptis nihil aut latinius: aut elegantius reperiat̃: utq; uel ſæculis diſtincti ſic in eloquentia ac phraſi cõſcientiant: ut quaſi uno ore locuti putari poſſint: admonendi ſunt iuris ſtudioſi literarum ſtudia incumbant quippe ſine quibus neq; leges intelligere neq; recte interpretari ualeant. Cum cõtra ipſe auctor uel quiuis alius dicendi peritus triennio in Digeſta gloſas Accurſianis utiliores ſcripſerit.

ℭ Hæc uidetur mens atq; intentio prologi. Cæterum ne in hoc ipſo quoq; quis titubet paucis explanabo. Neq; id uitio dandum puto: nihil enim obſcurius ineſt: ſed imperitis nihil clarum eſt: neq; propterea uelim aut barbare: aut abiecte omnia dicere. Ordo igitur eſt. Cum: ideſt quandoquidem: iuriſperiti: ideſt illi ſcilicet nobiliſſimi conditores. Digeſtorum: ideſt librorum in quos quaſi in unum corpus omnia iura digeſta erant: ſuntq; tria uolumina digeſtum uetus: nouum: & infortiatum: ſtuduerunt tantum: ideſt intantũ eloquentiæ: ut nihil reperiat̃ ſcriptis eorum: aut latinius: aut elegãtius: utq; ideſt intantum ut ipſi diſtincti uel i. etiam ſæculis cõſentiãt: ſic in eloquentia ac phraſi. i. qualitate ac charactere ſcribendi: ut poſſint putari: locuti ſup. eſſe uno ore: igit̃ ſtudioſi iuris ſunt admonendi: ut ſup. incumbant ad ſtudia literarum: quippe. i. utpote ſine quibus: uidelicet literis: neq; ualeant intelligere leges: neq; recte interpretari. Cum contra. i. econtrario: ipſe auctor uel quiuis. i. qlibet alius peritus dicendi: ideſt artis eloquentiæ: ſcripſerit: ſcilicet ſi attentauerit: ideſt ſcribere poſſit gloſas in digeſta utiliores Accurſianis: ideſt eis quas Accurſius Florentinus ſcripſit. Hæc pro argumento noſtro intelligendo. Quantum uero ad auctoris uerba. Perlegi: ideſt perfecte aut adfinẽ uſq; legi: ꝓxime: ideſt abhinc paucos dies. Excerptos: ab ex & carpo fit excerpo: quod eſt ex alio carptim demere: multi tamen codices habẽt exceptos: quaſi extra captos: quod malum non eſt. & relegi. i. iterum legi poſtq̃ perlegeram eum. ſ. uerum ſit ꝙ libẽter: tum uero: ideſt multo magis uerum eſt ꝙ cum quadã admiratione. Primũ. i. prima ratione ꝙ. i. quia neſcias. i. quilibet neſciat aut neſcire poſſit: ſimiliter ut dubites. i. quis dubitet aut dubitare poſſit: ponitur enim eleganter ſecunda perſona pro quauis. Item

Ordo

Ordo prologi auctoris

quem cui præferendum putes ſic dictum: ut Aeneid. iiii. Quę
quibus anteferam: quando: ſcilicet dubitamus tam de præ-
ferendis ꝙ quibus debeant præferri. Solebam priuſquam ui-
Character delicet maius quiddam in digeſtis reſpexeram: character di-
citur ſtilus ac phraſis ſeu figura dicendi. Sui eſt ſimilis: recte
in genitiuo cum liceat etiam in datiuo dicere. In eodem lu-
do ac pro. i. ſcola: quia ludus ē ubi ars aliqua diſcitur. Vnde
ludi magiſter: præceptor literarum dicitur. Nil extat: ideſt
adhuc comperitur: ſed omne intercidit uitio temporis. pri-
Eloquẽtia ſci. ideſt prioris ſæculi. Non tam eloquentiæ. Eloquentia eſt
qua clare: dilucideq; ac ſuauiter rem diſſerimus atq; expri-
mimus. Latinitas quæ lepidum ſermonem a barbaro & rudi
diſcernit. Elegantia quæ uerba elegit iuxta uim & proprie-
tatem eorum: quia ergo iuriſconſulti conſtricti erant ad cer-
tam materiam ſine phuco: coloribuſq; peregrinis exprimen-
dam non eſt paſſa materia magnopere eloquentiam: non re-
fugit tamen latinitatem ac elegantiam: in hac re præcipue la-
borantes: unde eſt totus titutulus de uerborum ſignificatio-
ne: & lex fere eſt. ff. Si certum petatur: Iuſtiniano uetante
in principio codicis. Nota ſunt nomina eorũ qui uix quin-
tam partem iuris intelligunt: loquitur de illis qui ſordide
iura interpretabantur tunc temporis. Profiteor me edoctu-
Q ñ iſtud nomen numerele triduo importat menſurã actionis abltm̃ nõ actm̃ ex poſtulat Gotthi populi rum: ideſt poſſe edocere omnes qui interpretantur ius ciui-
le: ſciẽtiam ipſorum: quia neſciũt uirtutes & proprietates uo-
cabulorum. Triduo. i. ſpacio trium dierum: hoc eſt intra tres
dies. Et quandocunq; ita loquimur: ut ſignificemus tempus
intra quod: hoc eſt menſuram actionis: ablatiuus non accu-
ſatiuus locum habet: ut triennio. i. ſpacio trium annorum: aut
intra (nõ infra) tres annos. Si ſtomachum. i. bilem aut cho-
leram: hoc eſt indignationem & iram excitent. Gotthi: Hu-
ni: & Auates ex Pannonia: & ultimis partibus Alemanniæ in
Italiam irruperunt: & partem inferiorem a longis barbaris
ſuis: Lungobardiam appellauerunt. Quæ magna multitudo
relatiuum ſequenti non antecedenti per elegantiã congruit
ſicut Aeneid. vi. Nec partem poſuere ſuis: quæ maxima tur-
ba eſt. Præſertim relicta ſobole: quia ſobolem Gotthice lo-
quentem in Italia dereliquerunt Gotthi. Poſt illorum aduẽ-
tum primum: alterumq; ſæpe enim irruperunt: ſed præcipue
bis. Leguleorum. i. leges legentium & non intelligentium: i-
deoq; neq; periti: neq; conſulti merito dicendi. Vtitur autem
eleganter genitiuo An ius pontificium eſt ſup. tam aureum
&c. Dedocerent. i. quam periti docuerunt in obliuionem tra-
herent: & ineptam inducerent. Eſt enim contrarium ei quod
eſt docerent. Circũ ferebantur ad oſtentationem: uidelicet
Gellius una. i. ſola: ſupererat. i. extabat & reliqua erat. Gellius autem
docet ſupereſſe: interdum ſuperfluum eſſe: & quaſi Tarpeia
ars. i. Capitolium: de quo in primi libri procemio dictũ eſt.
Manlius Vt Marcus Manlius. Manlius a Liuio lib. v. dicitur: ut nõ Ma-
nilius. Eius de hac re ibidem uerba ſunt. Clangore anſerum
alarumq; crepitu excitus: Marcus Manlius qui triennio ante
conſul fuerat: uir bello egregius armis arreptis ad arma cæ-
teros ciens uadit: & non cæteri trepidant: Gallum qui iam
in ſummo conſtiterat: umbone ictum deturbat: cuius caſus
prolapſi cum proximos ſterneret trepidantes: alios armiſq;
omiſſis: ſaxa quibus adherebant: manibus amplexis truci-
dat. Iamq; & alii conglobatis telis miſſilibuſq; ſaxis pertur-
bare hoſtes: ruinaq; tota prolapſa acies & in præceps defer-
ri: ſedatoq; deinde tumultu: reliquum noctis: quantum
turbatis mentibus poterat: cum præteritum quoq; pericu-
lum ſollicitaret quieti datum eſt. Luce orta uocatis claſſico
ad concilium militibus ad tribunos: cum & recte & perpe-
ram facto prætium deberetur: Manlius primum ob uirtu-
tem laudatus: donatuſq; non a tribunis ſolum militum: ſed
conſenſu etiam militari. Cui uniuerſi ſelibras farris: & quar-
tarios uini ad ædes eius: quæ in arce erant, contulerant:
rem dictu paruam: cæterum inopia fecerat eam argumen-
tum ingens charitatis: cum ſe quiſq; uictu ſuo defraudans
detractum corpori atq; uſibus neceſſariis ad honorem uiri
conferret. Hæc ille de illo. Euadent: ideſt cum difficulta-
te efficientur.

LIBER TERTIVS.

Elegi proxime quinquagin-
ta Digeſtorum libros ex ple-
riſq; iuriſconſultorũ uolumi-
nibus excerptos: & relegi cũ
libenter, tum uero quadã cũ
admiratione: primũ: quod ne-
ſcias utrũ diligentia ne, an gra-
uitas, prudentia, an æquitas,
ſcientia rerum, an orationis dignitas præſtet: &
maiori laudi danda eſſe uideat̃. deinde: quod
hæc ipſa ita in uno quoq; illorũ omnia ſunt egre-
gia, & perfecta: ut uehementer dubites: quẽ cui
pferendum putes. Cui ſimile quiddam (ut de
ultima tãtum parte, quæ ad nos ptinet, dicam)
in epiſtolis Ciceronis admirari ſolebã: quæ cũ
a pluribus ſcribant̃: omnes tamen ab uno, eo-
demq; (audacius dixerim) ſi perſonas ſuſtule-
ris, ab uno Cicerone ſcriptæ iudicent̃. Ita uer-
ba ac ſententiæ, characterq; ipſe dicendi ubiq;
ſui eſt ſimilis. Quod eo magis in iuriſconſultis
eſt admirandũ: quod illi eadem ætate cũcti ex-
titerunt in eodem quaſi ludo, ac ſchola inſtitu-
ti: hi uero inter ſe etiam ſæculis diſtãt: licet om-
nes poſt Ciceronem. Ideoq; quibuſdã in uerbis
ab eo differentes, quales omnes uſq; a Vergi-
lio, atq; a Liuio fuerũt. Nam Seruii Sulpitii, ac
Mutii Sæuolæ nil extat: ſed alterius Mutii re-
centioris. Et priſci illi quidẽ iuriſconſulti, qua-
les, quantiq; in eloquendo fuerint: iudicare nõ
poſſumus: quippe quorũ nihil legimus. Hic au-
tem, qui inter manus uerſant̃: nihil eſt mea ſen-
tentia, quod addi, uel adimi poſſe uideat̃: non
tam eloquentiæ, quã quidem materia illa non
magnopere patitur ꝙ latinitatis, atq; elegãtiæ:
ſine qua omnis cæca doctrina eſt, & illiberalis: Elegantię quãta uis
præſertim in iure ciuili. Vt enim Quint. inquit.
Omne ius aut in uerborũ interpretatione poſi-
tum eſt: aut in æqui, prauiq; diſcrimine. Et quã-
tum momenti in uerborũ interpretatione ſit: ip-
ſi iuriſconſultorũ libri maxime teſtant̃ in hac p-
cipue laborantes. Vtinã integri forent: aut certe
iſti non forent: qui in locum illorũ, etiã Iuſtinia-
no uetante, ſucceſſerunt. Nota ſunt eorũ, & ni-
mis nota nomina: ut ſuperuacuum ſit ea p me re-
cenſeri: qui uix quintã partem iuris ciuilis intel-
ligunt: & ob imperitiæ ſuæ uelamẽtũ aiunt: nõ
poſſe doctos euadere in iure ciuili facundiæ ſtu-
dioſos: quaſi iuriſconſulti illi aut ruſtice locuti Iuriſcõſulti dãnant̃
ſint: ideſt iſtorũ more: aut huic ſcientiæ non pla-
ne ſatiſfecerint. Quid de illis loquor? Ego me-
diocri ingenio, & mediocri litteratura prædi-
tus profiteor me omnes, q ius ciuile interpretan-
tur: ipſorũ ſcientiam edoctũ. Quod ſi Cicero

nit: ſibi homini uehementer occupato, ſi ſtoma
chum moueant, triduo ſe iuriſconſultum fore:
nonne & ipſe audebo dicere: ſi iuriſperiti, nolo
dicere iuris imperiti ſtomachũ mihi moueant:
aut etiã ſine ſtomacho me gloſas in digeſta triẽ
nio conſcriptuꝝ lõge utiliores accurſianis. Me
rentur enim merenť ſummi illi uiri nanciſci ali/
quem: q eos uere riteq; exponat: uel certe a ma/
le interpretantibus, & gotthice potius, q̃ latine
Gotthi defendat. Gotthi iſti quidni, & Vandali exiſti/
mandi ſunt? Nam poſtquã hæ gentes ſemel, ite
rumq; Italiæ influentes Romã ceperunt: ut im/
perium eoꝝ, ita linguam quoq;, quẽadmodum
aliqui putant: accepimus: & plurimi forſan ex
illis oriũdi ſumus. Argumẽto ſunt codices got
thice ſcripti: quæ magna multitudo eſt. Quæ
gens, ſi ſcripturã Romanã deprauare potuit: qd
de lingua præſertim relicta ſobole putãdũ eſt?
Vnde poſt illoꝝ aduentũ primũ alterumq; om
nes ſcriptores nequaquã facundi, deoq; priori/
bus multo inferiores fuerunt. En quo litteratu/
ra romana recedit? ueteres admiſcebãt linguæ
ſuæ græca: iſti admiſcent gotthicã. Neq; uero
hæc dico: ut iuris ſtudioſos carpã: immo ut ad/
horter potius: pſuadeamq;: ſine ſtudiis humani
tatis non poſſe, quã cupiunt aſſequi facultatem:
malintq; iuriſconſultoꝝ, q̃ leguleorum ſimiles
eſſe. Nam (ut Virgiliano uerſu utar) O fortu
natos nimium ſua ſi bona norint: Agricolas. Ita
ego appellem iuri operã dãtes fortunatos: ſi no/
rint ſua bona. Quæ enim diſciplina, ſcilicet q̃
publice legiť: tam ornata, atq; (ut ſic dicã) au/
rea: ut ius ciuile? An (ut hinc incipiam) ius pon
Ius põtifi/ ciũ quod Canonicũ uocant tificium? quod canonicũ uocant: quod & maxi
ma parte gotthicũ eſt? An philoſophorũ libri:
qui ne a Gotthis qdem, aut Vandalis intellige/
rentur. quos ego ob hoc maxime errare, quod
loquendi facultate caruerunt: in libris meis de
dialectica oſtendo: quos iã edidiſſem: niſi amici
me hos potius ederẽ coegiſſent? An gãmaticoꝝ?
quoꝝ propoſitũ uideť fuiſſe: ut linguã latinam
dedocerent? An deniq; rhetoricoꝝ? qui ad hãc
uſq; ætatem plurimi circunferbanť, nihil aliud
docẽtes, niſi gotthice dicere? Vna ſupererat iu/
Iuri ciuili q̃ tum tri/ buat ris ciuilis ſcientia adhuc inuiolata, & ſancta, &
quaſi tarpeia arx urbe direpta. Hanc etiam iſti
Gotthi, nõ Galli, per ſpeciem amicitiæ pollue
re, atq; euertere tentauerũt: euerterecq; pergunt.
Hanc ipſe, quantũ in me erit: ut Marcus Mani/
lius, protegã: immo omne, qui hoc nomen pro/
fitentur: protegere debent. Quod ſi fecerint:
(ut ſpero, & opto) nõ legulei, ſed iuriſconſulti
euadent. Quod ad meũ autem hoc opus atti/
net: nõ fraudabo iuris conditores debita laude.

Tantum igitur deberi puto huius facultatis li/
bris: q̃tum illis olim, qui Capitolium ab armis
Galloꝝ, atq; inſidiis defenderũt: per quos factũ
eſt: ut nonmodo tota urbs nõ amitteretur: uerũ/
etiam ut tota reſtitui poſſet: ita per quotidianã
lectionẽ digeſtorum, & ſemper aliqua ex parte
incolumis, atq; in homine fuit lĩgua Romana:
& breui ſuam dignitatẽ, atq; amplitudinem re/
cuperabit. Sed ad reliqua pergamus.

℄Epitome capitis primi.

℄VERBA ad pretium & eſtimationeʒ pertinentia regũt ASCEN.
pretium & ualorem ac præmium in ablatiuo omnium di/
ctionum: exceptis tantum: quantum: plus & minus cum eo/
rum compoſitis: quæ dum ſine ſubſtantiuis ponuntur in ge/
nitiuo regi uolunt: cum ſubſtantiuis autem ſicut alia omnis
in ablatiuo: præter tantidem: quod quia ablatiuo caret ſub
ſtantiuum refugit. Vnde fit ꝙ interrogatio & reſponſio ſæ/
pe in diuerſis fiant caſibus.

℄Verba ad prætium ſpectantia ſunt etiã quę mercedem aut Corelariũ ex regula
præmium exigunt: ut Doceo tanti quanti alii & nõ pluris. i.
tanta mercede. Agam cauſam tuam quanti alii & non pluris.
Iuue. Plautus pluris q̃ Coſſus agebat. Locaui domum meam
non quãti eſt: ſed quanti potui. Cõduxi domum pluris q̃ ęſti
mari debeat. Intuli ꝙ interrogatio & reſpõſio in diuerſis fiãt
caſibus: ut quanti emiſti? tribus aureis. Cauſa eſt: quia ideo in
terrogatiua & reſponſiua in eodem caſu poni ſolent: quia ab
eodem reguntur: a quo fere conſimiles caſus regi ſolent: ꝙ ſi
diuerſos exigat ẽt diuerſos habeat. Boe. dedit uerbis pretii ẽt
genitiuum infiniti: ſed mallem infinito dicere.

℄De tanti, & quanti, cum ſuis cõpoſitis, deq; pluris, & minoris. Cap. I.

ATq; ut ab eo potiſſimũ incipiam: qd Tanti Quanti Tãtidem Pluris Minoris
nec ab aliquo (quod ſciam) traditur:
& traditu digniſſimũ eſt: duo hæc tã
ti, & quanti, cõpoſitaq; ab eis, tanti/ Quantili bet
dem, quantilibet, & quãtuicunq;, totidemq; cõ Quanti cunq; qui
paratiua, pluris, & minoris, præterea nulla alia, bus cum bis
nec cõparatiua, nec noĩa, nec dictiones queunt
in genitiuo caſu adiungi his uerbis, emo, uenũ/ Emo
do, ueneo, mereor, comparo, æſtimo, taxo, li/ Venundo
ceor, addico, diſtraor, metior, pro æſtimo, con Veneo
ſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pango, Mereor
pepigi, cõdemno, poſtulo, & ſi qua ſunt alia ſi/ Comparo
milis hoꝝ ſignificationis. Neq; enim audiuimus Aeſtimo
dici unquã: uendidit hic patriã auri: aut: Achi/ Taxo
les uendidit corpus Hectoris auri: Priamuſq; il Liceor
lud redemit magni ponderis auri: ſed per abla/ Addico
tiuum, ſic. Vendidit hic auro patriã. Et. exa/
nimumq; auro corpus uẽdebat Achiles. Hæc
Virgilius. Valerius quoq; li. y. Magno ubiq;
precio uirtus æſtimatur. Quanti uero, & tan/
ti, cæteraq; (ut dixi) genitiuum nõ mutant. ut
Teren. in Eunucho. Quid agas? niſi ut te redi
mas captuʒ q̃ queas minimo? & ſi nequeas pau
lo: at quanti queas: ideſt tanti te redimas: quãti
queas. Cur nõ dixit quanto? ut congrueret cum
illis minimo, & paulo? aut minimi & pauxilli:
ut cõgrueret cum hoc quanti? niſi quia tanti &

quanti

Diſtraho. Metior ꝑ æſtimo. Conſtat. Conduco. Loco. Fœneror. Paciſcor. Pango. Cōdeno.

quanti mutare non liceti & ab eis, quæ dixi cō-poſita. Q uinti. In paſtu cadaueꝝ. Hoc unum ſupat: ut deuectum tantidem uenderes. Et in Verrem Cicero. Aiebat te tantidē æſtimaſſe: quāti ſacerdotem. Iuuenalis. Quanticūq; do mus conſtet. Idem: qđ ad prædicta cōparatiua ptinet. Balnea ſexcentis & pluris porticus empta. Cur nō dixit. pluri? ut copularet coniunctio eoſdē caſus. Titus Liuius. xlviii. Mancipia minora annis. xx. quæ poſt pximū luſtrū decē milibus æris. aut pluris ueniſſent: ea quoq; decem tāto pluris ꝗ quanti eſſent, æſtimaretur. Adeo ut interrogāti per eūdem ſæpe caſum reſpōdere nequeamus. ut Plautus in Epidico. Q uāti eam emit? uili: qđ minus? quadraginta minis. Horatius. Q uanti emptæ? paruo: quāti ergo? obtuſibus? octo. Nam illud apud Ciceronē, Quāti addictus? mille nūmum: nō eſt illđ mille genitiui: ſed ablatiui caſus: ut mox docebo: quaſi millenario nūmum. i. nūmoꝝ. Et hæc qdem interrogatio eſt per genitiuū: rñſio per ablatiuū. Aliqñ e diuerſo: ut. emiſti ne decē minis iſtum equū? imo pluris. Aliqñ hi duo caſus iuxta idem uerbū hærēt. ut. emiſti iſtū equū decē minis? an pluris? Quod ſi aduerbia forēt: ut nōnulli exiſtimare ſolent: cur potius dictum eſt tanti, & quāti, pluris & minoris: non tāto, & quanto, pluri, & minori: cum hmōi uerba utiq; ablatiuum deſiderent? cur non idem fit in cæteris cōparatiuis, quæ palam aduerbiantur? non enim dicimus: emi equum uilioris cariorisue, ꝗ tu: aut, cariori, uiliorius quā tu: ſed, uilius, ꝗ tu: aut, carius. Neq; uendidi melioris ædes, peiorisue, ꝗ tu: ſed melius, peiuſue. cur deniq; (qđ non minus mirādum eſt) hæc ipſa, quæ nomina ui, quotiens ſubſtantiuis maritant: formam naturalem, & legem uerboꝝ cuſtodiunt? excepto tantidem: quia eſt ſubſtantiuum: quod ablatiuū datiuumq; non agnoſcit, tantodem: ſolaſq; has uoces habet, tātundem, & tantidem. Dicēdūq; erit. quanta pecunia iſtum equum emiſti? ſicut quot minis? Iuuenalis. Q uāto metiris precio: qđ ni tibi deditus eſſem: Deuotuſq; dies uxor tibi uirgo maneret. Liuius lib. xxii. Hic miles magis placuit: cum precio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaq; genitiuos illos, tanti emi equum, quāti potui: ſic exponere non poſſumus: tanti precii, & quanti precii: ſed ſic. tanto ꝑcio, quanto potui. Et per cōparatiuum: ut illud Ciceronis. Nō pluris uendo, ꝗ alii: fortaſſe etiā minoris. cū aliquē doces: non ita exponas. pluris. i. ꝑcii: & minoris. i. ꝑcii. Nā hmōi expoſitio fecit ut pleriq; fallerentur: ſed ſic. pluris. i. pluri precio: minoris. i. minori ſumma.

Epitome capitis. ii.

NON ſolum ad uerba pretii rñdere licet: interdum in diuerſo caſu: ſed etiam per alia: ut per intereſt & refert dum ad adiectiua rñdemus per ſubſtantiua: aut econuerſo. ASCEN.

Exempla manifeſta ſunt: ut Cuium pecus? Egonis. Cuius domus? mea. Cuia puella? Petri. Cuius culpa? tua.

De mea, tua, ſua, cuia. Cap. ii.

NOn tantum in his cauſis, quas oſtendi, nōnunquam aliter reſpondemus: quā quo modo iterrogati ſumus: ſed etiā in tribus illis pronominibus, de quibus proximo libro diſputaui, tā primitiuis, quā deriuatiuis: quorum diuerſam conuicimus eſſe naturam: & præter hæc unum: cuius, cuia, cuium: quod a ueteribus non inter nomina, ſed inter ꝓnoīa numerabatur: ut meus, mea, meum: nec Græci relatiuum, unde hoc nomē deſcendit: inter nomina, ſed inter articulos collocant: & nos pronomina quædam articularia ſolemus appellare. Ideoq; ut dicimus mea eſt: ſua eſt: tua eſt: & mea, tua, ſua intereſt: ita cuia eſt, & cuia intereſt. Plautus in Epidico. Ego illum conueniam: atq; adducam ad te: cuia eſt fidicina. Cicero pro Murena. Ea cædes potiſſimum crimini datur ei: cuia interfuit: non ei, cuia nihil interfuit. Igitur interroganti cuius hominis eſt hoc opus? reſpondebimus. meum, non mei. Cuius domini hic fundus? tuus, aut ſuus: non tui, aut ſui. Rurſum. meum ne fundū poſſides? an tuum? Reſpondebo. neutrius, uel, illius. Interrogamus adhuc, reſpōdemuſq; per uarios caſus. Meum ne prædium eſt? an illius? certe non tuum. Similiter de cuius: ad qđ nunquam reſpondeas per eundem caſum: niſi in tribus ꝓnominibus deriuatiuis; ut. cuium pecus? reſpōdeas meum, uel illius. Interrogatur etiam per diuerſos caſus: ut. cuium pecus? tuum ne? an Melibœi? Sed per talem dictionem nunquā reſpondetur: niſi ſic dicas. Eſt cuium eſt: uel: eſt, cuium eſſe debet: & ſi quid eſt ſimile.

Cuius ia, um, interrogatiōe qñu ponatur itereſt

Cuia Mea Tua Sua

Epitome capitis. iii.

EST intereſt & refert conſtruuntur etiam cū dictis genitiuis tanti, quanti, & cū magni & parui: in cæteris aūt potius cum aduerbiis, aut noīatiuis neutri generis. Verūtñ facio, curo, æſtimo, pēdo, & ſimilia ēt plures genitiuos recipiunt. ASCEN.

Exempla omnia patent in textu: ut magni refert: non parum refert. Comicus: Tu quid de me fiat parui curas: cætera ſignata ſunt in textu.

De tanti, & quanti magni parui. Cap. iii.

EAdem tanti, & quāti poſitiua quoq; duo, magni, & parui, ſola in gtō iungunt cum illis geminis uerbis, itereſt & refert: cætera autē uel aduerbialr, uel in uoce noīatiui, ſiue accuſatiui: & ī primis hoꝝ cōparatiua: ſuplatiuaq; magis, & minus, maxime, & minime: atq; hoꝝ germana multū, plus, plurimū, paꝝ, paulū, pauſillū, nihil aliud:

Tanti. Quanti. Magni Parui Magis Minus Multum.

Plus eſt, & intereſt. Refert.

& ſiqua ſunt alia. Tãti intereſt: quãti itereſt: magni refert: parui refert: ac multũ refert: plurimũ intereſt: maxime refert: magis refert: paulum refert: minus refert: paꝝ refert. Quin etiã nõ modo quattuor hæc nõia id naturæ hñt cum his duobus uerbis: uerũ etiam cũ multis aliis: ut. magni æſtimo: parui facio: parui pẽdo: quanti facis: tanti facio. Sed cum huiuſmodi uerbis nõnũq̃ alia nomina iunguntur: ut. plurimi æſtimo.

¶ Epitome capitis. iiii.

ASCEN. Mille ſubſtãtiuũ genitiuũ expoſtulat: adiectiuũ quoq; dr.

¶ MILLE aũt ſubſtãtiuum eſt ſingularis numeri & indeclinabile uſq; ad pluralem: ubi hæc millia: hoꝝ millia dicimus. aut adiectiuum plurale & ideclinabile. Subſtãtiuum genitiuum poſcit, & fere ſyncopatum adiectiuum, aut cõſimilẽ genitiuum: aut eiuſdẽ caſus ſubſtãtiuum. Non ergo dicemus decẽ millia talenta: ſed talentoꝝ. quia duo numeralia adiectiua non cohærent ſine coniunctione: multiplicamus autẽ nomina per aduerbia: ut quater uiginti: non quatuor uiginti. nec ſex uiginti: ſed ſexies: & ita in reliquis.

Exemplificat.

¶ Dices ergo congrue: Mille hoium deſideratũ eſt. mille nũmum mihi reliquit pr: idq; potius q̃ nũmoꝝ: nã quoties non uitioſa fit ſyncopa: gtĩs numerali additus ſyncopabit. Vitioſa aũt foret ſi genitiuus cũ ntõ coincidat: ut in neutro genere ſecũdæ declinationis in um: ut mille ſeſtertium: quocirca potius dicã millies ſeſtertium: idq; peritoꝝ auctoritate contradicã cum Varrone: & Aulo Gellio cæteriſq; doctis mille nũmum: & duo millia denarium potius q̃ nũmorum &c.

¶ De mille, & milia. Cap. iiii.

Mille nũmũ nũeri ſingularis

ATq; ut pmiſſum exoluam: illud Ciceronis mille nũmum ſingularis numeri eſſe, tum exẽplo eiuſdem; tum pcepto M. Varronis comprobabo. In Philippicis. Inuẽtus eſt, qui L. Antonio mille nũmum refert expẽſum. Et pro Millone. In quibus ppter iſanas illas iſtructiones facile mille hoium uerſabat. Qualia exẽpla plura repeterem: niſi Varronis pceptio ſatis eſſet: qui in libris de analogia inqt. Cum peruẽtum eſt ad mille quartũ: aſſumit ſingulare neutrum: qd dr hoc mille denarium: a quo multitudinis fit milia denariũ. Et paulopoſt. Vt ſic utrũq; ſine caſibus uocis dicemus: ut hoc mille, huius mille: hoc decies huius decies. Hæc hactenus. Illud quoq; pter hoc addamus: mille hoĩum dici: & milia hoĩum: itẽ mille hoĩes dici: milia uero hoĩes non dici. Cuius rei cauſa eſt: qd proprie dicimus mille hoĩes: ut cẽtum hoĩes: milia hoĩum: ut cẽtenaria, uel turbæ hoĩum. hoc ſubſtãtiuum eſt: illud uero adiectiuum. Itaq; nõ licet dicere, milia hoĩes: qa duo ſubſtantiua non cohærent ſine copula. neq; in his ullus certus iſſet ſenſus. Mille hoĩum licet dicere: quia mille ſubſtantiuatur: ut multum hoĩum, pro multi hoĩes: ita mille hoĩum, pro mille homines. Idẽ erit, qd milium hoĩum: ſi milia ſingulare haberet: qd non habet, niſi pro miliario: qd cõſtat ex mille paſſibus: uel pro ſeminis genere: uel, more Varronis, qa dicimus hoc mille: uel, quia (ut maxime reor) nec adiectiuum plane, nec ſubſtãtiuũ eſt: ſicut hic, & hæc, & hoc, iſte, iſta, iſtud, & non nulla alia pnomina. Nam cætera adiectiua nõ patiuntur ſibi ita adhærere adiectiua: ut pronomina. Dicimus enim hic robuſtus meſſor: iſta robuſta mulier. Nec dicimus: antiquus robuſtus meſſor: antiqua robuſta mulier. At nomina numeroꝝ ſunt his pnominibus ſimilia: ut cẽtum aureæ pateræ: millæ armatæ naues. Ergo latine dicet: mille ex hoĩbus: ſicut dr iſti ex illis. quæ locutio idẽ eſt, qd mille hominũ. Cæterum nõia numeralia, ſiue ſubſtãtiua, ſiue adiectiua ſint: inter ſe iungi recuſant. quia nec duo ſubſtãtiua, nec duo adiectiua ſola eſſe poſſunt: ut duo centum, tria mille: cum pſertim ſint ſua propria nomina: ut, ducenta, trecenta: & ſupra mille eſt millia: quod plane ſubſtantiuum eſt. Ideoq; dicimus. mille hominum: duo milia hominum: nõ duo mille, tria mille, quattuor mille hoĩes: & deinceps. nec (ut dixi) tria, aut quattuor mille: ſed bis mille, ter mille: ut bis cẽtum, ter cẽtum: non duo centum, tria centum, aut (ut aliqui indocti loquunt) ducentum: tercentum.

Milia hominum. Milia homines nõ dici.

Nũeralia nomina. Ducenta. Trecenta.

Virgilius. Ter centum niuei tondent dumeta iuuẽci. Et alibi. Hic iam ter cẽtum toros dominabit annos. Reperimus tñ apud eccleſiaſticos ſæpe hoc modo dici: quale eſt. Debebat decẽ milia talẽta: & . xii. milia ſignati. qd defendi nõ poteſt: niſi reſoluas ſic: ſignati duodecim milia: talẽta decem milia: quaſi dicat: numero duodecim milia: & numero decẽ milia: ut ſubintelligatur entia. debebat talenta entia decem milia: ſignati entes. xii. milia: niſi iterponas ſubſtãtiuum ſic. Signati erant duodecim milia: qd in altero exemplo fieri nequit. quo certe modo ipſe nõ loquerer: ſed potius duodecim milia ſignata: aut duodecim milia ſignatoꝝ: & decem milia talẽtoꝝ: & duodecim milia dragmarum argenti. Cuius erroris (ſi error eſt) cauſa (ut opinio mea fert) hinc fluxit: qd ſæpe legimus decem milia pondo argenti: quaſi illud pondo ſit nominatiui, aut accuſatiui caſus: & non genitiui: ſæpe decem milia quingenti pedites, nõ peditum. Ita cũ numerus poſterior defuerit: putãt recte dici poſſe decẽ milia pedites: qd falſum eſt. Nam cum dicimus: decem milia quingenti pedites: ſic itelligimus: decem milia peditum, & quingenti. Quo ſæpe modo loquuntur: nec aliter loqui poſſumus. Atq; ut nunc ad hoc, quingenti, ſubintelligimus pedites: ita ad illum, milia, ſubintelligit peditum. Quale eſſet in ſuperioribus exemplis. decem milia, & ducenti ſignati: uel: duodecim milia ſignatorum, & ducenti: & ita in cæteris. Rarius autem

Tercẽtũ.

reperitur mille pro milia. Nam illud, quicunq; te angariauerit mille paſſus: uade cum illo alia duo: ſubintelligiť milia paſſuum. Alioqn dixiſſet: alios duos: non alia: uel potius, bis mille.

ASCEN. De noib⁹ numeralibus.

ℭ Epitome capitis .v.

ℭ NVMERALIA diſtributiua citra diſtributionem nominibus ſingulari carentibus: aut penitus, aut in qua ſignificatione accipiunť: coniungi poſſunt aliis nõ poſſunt. ſuntq; rite formanda: non plurima patiuntur ſyncopam: carentq; legitime ſingulari: niſi pro alia ſpecie uſurpentur.

Cardinalia ſũt q̃ a priori po nunť uſq; ad cẽtum

ℭ Sunt aũt numeralium ſpẽs multæ: nam alia uocanť cardinalia: ꝗ in ea quaſi in cardinẽ cætera reuoluanť: eaq; de tribus ad cẽtum ſunt īdeclinabilia: ultra cẽtum aũt declinanť, niſi repetanť citra cẽtum: ut unus una unũ. hi duo, hæ duæ, hæc duo. & hi & hæ tres, & hæc tria: quæ declinanť. hi hæ & hæc quatuor, qnq;, ſex, ſeptẽ, octo, nouem, decẽ, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, qndecim, ſedecim, uel ſexdecim, ſeptẽdecim, octodecim, uel duodeuiginti, nouendecim, uel undeuiginti, uiginti, uigitiunus a, um, uel unus & uiginti. & ita deinceps. unde ſatis ſit noſſe denarioꝝ noia, quæ ſunt, decẽ, uiginti, triginta, quadraginta, qnquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta, octoginta nõ octuaginta, nonaginta, cẽtum: quæ oia ſunt pluralia præter unus, qđ tunc pluralem hẽt qñ ſubſtãtiuum ſingulari caret: ut uni codicilli, unæ lrẽ, una arma: & īdeclinabilia ꝑter unus, duo, tres & rurſus uſq; ad ducẽta: ubi incipimus declinare: hi ducenti: hæ ducentæ: hæc ducenta: & ſic trecẽti, quadringẽti, qngenti, ſeptingẽti, octingenti, noningẽti uel nongẽti. & tunc mille: aut ſingulariter cum ſubſtãtiuum eſt. aut plurali qñ adiectiuũ: & repetitis ante dictis numeris duo milia: aut bis mille, tria milia: aut ter mille: & ſic deinceps.

Octogita nõ octuaginta.

mille

Diſtributiua.

Alia uocanť diſtributiua: quæ ſignificãt ſubſtantiua ſingulis per ſe diſtribui: ut dedi pueris dena poma. i. ſingulis decẽ: non ergo ita dicã dena & dena: ẽt ſi bis decẽ dederim dũtaxat: utpote duoꝝ ſingulis decem: etſi tñ decẽ uni dederim: nõ dicam dena: ſed decẽ: niſi (ut ſentit auctor) ſubſtãtiuum caruerit ſingulari ſaltẽ in ſignificatione in qua accipiť: ſi tunc enim citra diſtributionem adiungi illi poſſunt. ſicut oibus ſub diſtributione: ut Dedi puero meo binas lrãs ad te. i. duas eplãs. Sunt tñ qui uelint in Cicerone: ubi binas lrãs dicit: binas eplãs itelligi. i. ſingulis duas datas: & q̃q̃ uetat Valla dici binas eplãs id non itelligimus: ut olno uitioſum ſit: ſed citra diſtributionẽ: ut dixi. Nam ſi tribus pueris ſex eplãs dederim: hoc eſt ſingulis duas bñ dixero: dedi pueris meis binas ad te eplãs. Quia uero plurima patiunť ſyncopam, recitabo ea: ſuntq; hęc. Singuli læ, la, bini, terni, q̃terni, quini, ſeni, ſepteni, octeni, uel octoni, noueni (nã nonus ordinis eſt) deni, undeni, duodeni, deniterni uel, ternideni, deniquaterni, uel q̃ternideni, deniquini, uel quinideni, deniſeni, uel ſenideni, deniſepteni, uel ſeptenideni, denioctoni, uel octoni, ſeu octenideni, uel duodeuiceni, deninoueni uel nouenideni aut undeuiceni. Deinde uiceni pro uigeni, & deinceps, uigeni ſinguli &c. uel ſinguli & uigeni. Tum triceni pro trigeni: tum q̃dragẽi: tum qnquageni: tum ſexageni: tũ ſeptuageni: tum octogeni, nõ octuageni: tum nonageni: tũ centeni. Tum duceni pro ducẽteni: tũ treceni pro trecẽteni: tum quadrigeni pro quadringẽteni: tum qngeni pro qngenteni: tum ſexceni pro ſexcẽteni: tum ſeptingeni: tũ octingeni: tum nongeni uel noningeni pro ſeptingẽteni, octingẽteni, nõgẽteni, uel noningẽteni. Tum milleni. & ita in reliqs ſaluis regulis d.idis cap. 15. ubi de cæteris quoq; ſpeciebus dicemus.

Nũeralia ordinis.

Addam tñ ab his formari noia ordinis: ut primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octauus, nonus, decimus, uigeſimus, trigeſimus, quadrageſimus &c. Centeſimus, ducẽteſimus, milleſimus &c.

Nũeralia in arius.

Et ordinalia in arius: quę multiplicationem rerum, quæ non nominantur indicant: ut binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, ſenarius, ſeptenarius octonarius, nonarius, decenarius, uicenarius, tricenarius, q̃dragenarius: & ſic deinceps, centenarius, millenarius &c.

PETrus de FON.

ℭ LITEræ quoq; quæ acta uocabuloꝝ ſtructuræ quo locatio ſine offenſione ſummope ſtudẽdum eſt: in quã lrãꝝ, ſyllabarũq; lenitatem & aſpitatẽ attendimus: nã ordine ſingulæ dictiones & cõiuncta conſiderantur num ferè a ſono: ſed à ſignificato porro dicẽdum eſt potius aſpere q̃ improprie lrã: ut cœpit Laurẽtius pro oratione ẽ ſcripta accipitur.

ℭ De numeralibus. Cap. v.

ET qm̃ de numeris īcœpimus: de ipſis aliqua dicere pſequamur. Et primũ hoc admonemus: in quo pleriq; fallũtur: treceni ſcribẽdum eſſe, nõ triceni: cum ſignificat trecẽtenarium numeꝝ: qđ ſyncopatũ eſt: ſicut cætera. Dicimus enim duceni, pro ducẽteni: treceni, pro trecẽteni: q̃dringeni, quingeni, ſexceni, ſeptingeni, octingeni, nongeni, uel noningeni, pro q̃dringenteni, qngenteni, ſexcẽteni, ſeptingẽteni, octingẽteni, nõgenteni, uel noningẽteni. Centeni aũt, & milleni nõ ſyncopanť: quia nõ ſunt prælongæ dictiones: ſicut ſupiores. Triceni aũt caret ſyncopa: ſed imutauit g in c: ſicut uiceni, pro uigeni: & triceni, pro trigeni: eſt enim ſimillimæ uocis c & g: quẽadmodum d & t. propter qđ dicimus quadrigenti, pro quatricenti: in quo noie & t in d, & c in g mutatũ eſt. Atq; qm̃ dixi quoſdã falli ſimilitudine uocum: recẽſeamus hæc ipſa infra cẽtum: ut ſupra cẽtum fecimus. Dicimus igitur ſinguli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octeni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, q̃ternideni, quindeni, ſenideni, uel deniquarteni, deniquini, deniſeni, deniſepteni, deniocteni, deninoueni, uiceni, uiceni ſinguli, uicenibini, uiceniterni: uel (ut poſtea oſtẽdemus) ſinguli & uiceni, bini & uiceni, terni & uiceni: & ita deinceps: tum triceni, quadrageni, qnquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nõ octuageni (octoginta enim dicimus: non octuaginta) nonageni, nõ nouageni: deinde cẽteni. Ideo aũt hæc noia in plurali protuli: quod in proſa ſcribentes fere plurali utuntur: in carmine frequẽter etiam ſingulari. Et ſingularẽ quidem hoꝝ noium numerum nõ ꝓſa oratione ſcribẽtium ait Priſcianus eſſe: ſed poetaꝝ. ut Virgilius. Gurgite ſepteno rapidus mare ſũmouet amnis. Verũtñ nõ tñ poetaꝝ uideo eſſe: ſed nõnunq̃ etiam alioꝝ: ut Plinius lib. xvii. Traduces gallica cultura binis utrinq; lateribus: ſi pars q̃drageno diſtet ſpatio: quaternis. uiceno inter ſe obuii miſcentur. Et in xxv. Altera maior foliis lateꝝ mõ, incluſa quoq; iqa ſepteni eſt. Et in xxvi. Prodigioſa ſunt, quæ circa hoc tradit Theophraſtus, auctor alioqn grauis: ſeptuageno coitu durare libidinẽ, tactu herbæ: cuius nomẽ, ſpẽmq; nõ poſuit. ſeptuageno. i. ſeptuaginta coitibus per ſingulas noctes. Nam ita hæc noia exponũtur, ut: creabantur olim bini conſules: id eſt: per

Treceni nõ triceni
Duceni pro. ii.
Quadrigeni pro iiii.
Quigeni pro. v.
Sexceni p vi.
Septingeni p. vii.
Octingeni p. viii.
Nõgeni p ix.
C. G. ſiſes.
T. D. ſiſes.

ſingulos annos. Vtũtur ergo oratores legitima ſignificatione hoꝝ nominum. binus enim, ſiue bini ſignificat ſingulis duo: ternus, ſiue terni, ſingulis tres: quaternus ſiue quaterni, ſingulis q̃tuor. At poetæ non ita. Septenus enim gurges nõ eſt ſingulis ſepteni, ſed tãtum uni flumini Nilo. Nec in ſingulari mõ ſignificatione hac abutuntur: uerũ etiam in plurali: ut idẽ. Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. duodena aſtra, pro duodecim aſtra. Ad hæc ſepteno Priſcianus exponit ſeptenario: quod mihi nõ placet: cum inauditum ſit: flumen aliquod habere ſeptenarium alueum: & fontem edere ſeptenarium riuum. Siquidem hæc nomina numerum aliaꝝ rerum, quæ non nominantur, indicant: nõ multiplicationem ſui ipſorum. ut lapis centenarius: non quod ſit centuplus lapis: ſed centum librarum: homo centenarius: nõ quod ſit centũ geminus: ſed quod habeat centum annos: grex centenarius: non quod ſint centum greges: ſed grex centum capitum. Rurſus, non dicemus cẽtenariam libram: ſed centuplam: non centenarium annum: ſed centuplum annorum, tamẽ dicimus centenarium, ſeptenarium, duodenariũ numerum. ſiquidem numerus omnia complectitur. eſt cẽtenarius, ſiue decenarius, ſiue alius quiuis numerus, centenarum rerum, librarum, annorum, ſimiliũq;. Ideoq; recte dicimus. cẽtenarium numerum annorum ingreſſus eſt: nõ autem cẽtenarium annum: &, millenarium numerum pondo portat: nõ autem millenaria põdo. Potuiſſet igitur Priſcianus cõmodius exponere ſepteno gurgite: pro ſeptẽnarii numeri gurgite. Qua expoſitione uti ſolemus in illis numeralibus, quæ ultimũ numeri eius ſignificant. decimus, undecimus, centeſimus, milleſimus: ideſt qui ultimus eſt ex decem, ex undecim, ex centum, ex mille. Aliquãdo ſic. hoc aruum attulit centeſimum: illud ſexageſimum: tuum uero trigeſimum fructum: ideſt centenarii numeri, ſexagenarii, tricenarii: uel cẽtuplum, ſexagintuplum, tricẽtuplum. Pli. xviii. libro. Admiſcetur huic far: ut mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoq; ingratiſſimum eſt ueneri. naſcitur qualicunque ſolo cum centeſimo grano: ipſumq; pro lætamine eſt. Non ultimum granum e centenario numero intellexit: ſed grana centenarii numeri: ſiue granum cẽtuplum, ſiue centenũ, eo modo, quo antea dixit uiceno. Hac etiã ratione appellata eſt quadrageſima: quod quadraginta dies contineat. quo uocabulo eloquentiſſimi chriſtianoꝝ utuntur. quidam etiam quinquageſima, ſexageſima, & ſeptuageſima. Atq; ut ad rem redeam: utimur ſuperioribus illis nominibus crebrius in plurali numero: ſinguli, bini, terni. Trinum igitur cum habeat ſingularem numeꝝ: apparet non eſſe naturæ iſtorum: quinimo nõ memini comperiſſe me illud in plurali: licet & ſingulare perrarum ſit: ut trinum nundinum. Promulgari enim debebat antiquitus rogatio apud Romanos trino nũdino: ut opinor: ſcilicet nundino: quod aut tribus in locis uno die, aut tribus diebus uno in loco celebrabatur. ut trimus trium annoꝝ, ita trinus modo trium dierum, aut trium locoꝝ. Priſcianus ait, trinundinum, pro trinundinarum, Ciceronis exemplo: pro Cornelio primo. Ex ꝓmulgatione trinundinum dies ad ferendum poteſtaſq; ueniſſet. Quod ſi ita eſſet: à tris cõpoſitum eſſet: non à trinum: ut ait Priſcianus: ſicut trinoctium. ſed forſan per apocopam dicimus trinũdinum, pro trinum nũdinum: aut plane trinum nũdinum. Quintilia. lib. ii. Siue non trino forte nũdino promulgata: ſiue non idoneo die: ſiue cõtra itercesſionem, uel auſpicia, aliudue, quod legibus obſtet: dicitur lata eſſe: uel ferri. Ti. Liuius lib. iii. Poſtq̃ uero comitia decẽuiris creãdis in trinum nũdinum indicta ſunt. Idem lib. v. uiſi editioni mẽda ineſt: ait. Antea trina loca cum cõtentione ſumma patritios explere ſolitos: nũc iam octo iuges ad impia optinẽda ire. Donatus tñ hoc nomine utitur, & diſcipulus eius, nõ tñ magiſtro indoctior Hieronymus, cum alibi, Tum ad Marcellam. Et trinam negationẽ trina poſtea cõfeſſione deleuit: ideſt: triplici. Cæteri quoq; eodem noie utuntur. uñ dicta eſt trinitas trium perſonaꝝ una diuinitas. Seruius ſuper illud Virgilianum, Terna arma mouẽda, ait. Figura poetica. Nã trina debuit dicere. arma enim ſunt tãtum numeri pluralis. Sed hæc ratio Seruii ꝙ ſit efficax, ipſe uiderit: qui uult hoc nomẽ aptum eſſe nominibus numeri pluralis: qđ etiam reperimus coniunctum cum nominibus ſingularem numerum habẽtibus. Et qđ præterea dixiſſet: ſi apud Virgilium foret quaterna arma? nũquid legendum eſſet quatrina? Verum nõ eſt trinum de numero eorum, de quibus diſputauimus: quorũ ſingularem non frequẽtari ab oratoribus diximus: ſed a poetis, & quidem improprie: etiam nõnũquam improprie pluralem. quod aliquãdo ipſi quoq; oratores faciunt, ſed neceſſitate, in his nominibus, quæ ſingulari carent: ut codicilli, (licet Iuſtinianus utatur) ut liberi, & pugillares, ut nuptiæ, ut arma, caſtra: aut ſi nõ carent: ſuntq; diuerſi generis: ut nundinum, & nundinæ, delitium, & delitiæ: uel diuerſæ ſignificationis: ut hæc ædes, hę ædes: uel diuerſi

Marginalia (left): Binus. Ternus. Quaternus. Septenus. Duodenus. — Cẽtenarius lapis. — Cẽtuplus pla. plum. — centenarius numerus — Millenarius. — Decimus. Centeſimus. Milleſim⁹ — Cẽtenus. — Quadrageſima.

Marginalia (right): Trinus — Trino nũdino rogatio. — Trinũdinum. — Trinitas Ternus. — Noĩa quę pluraliatãtum ſunt, quo iunugantur.

& generis,& ſignificati: ut epulum,& epulæ. Neceſſarium eſt aũt dicere binos codicillos,& ternos,& quaternos:non duo,tres,quattuor: ratione dictante. Quid enim,ſi de diuerſis codicillis dicẽdum mihi ſit:quõo dicam? duos codicillos ſcripſit pater: unum ad me,alteꝝ ad uxorem. Illud unum,& illud alteꝝ,ad quod referetur? ad codicillum:quod non reperitur? dicendum eſt ergo unos:quod ſi unos: ergo & binos dicẽdum erit:quod & Ciceronis exẽplo liquebit. Duplices ſimilitudines eſſe debent: unæ rerum: alteræ uerboꝝ. Quod ſi dixiſſet: duplex ſimilitudo: ſubiunxiſſet: una reꝝ: altera uerborum. Veꝝ quia in plurali locutus eſt: non putauit alteri numero locũ eſſe oportere. Dicamus ergo binos codicillos,nõ duos. Rurſus,duo teſtamenta,nõ bina. De cuius naturæ nominibus quibuſdam nominatim faciamus mentionẽ: ſi tamen illud admonuerimus: ex prædictis colligi utroq; modo poſſe dici. Relinquo filiis meis teſtamẽto ſingulis: ſiue cuiq;,ſi multi; ſiue utrique,ſi duo fuerint: dena prædia: uel,ſingulis: ſiue utriq; decem prædia: cũ ego,& fratres mei ex bonis paternis habuerimus ſinguli: ſiue unuſquiſq;,ſiue uterq; ſingula prædia: uel ſinguli,ſiue unuſquiſq;,ſiue uterq; unum prædiũ. Quæ etiam uno loco cõiunxit Cicero in Paradoxis.

Capit ille ex ſuis ꝓdiis ſexcenta ſeſtertia: ego centena ex meis. Non dixit: aut ſexcẽta,& cẽtum: aut ſexcena,& centena: quæ tamẽ diuerſa ſunt. ut intelligamus ab illo ſexcenta capi uno anno,nõ ſingulis annis. Ego tñ puto ſcribẽdum eſſe,ſexcena,& nõ ſexcenta. Multa hic,& multifariã uitioſe dicta repetere liceret:ſed uereor tãtos uiros carpere. Vnde tantũmodo dixerim ex.iii.lib.regum. Septena retiacula in capitello uno: & ſeptena retiacula in capitello altero.

cum dicẽdum eſſet ſeptem in uno,& ſeptẽ in altero: aut ſeptena in ſingulis: aut ſeptena ĩ utroque. Et ſi fuiſſent plura duobus: ſeptem in unoquoq;. Eius conditionis eſt illud in eodẽ libro.

Quod abſconderim de ꝓphetis dñi centum uiros: quinquagenos,& qnquagenos in ſpeluncis. Hoc modo nõ recte dicit̃: ſed eo mõ,quo paulo ante dictum erat. Tulit ille cẽtum ꝓphetas: & abſcondit eos qnquagenos in ſpeluncis:

id eſt in ſingulis ſpeluncis qnquaginta. Quidã iuris ſtudioſi accipiunt dena pro uiginti: nõ intelligentes ſignificari ſingulis duoꝝ decem. de quoꝝ imperitia quid multum dicẽdum? cũ putent recte dici una quinq;: quaſi una ſit nomen,& nõ aduerbium. Ne illud quidem obticebo: (quẽadmodum ſuperius oſtẽdi) noia illa ſupra cẽtum ſyncopari: infra uero cẽtum minime.

Noia ſupra centũ ſyncopari

Ita e diuerſo aduerbia infra cẽtum ſyncopari: ultra nõ ſyncopari. ut uities,pro uiginties: trities,pro triginties: deinde quadragies, quinquagies,ſexagies,ſeptuagies,octogies,non octuagies,nonagies. Cætera non ſyncopantur: quinquies,ſexies,ſepties,octies,nonies,decies,centies,ducẽties,trecenties, quadringenties, ſeptingenties, octingenties,nongenties, millies: deinde bis millies,termillies,quatermillies,quinquies millies,decies millies,uities millies:& deinceps cętera. Nunc ad inſtitutum redeamus ab hoc potiſſimum nomine incipientes.

Aduerbia intra cẽtũ ſyncopari

Epitome capitis.vi.

LITERA in ſingulari niſi apud poetas ſignificat dũtaxat unum elementum:quod græci grãma uocant:ut a uel b, aut manum ſiue formam ſcribentis. In plurali autem uel plura elementa:uel epiſtolam pro qua ſingulari caret:petitq; nomen diſtributiuum etiam citra diſtributionem:in quo differt ab epiſtola:licet dicamus ſingulas literas & epiſtolas. Caute autem faciemus relationem.

ASCEN.

Meminerimus tñ qđ dixi cum diſtributione poſſe dici binas lr̃as & binas epiſtolas:& potius epiſtolas:ut ſciat̃ diſtributio neceſſaria innui:cætera manifeſtaria ſunt. Nam qđ addo caute relationem faciendam:itelligo ut ſingulari carenti nõ rñdeat ſingulare:ut Binas literas dedi:quaꝝ poſterioribus reſponſum eſt. Duas epiſtolas:quarum poſteriori &c.

Littera in ſingulari quid ſignificet,& quid in plurali. Cap.vi.

LIttera in ſingulari numero ſignificat elementum ipſum: ut A,& B: uel manum ſcribentis. ut ad Atticum Cicero. Nam Alexidis manum amabã: quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ litteræ. In plurali uero epiſtolam: præterquam apud poetas: qui pro epiſtola uerſus gratia in ſingulari ſemper utuntur: ut Ouidius.

Lr̃a in ſingulari elementum.

Lr̃a ĩ plu. epl̃am ſignificat.

Quã legis,a rapta Briſeide littera uenit. Nã quod Cicero ad Cælium ſcribit: Ad ſe nullam litteram Bibulum miſiſſe: ita ait: quaſi nullum uerbum miſiſſe: quod ut uehementer extenuaret: non dixit uerbum,aut ſyllabam: ſed litterã. Frequentiſſimum igitur eſt litteræ pro epiſtola. Inter quæ duo nomina hæc elegantiæ differentia eſt: quod dicimus unam epiſtolam: unas litteras: duas,tres,quattuor,quinque epiſtolas: binas uero litteras,ternas,quaternas,quinas,ſenas,ſeptenas,octenas,nouenas,denas: nunq̃ aliter: quale eẽt: unas,binas,ternas epiſtolas: duas,tres,quattuor litteras. In hoc tñ conueniunt: ut dicamus. dedi ſingulis,uel unicuiq;,uel utriq;,ſiue ſingulas litteras,ſiue ſingulas epiſtolas. Itẽ in maiori numero non cõueniunt: ut,dedi ſingulis duas lr̃as,uel binas epiſtolas: ſed binas litteras,& duas epiſtolas: non autem ſecus. de quo iam dixi. In quo obſeruandum eſt de cæteris quoq; uocabulis: ut,ſi dicas: accepi abs te binas litteras: non ſubiungas: quarum alteri reſpondi

Lr̃a cũ nominibus numeralibus.

Epl̃a nũeralibus nominibus qũo iũgatur.

per proximum tabellarium:alteri nunc reſpondeo:ſed alteris. De epiſtola uero apertum eſt: ut,accepi duas epiſtolas:quarum alteri iam reſpondi:alteri nunc reſpondeo. Cicero fere ait: accepi litteras:accepi epiſtolas:Plinius frequéter etiam,recepi:niſi libri mendoſi ſint.

ℭEpitome capitis.vii.

AS CEN. Aedes ęquiuocū eſt.

ℭAEDES in plurali ſignificat domum priuatam pro qua caret ſingulari:in utroq; autem numero poteſt capi pro domo ſacra:aut pro ſacro.aut ſacello. Idq; fere cum adiectiuo: aut genitiuo eius cuius eſt:ideoque in priori ſignificato diſtributiua citra diſtributionem recipit: in poſteriori non recipit.

ℭVnde dicere poſſum binas ædes uendidi:& duas Ioui dedicaui.uendidi ſiquidem priuatas.dedicaui publicas.

ℭAedes in ſingulari aliter accipitur: aliter in plurali. Cap.vii.

Aedes in plurali pro domo. Aedes pro téplo tá i ſingu.q̃ in plu.

AEdes in plurali accipitur pro domo: nec unquam aliter: ut meas ædes nó proſcribam:in ſingulari,atq; adeo in plurali pro téplo: ut Cicero Philip. libro primo. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati ſumus: in quo templo,quantum in me fuit,ieci fundamenta pacis. In quo tem plo:ideſt:in qua æde telluris. Sed hac in re differt a templo: quod ſemper in utroq; numero habet adiectionem:ut in æde Iouis, Mercurii, Mineruæ,in æde Concordiæ,Telluris,Honoris,Virtutis, in æde ſacra: & in plurali: ſacras ædes,ædes deorum,ædes nympharum. Nam cum ait Lucretius de Ioue loquens: Ipſe ſuas ædes diſturbat: perinde eſt:ac ſi dixiſſet. Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus duas,tres, quattuor, deorum ædes,duas ſacras ædes:pro domo,binas,ternas, quaternas, binas priuatas ædes. Aeditui autem ab ædibus ſacris, quas tuentur, appellati ſunt: non a priuatis. Aediles quoq; a ſacris ædibus dicti ſunt: quibus curandis præpoſiti erant. Aedificare autem magis ad domos hominum ſpectat, quam deorum: nec domos tantum, uerumetiam naues. ut Cicero. Qui cum maximas ædificaſſet, inſtruxiſſetq; claſſes. Neq; hoc indignum eſt admonitione: eum,cui domus ædificatur dici ædificare: ut idem de conſulari uiro inquit.

Aeditui Aediles uń dicti.

Qui cum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum. Similiter in cæteris uerbis. ut Horatius de ꝓdiuitibus. Diruit: ædificat: mutat quadrata rotundis.

ℭEpitome capitis.viii.

AS CEN.

ℭLIBERI pro legitima prole: etiam pro unica filia ſingulari caret:quia tamen cum adiectiuum ſit naturaliter ſingularem recipit & interdum ſingulariter profertur admittit relationem & diuiſionem per ſingularem.& adiectiuum nó diſtributiuum: quod cætera non faciunt.

ℭVnde dicam.E ternis uel e tribus liberis meis maximus natu diem obiit:minimus languet:& medius incolumis eſt.

ℭLiberi,pugillares. Cap.viii.

Liberi pro filiis i plu ratm.

LIberi pro filiis ſingularem non agnoſcit:cuius natura, a ſuperioribus diſſentit. Nam ut dicam lego Titio ternas ædes:unas in foro:alteras in Ianiculo:tertias in ſuburra:ita non dicam:ex ternis liberis meis unos,alteros,tertios: ſed ex tribus liberis meis,unum in alienam familiam dedi:alterum abdicaui:tertium hæredé inſtitui. Cuius rei cauſa eſt:qđ cum dico unum,alterꝫ,tertium adiungi ſolet filium:& tres liberos,quaſi tres filios:quod ita non fit in ædes,in litteras:niſi ſub intelligas domum,& epiſtolá. Sed quid facies in cæteris?in nuptias, in pugillares?abſurdú ſit dicere:unam nuptiam,unum pugillarem. Pugillares autem ſignificat tabellas cæreas,ſiue ligneas,ſiue alterius materiæ:in quibus ſtilo ſcribimus. Liberum tń pro filio & apud Quintilianum,& apud Paulum,Caiumq; reperio.

Pugillares tabellæ ceree

ℭEpitome capitis ix.

AS CEN.

ℭHORTVS in utroq; numero pro holerum ſolo circũcluſo fere ponitur:refugitq; diſtributiuum citra diſtributionem.In plurali uero eſt quaſi paradiſus uoluptati deſtinatus locus:pro quo quia ſingulari caret diſtributiua pro non diſtributiuis recipit:ſed adiectiua ſingularia reſpuit.

ℭDices ergo pro priori ſignificato:Emi duos hortos:quorꝫ alterum duntaxat hoc anno colam & pro poſteriore: Emi binos hortos:quorꝫ alteros hoc anno uendam.

PETrus de FON.

ℭDE Orior oritis ortum ſeu ortus dicendum eſt.natum ſeu naſcentem ſignificat: hortus tamen ſubſtantiuum eſt: & pro uiridario accipitur: ut legitur in paſſione domini Ieſu Chriſti.Nonne te uidi in horto cum illo.

ℭHortus. Cap.ix.

Hortus. Holus oís herba ſatiua

HOrtus quoq; eiuſdé naturæ eſt. Nam in ſingulari,pluraliq; pro hortis holitoriis accipit,ideſt holera producentibus.eſt enim holus oís herba ſatiua, qua ueſcimur:& cuius foliis & caule in edulii; utimur. Horti uero in plurali arboribus conſiti dicunt,& amœnitatis uoluptatiſq; cauſa parati.In ſuperiore igitur ſignificatione dicimus: unum hortum,duos,tres hortos: in poſteriore binos,ternos,hortos:niſi alicuius auctoritas aliud ſibi uendicauerit.

Horti in plurali.

ℭEpitome capitis.x.

AS CEN.

ℭODOR in utroq; numero ſignificat obiectum olfactus ſeu odoratus: in plurali etiam odoramenta: ſeu res odoriferas: pro quibus quia ſingulari caret cum diſtributiuis: ut literæ & horti poni poſſet ſi numerum non pondus aſpiceret.

ℭVnde inauditum eſt Binos odores emi: ſed recte dicitur India mittit odores:non capior odoribus Indicis &c.

ℭOdor. Cap.x.

Odor. Odores i plurali.

ODor huic ſimile eſt.qua uoce notum eſt quid in utroq; numero ſignificatur:in plurali uero tantum odoramenta: ut odores ex arabia fiunt. Hocramen nomen raro cum numeralibus iungit: ſed cum aliis adiectiuis.

¶Epitome capitis.xi.

ASCEN. ¶COMMEATVS pro facultate cõmeandi & recedẽdi a militia:aut alio miniſterio ad quod tenemur.raro pluraliter reperitur:ſed pro annona publica utroq; numero enũciatur:quocirca diſtributiua citra diſtributionem nõ agnoſcit.

¶Commeatus. Cap.xi.

Commeatus pro facultate a miniſterio abeundi.

COmmeatus autem, & ſiqua ſunt ſimilia nõ recipiunt talem ambiguitatem.ſi quidem ſuperiora in uno ſenſu habent utrunq; numerũ:in altero tantum pluralem:hoc uero in altero tãtum ſingularem. Eſt enim cõmeatus in ſingulari tantum pro facultate ad tempus a militia,ab alioue miniſterio recedendi: quã præbet militi imperator,præpoſituſue inferiori: eundiq; quo uelit, ad præſcriptum diem reuerſuro. Licet Liuius lib.xxxiii.ait. Magna pars ſine cõmeatibus dilabebatur. In utroq; autem numero pro cibariis ad alimoniam reipublicę,aut exercitus,aut alicuius multitudinis:iterdum etiam priuatim. Cicero pro lege Manilia. Iam cõmeatu & priuato,& publico prohibebamur.

Commeatus p alimonia.

¶Epitome capitis.xii.

ASCEN. ¶QVEMVIS unum pluraliter affari nihil illi dignitatis affert:ſed potius immunitionem laudis de re bene geſta: quocirca ad unum in ſecunda perſona tantum ſingulariter: & per ea quæ ſingulos reſpiciunt loquemur:in prima tamen modeſtiæ gratia licet de nobis nunc ſingulariter: nunc pluraliter:nunc utroq; modo ſimul loqui.

¶Cur laudem imminuat patet: quia glorioſius eſt quẽuis unum per ſe q̃ cum pluribus rem claram geſſiſſe. Quocirca principes modeſtiæ gratia ne ſoli uideantur omnia gerere loquuntur fere pluraliter de ſe: ut nos Franciſcus Francorum rex &c.Dixi & per ea quæ ſingulos reſpiciunt:ut tua dignitas domine præſes: non ueſtra: niſi ad plures loquaris. Nam meus & tuus ad ſingulos pertinent: noſter & ueſter ad plures.Ad uitandum tamen magnatium ſtomachum mouet Sulpitius Verulanus ad appellationes honeſtas confugere: unde non dicam tu dixiſti: ſed ita dignitas, humanitas,uel præſtantia tua dixit &c.

¶Non ſemper ad dignitatẽ referri:q̃n quis de ſe numero plurali loquitur. Cap.xii.

Numerus pluralis ñ ſemp referri ad dignitatem

EX his,quæ dixi: colligi poteſt nõ uerũ eſſe,quod aliqui uolunt:quotiens auctor in numero plurali loquit̃: declarari dignitatem quãdam:&(ut ſic dicam)magiſterium. Quid enim cauſæ eſt cur hæc nomina pluraliter,nõ ſingulariter efferantur?Quid Athenæ,potiuſq̃ Athena?quid Roma,potiuſq̃ Romæ?Sed ne in re aperta dicam pluribus:huic opinioni repugnat,cum ipſa rhetorica ars,quæ iubet nos uti modo plurali pro ſingulari,modo ſingulari pro plurali:tum plurima exempla:adeo, ut uno atq; eodẽ loco de ſe orator in utroq; numero loquat̃. Virgilius.

O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit:
Nanq; erit ille mihi ſemper deus: illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille me meas errare boues. Hic de ſe loquens Tityrus,nunc nos,nũc me,ait. Homerus quoq; xiii.Iliados. ἔρχομαι εἰ τί τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται οἰσόμενος τὸ νύ γὰρ κατεάξαμεν ὃ πρὶν ἔχεσκον. Et ĩ proſa.ut Quint.in ægro redẽpto. Vtinã hoc ſaltẽ mihi ſero fata præſtarent:ut reſiduum laborãtis animę in tuo poneremus amplexu. Et Cicero in philippicis.quod exẽplum in alium etiã uſum uolo afferre prolixius. Ait igit̃. Itaq; ego ille,qui ſemper auctor pacis fui: cuiq; pax pſertim ciuilis, q̃q̃ oĩbus bonis,mihi tamen in primis fuit optabilis.omne enim curriculum induſtriæ noſtræ in foro,in curia,in amicorũ periculis propulſandis elaboratum eſt.Hinc honores ampliſſimos, hinc mediocres opes,hic dignitatem, ſi quam habemus:conſecuti ſumus. Ego itaq; pacis(ut ita dicam) alũnus,qui quantuſcunq; ſum:(nihil enim mihi arrogo)ſine pace ciuili certe nõ fuiſſem: periculoſe dico quẽadmodum accepturi P.C.ſitis.horreo:ſed pro mea perpetua cupiditate ueſtræ dignitatis retinendæ & augendæ, quæſo,oroq; P.C.ut primo ſi erit uel acerbum dictu,uel incredibile a M.Cicerone eſſe dictũ exiſtimetis ſine offenſione quod dixero: nec id priuſq̃ quale ſit explicauero,repudietis. Ego ille(dicam ſæpius)pacis ſemper laudator, ſemp auctor, pacem cum M. Antonio eſſe uolo. Hæc in eum quoq; finem rettuli:ut oſtẽderem oratores, cum incœptæ orationi aliquid longius inſeruerint:redire iterũ ad id,quod ĩcœperant:aliq̃n etiam frequentius memoriæ iudicũ reficiẽdæ gratia:uel eodem uerbo repetito:ut in proximo exemplo uel quod idem efficiat:ut apud eundem,& in eodem opere. Collegam tuum aiunt in hac ſua fortuna,quæ bona ipſi uidetur: mihi(ne grauius quippiam dicam)auorum,& auunculi ſui conſulatum ſi imitaretur: fortunatior uideretur:ſed eum iracundum audio factum. aiunt,& audio idem efficiunt.

¶Epitome capitis.xiii.

¶QVESTVS ſine diphthõgo a queror pro querela,aut querimonia ſingulari caret: habetq; u ante bus in datiuo & in ablatiuo.Sed quæſtus per æ a quæro utrũq; numerum habet:& i ante bus:ſignificatq; aut lucrum nũmorum:aut actionem lucrandæ pecuniæ: hoc eſt quaſi acquiſitionem: unde quæſtor qui uulgo receptor dicitur. ASCEN.

Quæſtor.

¶Queſtus aliud,aliud quæſtus. Cap.xiii.

Queſtus Queror

Quæſtus. Quæro.

QVeſtus in plurali,pro querela, a queror:unde fit cõqueror:cuius datiuus, & ablatiuus eſt queſtubus: ut portubus. Quæſtus,autẽ in utroq; numero,cuius pluralis datiuus,& ablatiuus eſt quæſtibus,a quæro: unde fit conquiro:deriuat̃ per ſyncopã a ſupino quæſitũ:ſignãtq; lucrũ nũmarium. Nã lucrũ uocamus etiam nõ nũmarium:

Lucrũ nõ nũmorũ tantum.

uelut amicitiæ, gloriæ, ſcientiæ, cæterorumq; huiuſmodi. Quæſtũ quoq; nõnunq̃ pro actione ipſa, atq; artificio lucrãdæ pecuniæ: ut apud Ciceronem. Nam de artificiis, & quæſtibus, qui liberales habẽdi ſunt, qui ſordidi. & Quintilianus. Nam ut primum lingua eſſe cœpit in quæſtu inſtitutũq; eloquentiæ bonis male uti. Quæſtu dixit, quaſi acquiſitione.

Epitome capitis. xiiii.

AS CEN. SCALAE, Saluſtius ſingulari carere docet: quod & Seruius prædicat. Pondo autem ſingulari caret: & tamen diſtributiua citra diſtributionẽ reſpuit: forte quia & ſingulare reperitur. Sunt aũt pondo idem qd libra. Ludus etiam aliud ſignificat in ſingulari q̃ in plurali: ut alibi dicetur.

Scalæ, pondo. Cap. xiiii.

Scala.

SCala quibuſdam in ſingulari uſurpatur. Saluſtius cum aliis qbuſdam oſtẽdit pluralem tñ habere: cum dixit in Iugurthino. Deinde ubi unæ, atq; alteræ ſcalæ cõminutæ ſunt: qui ſupſtiterant: afflicti ſunt. Non dixit una atq; altera. Põdo aũt caret ſingulari numero teſte Foca. Dicimus aũt duo pondo, tria pondo: nõ bina põdo, aut terna pondo. Quinti. in primo. Quid qd quædam ſingula pculdubio uitioſa ſunt: iuncta ſine reprehenſione dicunť. Nam & dua, & tre, & pondo diuerſoꝝ geneꝝ ſunt barbariſmi. at duo pondo, & trepõdo uſq; ad noſtrã ætatem ab oĩbus dictũ eſt: & recte dici Meſſala cõfirmat. Forſitan huius rei cauſa eſt: qd ſicut ſupius de liberis diximus: ita hic, ſi qs ita loquatur: relinquo liberis meis duo pondo auri: alteꝝ ſignatum, alteꝝ rude: intelligiť libram. idem eſt enim duę, tres, quattuor libræ: qd duo, tria, quattuor pondo. Quidam exiſtimãt aliud eſſe: cum legãt apud Liuium lib. xxiii. Argenti põdo bina, & ſex libras in militẽ præſtaret. Cum legẽdum ſit ſelibras. Quidam ẽt ſingularẽ huic nomini dant: & huius ipſius auctoris, ſi editio uerax eſt: non nulla exẽpla ſunt. q̃le eſt ẽt Columellæ. Scyllæ aridæ põdo librã & quadrantẽ adiici oportere. ſed nũc pro pondere uideť accipi. Huius cõditionis eſt ludus, & ludi. Sed hoc in alteꝝ librum reſeruamus. Nunc aliqd etiã de numeris.

Põdo nũero ſing. caret.

Epitome capitis. xv.

AS CEN. NVMERALIA duo adiectiua ſumpta niſi alteꝝ fuerit aduerbiale: aut compoſita fuerint: non cohærent ſine coniunctione media: qua intercedẽte intra uiginti & cẽtum: hoc eſt ultra uiginti, & citra centum: numerus minor aut minimus præponi uult: ſed citra uiginti & ultra centum & cõponendo ut Quiſq; maximus eſt ita primũ ſortietur locum: ſic tñ ut dum millenarius multiplicať per minores: minores ipſi ſuam ſeruent naturam. Notandum quoq; ꝙ ante decimum quẽq; numerum præter primum pro octo illis additis poſſumus dicere duode cum decennario ſequenti: idq; per cõpoſitionem: & pro nouem unde: ut pro octodecim duodeuiginti: & pro decimooctauo duodeuigeſimus. Item pro nouendecim undeuiginti: & pro decimonono undeuigeſimus: & ita dicendum eſt de ſimilibus.

Nũeralia adiectiua ſeu aduerbialia nõ cohærẽt.

Dico numeralia duo diſtincta, uidelicet ſiue ea ſunt quæ cardinalia uocantur: ſiue quæ diſtributiua: ſiue quæ deneſũratiua: ſiue quæ multiplicatiua &c. Quoꝝ nulla niſi fuerint compoſita ſine coniunctione cohærent. unde non dici: duo decem: ſed bis decem. Maro tamẽ nõ inepte dixit: Aurea mala decem. Vnde non uidetur omnino dãnabile quod auctor damnauit capit. 5. Vna decem: potius tamen dixero decẽ: aut ſemel duntaxat decem dabo. Addo tamen adiectiue ſumpta: quia licite dixero. Tres primi: & primi tres. Item tria millia: & tres ſenarii. ſ. numeri. Itẽ primi milleſimi ſi plures fuerint. Poſſunt aũt omnia multiplicari per aduerbialia: ut terquinquies: terquini, terquinquies, terquater, qd aliud eſt q̃ ter & quater: nam terquater eſt duodecies: & ter & quater ſepties. Ponitur autem propter pfectionem numeri ſeptenarii pro perfecte, aut cõſumate. Vt autem ſciamus multiplicare per aduerbialia ea hæc ſunt. Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, nouies, non nonies (quia prima corripiť Aeneid. 6. Et nouies ſtyx interfuſa coercet) decies, undecies, duodecies, tredecies, quatuordecies, quindecies, ſedecies uel deciesſexties, deciesſepties, octodecies, uel deciesocties: deciesnouies: uicies non uiginties: & tricies non triginties, & quadragies: ſic quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, non octuagies, nonagies. Et deinde ſine ſyncopa centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, noningenties uel nongenties: Millies. Deinde bis millies &c. Per hæc autem multiplicari poſſunt oẽs ſpecies numeroꝝ etiam ſine coniunctione. Coniuncta autem uolunt: ut intra uiginti & cẽtum minor præponatur: quod etiam Theutonum lingua obſeruat: ut quinq; & uiginti: at poſt centum & ita dicimus: centũ & quinq;. non quinque & cẽtum. & ita in aliis. dixi ſic tamẽ &c. nam quinq; & uiginti millia dicam, non uiginti & quinq; millia: q̃q̃ totus numerus eſt ultra centum. Præterea dixi præter primum: quia pro octo non dicam duodecem ſicut pro. 98 duodecentum. Addam illud pro imperitis qui in ea re tãetſi facillima multi ſunt quoniam per ſigna ſcribũtur numeri: & additur ſubſtantiuum: quod fere eſt ablatiui caſus ſingularis numeri debere legi per numeralia ordinis: ut anno M D ix. i. milleſimo quingenteſimonono. Sed quando additur ſubſtãtiuum plurale debere legi per numeralia cardinalia: ut uixi annos 112. ideſt centum & duodecim. Et in accuſatiuo. Actum circiter annum. M. ccccclx ideſt milleſimum quingenteſimumnonũ. Circiter annos M. cccccix. ideſt mille quingentos nouẽ. Præter numeralia hic & prius dicta ſunt, quæ multiplicatiua uocantur: ut ſimplus, ſimpla, ſimplum: duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, ſextuplus, ſeptuplus, octuplus, noncuplus, decuplus, cẽtuplus, millecuplus &c. Vnde fiunt in ex: ut ſimplex, duplex, triplex &c. Componuntur autem multifariam cum annus: ut biennis, triennis, quadriennis, quinquennis, ſexennis, ſeptennis, octennis, nouennis, decennis &c. Neq; tamen omnia in uſu ſunt: ab inuſitatis autem abſtinebimus cũ aliter dicere poſſumus: ſicut ſum anniculus, bimus, trimus, quadrimus aut bimulus, trimulus, quadrimulus: ſic pro quadrageni dicam quadragenarium. Item cum menſis: ut bimeſtris, trimeſtris, & cum multis aliis: ut bilinguis, biceps, bidens, biformis, bicorpor &c.

Nũeralia aduerbia p multiplicatione.

Multiplicatiua.

De numeris. Cap. xv.

PLato uno & octogeſimo ãno ſcribẽs mortuus eſt. Iſocrates quarto & octogeſimo anno eum librũ, qui panathenaicus iſcribitur: ſcripſiſſe dr: uixitq; qnquẽnium. cuius magiſter Leontinus Gorgias cẽtum & ſeptẽ annos cõpleuit. Hæc Cicero. cuius ex uerbis datur itelligi: ante centum præponi numerum minorem: poſt centũ uero poſtponi. Quod Quint. quoq; confirmat cum ait. Artium autẽ ſcriptores antiqſſimi Corax, &

Numerus minor añ cẽtũ pponiť poſt uero poſt ponitur.

Thiſias Siculi: quos inſecutus eſt uir eiuſdē in/
ſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut tradi
tur) diſcipulus. Is beneficio lōgiſſime ętatis (nā
centum & nouē uixit annos) cum multis ſimul
floruit. Et paulopoſt. Nā & Iſocratis præſtā/
tiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorū gene/
re. Eoq; iam ſeniore (octauum enim & nonage
ſimum cōpleuit annum) pomere dianis ſcholis
Ariſtoteles præcipere artē oratoriam cœpit.
Hoc tamen uidet̃ fieri intercedente copula. Nā
Numerus maior ſi/ne copulā ꝓponitur ea ſublata, ut quiſq; numerus maximus eſt: ita
primo loco præponit̃ duntaxat citra centū: ut.
maior xxv. annis: nō autem maior quinq; xx. an
nis: ſed quinq; & uiginti. Etiā in illis, quæ ſupra
tractaui, numeralibus, uiceni, ſinguli, uiceni bi/
ni, uiceni terni, aut ſinguli & uiceni, & bini & ui
ceni, terni & uiceni. Supra centū naturalē ordi/
nem ſequimur: ut ſuperiora exēpla docent. cen
tum & ſeptē compleui annos: centū & nouem
uixit annos. Plī. lib. vii. natu. hiſtoriæ. Centū
& xx. annos Parmæ tres edidere: Bruxulli u/
nus: Fauentiæ una mulier centum xxv: Parmæ
duo centum triginta: Placētiæ unus: Fauentiæ
una mulier centū xxv: Bononiæ L. Terentius,
Matati filius: Arimini uero Maponias ſex &
quinquaginta: Tercula centū xxxvii. citra Pla/
cētiam in collibus oppidū eſt Velleratū: in quo
ccxx. annos ſex detulere: quatuor uero cente/
nos uicenos: Vnus centū quinquaginta. M. Mu
tius Marci filius Galeria felix. At, ne pluribus
moremur in re cōfeſſa: in regione Italiæ octaua
centum annorū cenſi ſunt homines quattuor &
quinquaginta: centenū denū homines quatuor
decim: centenū uicenū quinū hoīes quattuor:
centenum triceenū homines quattuor: cētenum
tricenum q̃num, aut ſeptenū totidem: cētenum
quadragenum homines tres. Idē tamen Plini.
paulopoſt ait, ut tamen in ſeptenū & quinqua
geſimum atq; cēteſimū uitæ duraret annum.
Ex quo apparet ſine copula maximū quēq; nu/
merum ꝓcedere: cum copula non nihil uarie, ꝑ
ſertim retrorſum eūdo. Adhuc quæ diximus,
& quæ recitauimus exēpla: intra numerū mille/
narium ſunt: ſed in ipſo quoq; maximum quēq;
numerū ſemp præponemus. Vt a natali domini
Numerus infra. xx. ſaluatoris anni ſūt mille q̃drigēti trigintaocto:
uel mille & quadringenti ac trigintaocto. Illud
tamen notandum: in millibus eādem eſſe natu/
ram: atq; in numeralibus citra centū: ut. milites
noſtri ſunt ſex & uiginti millia: nō autem uigin/
ti & ſex milia: uel: milites noſtri ſunt xxvi. milia:
ſiue militū nobis ſunt xx. milia: ſiue: milites no/
ſtri ſunt uities mille: ſiue: nobis ſingulis ſunt de
cies: ſiue: dena milia militū: ſiue: nobis ſingulis
ſunt decem milia militū. omnia autem, quæ lo/
cuti ſumus: ultra uigeſimū numerū intelligi uo/
lo. nam decē & ſeptem, decē & octo, decem &
nouem, normā illam, quam dixi, nō tenent. His
inferiora ne ipſa quidem ſeruant ſuā legem. Illa
enim coniunctionē habent interpoſitā: hæc nō
habent. Veruntamen nec habere poſſunt: cum
ſint cōpoſita: nec plura: ſed ſingula nomina: un/
decim, duodecim, tredecim, quatuordecim,
q̃ndeci, ſedecim: ſicut illa quoq; cōpoſita, atq;
unica ſūt noīa: undeuigīti, duodeuigīti, undetri
gīta, duodetriginta, undecētū, duodecētū: hoc
eſt uno, aut duobus dēptis de uiginti, de trigin/
ta, de centū: ut. ab incarnatiōe ſaluatoris ſunt an
ni mille quadringenti duodequadraginta. Et ꝑ
denominatiua: ut. ab incarnatiōe agit̃ annus mil
leſimus quadrigenteſimus, duodequadrageſi/
mus. Pli. lib. xxxv. natu. hiſtoriæ. Duo enim
de uigeſima olympiade interiit Cādaules. Li/
cet pleriq; exemplaria habeant duodeuingīti
olympiada. Idē ꝓximo libro. Atq; adeo duo/
dequadragenūm pedum lucullei marmoris in
atrio Scauri collocati. duodequadragenum
pro duodequadragenorum. Ti. Liui. lib. i.
Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo re/
gnare cœperat Tarquinius.

¶ Epilome capitis. xvi.

¶ DOMVS ſecundæ ſignificat locum: quartæ ædificiu̅: quocirca pro aduerbio locali in loco ponitur genitiuus ſe/cundæ nō quartæ: idq; cum adiectiuis ſolummodo loco nō ædificio congruentibus: quæ ſæpe ſubaudiuntur. ASCEN.

¶ DOMVS quæ nos a pluuiis: frigoribus: & aliis no/ciuis conſeruat & inflexionis ſecundæ aut quartæ dicitur: a/liquibus ſuæ uariationis terminationibus deficit ut in uer/ſu patet. Tolle me mi &c. PETrus de FON. Nota

¶ Quæ enim ædificio congruunt: poſcunt ablatiuum cum præpoſitione: ut fui in domo lapidea genitus. Adiectiua au/tem loco congruentia ſunt mea: tua: ſua: noſtra: ueſtra: propria: aliena.

¶ Domus. Capi. xvi.

Domus duos geni/tiuos ha/bet

Domus duos genitiuos habet: unū ſe/
cūdæ, alterū quartæ: dōi, & domus:
ſed prior ſeruat locū, ubi quis māet:
poſterior corpus ipſum, atq; ædifi/
cium, quod ex parietibus cōſtat, & tecto: ut. do
mi maneo, nō domus: & partē domus demoli/
tus ſum. ſuperiora domus aſcendi, non domi.
Nam illud, domus meæ imperiū teneo: nō pro
loco accipit̃: ſed pro familia, quæ continet̃ ædi
ficio: figurate, cōtinens pro cōtento. quod etiā
licet dicere. domi meæ, q̃ſi in domo mea. Q đ
autem idē ſit in domo, & domi, notū eſt. Vnum
tamen afferam exemplum. Quintil. lib. v. In
domo furtū factū ab eo, q̃ domi fuit. Datiuus
tantum quartæ eſt: accuſatiuus indifferens: ab/
latiuus ſecundæ. In accuſatiuo, & ablatiuo uel
cum ꝓpoſitione, uel ſine præpoſitiōe loq̃mur:

Domi cũ his tãtum ꝑnominibus meæ tuę ſuæ noſtræ ueſtræ & uno noĩe alienæ

ut: reuertor domũ, uel, ad domũ: exeo domo, uel, e domo: & ſum in domo, uel, domi. hoc grammaticæ eſt: illud uero latinitatis, & elegãtiæ. hunc genitiuum ſecundæ nõ coniũgimus, niſi cum tribus, ſiue quinq; ꝑnominibus: meæ, tuæ. ſuæ, noſtræ, ueſtræ, & uno noĩe, alienæ: ut. ego uiuo domi meæ: nõ uiuo domi tuæ nec uel ſuæ, noſtræ, ueſtræ. Cicero in libris ad Herennium. Qui cum iſta ærare, & forma alienæ domi nolo dicere. Quidam uolunt illud, domi, aduerbiaſcere. Sed quomodo coniungeretur cũ adiectiuis? Quod ſi quãdo hæc quinq; pronomina adiectiua ſupprimant: tamen ſubintelligunt: ut. domi eroꝛ. i. meæ: domi erimus: i. noſtræ: domi eris, eritiſue: i. tuæ, aut ueſtræ: domi erit, aut erũt: ideſt ſuæ: ſicut in altero ſenſu, & in pleriſq; nominibus. ut partẽ domus locaui: in altera pte ipſo habito: ideſt partẽ domus meæ. Et pater mihi iuſſit: mater te uocat: frater nos expectat: hoc eſt: pater meus, uel noſter: mater tua, uel noſtra: frater noſter. Quando autem hic genitiuus ſecundæ regit alteꝝ genitiuum, ſiue pronomen, ſiue nomen: certum eſt: ut. ego eram domi illius, domi huius, domi Cæſaris, domi Pompeii: domi autem publicæ, domi priuatæ, domi honeſtæ, domi infamis, domi paternæ, domi maternæ habito, & ſimilia, non licere dicere. iam tradidimus.

Aduerbiaſco

Domi nõ aduerbiaſcere

Domi q̃do alterũ genitiuuꝫ regit

℄Epitome capitis. xvii.

A S CEN. Cum ſuis redditiuis hæc relatiua quoties & ſĩl'ia cũ poſteriori pte reſoluitur

℄Q V I A. quoties: quis uel qui: qualis: q̃tus: quotus: quot: quoties: quo: qua: ubi: unde: & ſimilia relatiua & interrogatiua: aut infinita geminata: poſteriorem partem in cunq; reſoluere poſſunt: ideo idem ſignificant: qualiſqualis & qualiſcunq;. Et licet quiſquis non faciat quiſcunq;: ſed quicunq; nec quicquid quidcunq;: ſed quodcunq;: tamen quiſquis & quicunq; uno eodem modo ſignificant: cũ utrunq; ſit adiectiuum. quicquid & quodcunq; differenter id faciunt cum quicquid ſit ſubſtantiuum: & ob id aut adiectiuum eiuſdem caſus: aut ſubſtantiuum genitiui caſus expectat: quodcunq; uero adiectiuum ſubſtantiuum eiuſdẽ caſus non adiectiuum efflagitans: quæ differentia inter cætera in quid & in qđ exeuntia: aut ab eis excepta reperitur. Solet autem quicq; pro quodcunq;: & quiſq; ꝑ quicũq; uſurpari: & quid pro in quæ: quodq; uero adiectiuum & ſubſtantiuum tacitum dirigi.

℄Eſt autem regula Priſ. ꝙ hæc geminata reſoluere poſſunt ſecundam partem in cunq;: ut ubiubi eſt. i. ubicunq; eſt. undeunde. i. undecunq; quotuſquotus. i. quotuſcũq;. quotquot: ideſt quotcunq;. Quia tamen non omnes particulæ poſſunt componi cum quis: quæ cum qui. nec econuerſo: ideo quiſquis non reſoluimus in quiſcunq;: ſed in quicunq;. Quapropter notanda ſunt ad hunc locum quæ alibi diximus in hãc formam. Poſt quis pone piam: non poſt qui nanq;: putas: q̃: Dam: uis: cunq;: libet ſibi qui tantummodo ſubdet. Aſt aliquis: nequis: ſiquis: nunquis: ſimul ecquis: ſola qua dant non quæ: quoties reperitur utrunq;.

℄Quorum uerſiculorum ſenſus eſt has particulas: piam: nã: q; putas: & q̃ non coniungi qui. ſed quis. dicimus enim quiſpiam: quiſnam: quiſq;: quiſputas: & quiſquam: & per geminationem quiſquis. quod non reſoluitur in quiſcunq;: ſed quicunq;. Nam dam: uis: cunq;: & libet coniunguntur ecõtrario cum qui non cum quis: ut quidã: quiuis: quicunq;: quilibet: non quiſdam &c. Componitur præterea quis cum particulis ꝓpoſitis: alius & ſit aliq̃s: ne & ſit nequis: ſi & ſit ſiquis: num & ſit nunquis: en & ſit ecquis. De quoꝝ declinatione hoc ſciendum ꝙ in nominatiuo ſingulari fœminini generis: & in nominatiuo: & in accuſatiuo pluralibus neutri generis: ubi ſimplex habet quæ uel qua: hæc habent tantum qua nõ quæ: cętera autem omnia quæ non qua. ut quædã mulier: & aliqua monſtra: non quadam mulier: neq; aliquæ monſtra. Verum (ut ad textum redeamus) a quis aut qui compoſita quæcunq; quid habent ſiue in priore parte: ſiue in poſteriore ſubſtantia ſunt: adiectiuum eiuſdem caſus: aut ſubſtantiuum genitiui caſus efflagitantia: quæcunq; quod adiectiua ſubſtantiuum aut tacitum: aut expreſſum eiuſdem caſus efflagitantia: ut aliquid & q̃ddam ſubſtantiua ſunt: aliquod & quoddã adiectiua: dicam ergo aliquid & quiddam mõſtri: & aliqđ & quoddam monſtrum. Tunc autem aliquis uel aliqd dicam: quando egoipſe neſcio quis uel quid ſit Eſt enim quaſi alius uel aliud quis uel quid. Tunc uero quidam uel quiddam cũ de re certa mihi loquar: ut aliquis fecit: neſcio tamen quis. Quidam ueſtrum fecit: ut ei aliquando dicturus ſum.

A quis cõpoſita adiectiuum aut ſubſtãtiuum gti caſus ex poſtulant

PETrus de FON.

℄Q V I S Q V I S: quiſpiam: quiſnam: quidam: quiſputas compoſita de quis eſſe dicuntur. & quia iuuenibus præcipio quorum plurimi grammatices adhuc imperiti ſunt: ut Auguſti. meminit: non grauabor etiam minima docere: quæ tamen magnos aliquando prætereunt. Vnde de compoſitis a quis: & qui de eorum differẽtiis & uariationibus notabũt: iuniores quoq; maiores: quia qui minora negligit &c. ut Virgil. iiii. Aenei. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes. Apud Horatium etiam in primo. Sermonum: Qui ſit Mecœnas: tria prima a quis compoſita prolata de rebus incertis uerificantur: quidam uero de ope cognito dicitur.

℄De quiſquis, & quicũq;, quicquid, & quodcunq;. Capi. xvii.

Quiſquis quicunq; ꝑ eodem

Quicqd quodcũq;

QVIſquis, & quicunq;, pro eodẽ accipi ſolent: ut. quiſquis es: huc uenias. Quicquid, & quodcunq; non accipiuntur pro eodẽ: cum alteꝝ ſit ſubſtantiuum: ut: quicquid feſtiuũ, quicquid molle, quicquid teneꝝ, quicquid iucũditatis, quicquid gaudii, quicquid pecuniaꝝ: alterum adiectiuum: quodcunq; telum, quodcunq; ſcutum, quodcunq; iaculũ. Eius differẽtiæ cauſa eſt: qđ uoces hæ in maſculino conuenientes in neutro poſtea diſcordãt. Erat enim qđcunq; & uox, & ſignificatio ſimilior: ſi reperiret eo modo, quo dicimus quicq;, & quicquid. Quodq; enim, ſiue unumquodq; cõponitur a quod: ſed ut non reperit quidcunq;: ita nec quodquid. Illud nãq; cõponitur ex qui, quæ, quod: hoc autẽ ex quis, & quid: caretq; genere fœminino: quinetiã maſculino in accuſatiuo caſu: tantumq; habet nominatiuum quiſquis, quicquid, accuſatiuum quicquid: ablatiuum quoquo, tũ in maſculino, tum in neutro, nõnunquã in fœminino quaqua: ut apud Suetonium de uita Titi. Galba mox tenente rempub. miſſus ad gratulandũ quaqua iret cõuertit homines: quaſi adoptionis gratia accerſeretur. In accuſatiuo quoq; in alio generere, quam neutro: ſed uix apud oratores. Plautus i captiui duo. Nam meus baliſta pugnus ẽ: cubitus catapulta: humerus aries: tum genu ad quenq; iecero: ad terrã dabo: dẽtilegos omnes

Quodq; unum quodq; q̃uo componitur

Quiſquis Quicquid quoquo quaqua tantum

Quid ſubſtãtiuum Qđ adiectiuum

mortales faciá, quenq; offendero. Quenq; idest: quencunq;. Sergius auté Donatum com mentans ait. Vtraq; parte declinat hoc prono men quiſquis: cuiuſcuius: cuicui: quenquem: quiſquis: quoquo: quiqui: quorunquorum: q/ buſquibus: quoſquos: quiqui: a quibuſquibus. Noli putare hoc caſu declinatiõs eſſe: ut apud Ciceronem. remáſit cuicui. Hæc Sergius. Igi/ tur cum ſit cõpoſitũ quicquid ex quid, quod/ cunq; ex quod: debuit illud eſſe ſubſtátiuum: ut quid & aliquid: hoc adiectiuum: ut quod & ali/ quod. Dicimus enim: quid feci? nõ auté: quod feci? aliqud feci: non aliquod feci. Itẽ quod ma lum feci? nõ autem quid malum feci? ſed: quid mali? & ſcio quid faciá: nõ autem, ſcio quod fa ciam. Video quid facis, ſæpius, quá, uideo qđ facis. Ita & cætera ab his cõpoſita: quiddam, quoddam. Nam quiddam adheret adiectiuo: quoddá ſubſtantiuo: ut mirabile quiddá: obſce num qddam: qddam maius. at quoddam tem/ plum: quodam nemus: quoddá antrum: oppi/ dum quoddá. in quo nulli fere errát: hic autem multi, pro quicq; ponétes quodq;: ut optimum quicq;: honeſtiſſimũ qcq;: ſaluberrimũ quicq;. ubi nõ licere poni quodq;, ex his liquet exem/ plis. optimum quodq; pdium: honeſtiſſimum quodq; cõſilium: ex iumétis, quæ cepi, decimũ quodq; ſit tuum. Nam ſubſtantiui natura eſt cõ iungi cum adiectiuo: adiectiui uero cũ ſubſtan/ tiuo, quaſi cõnubio quodam. Ideo ubicunq; eſt ſubſtátiuũ: deſiderat adiectiuũ, q̃ſi cõiugé, ipa/ tiés alterius ſubſtátiui. Rurſus adiectiuum ſine ſubſtátiuo, tãq̃ ſine uiro eſſe nõ poteſt: cũ altero adiectiuo nihil cõſortii habés. Eoq; factũ eſt: ut hi, quos dixi, erraréts: quod quádoq; uidet ſine ſubſtantiuo eſſe quodq;: ut. reliquit mihi pater multa prædia: quorũ optimũ quodq; mihi ſub/ latum eſt. Sed omnibus liquet: ſubintelligi ſub ſtátiuum ſic. optimum quodq; pdium. Quicq; auté idem eſſe, quod unumquicq;, ante ſignifi/ caui. Quintilianus. Nec cauſas cur quicq; eo rum accidat, perſeq propoſito operi neceſſariũ eſt. Hoc quoq; addamus: qd ſolere uſurpari pro in quo: ut apud eũdem Quid tibi tantum mali feci? qd offendi? Et alibi. Siqd offendi. Cicero in Lælio. Quid enim indigés Africa nus mei? Eodem modo nihil: ut. nihil te offen di. De differétia autem íter qdam, & aliqs, ſiue qſpiá, ſiue qſquá qđ illud certũ hoiem, hoc unũ quélibet ſignificat: in libris dialecticæ diſputa/ uimus. Hic tátum admonédum eſt: quoſdá his poſterioribus eo modo uti: quo ego nõ uterer, pro illo ſuperiore: ut Hieronymus: q ſic librum de hebraicis q̃ſtionibus exordit. Qui in illis

Quiddã ſubſtan/ tiuum

Quiddã adiectiuũ

Quicq;

Quid pro in quo

principiis librorum debeam ſecuturi operis ar/ gumétum proponere: cogor prius reſpondere male dictis, Terétii qppiam ſuſtinens: q comœ diarum plogos í defenſionem ſui dabat. Ego dixiſſem qddam potius, quá qppiam. de certo enim crimine loquitur: nõ de incerto. Idem eſt enim qppiam, quod aliquid. Sed de hoc in li/ bris his, quos dixi, latius. Sed forte Hierõymus ſcriptum reliquerat quiddá: & librarii in quip/ piam mutauerunt.

Quippiã

Quiddã

Epitome capitis. xviii.

PARS a toto & proprietas a ſubiecto regitur in gtõ. uel in ablatiuo mediáte adiectiuo laudis uel uituperii eiuſdem caſus: cuius eſt dictio recta: ſine quo raro gtũs: ablatiuus nũq̃ ſic cõſtruitur. Reperitur autem dictioni regenti cõformatũ: ſtante dictione recta in ablatiuo uel accuſatiuo: quæ locutio ab aliis græca figura: ab aliis ſynecdoche appellat: quam in accuſatiuo præſertim ſummopere fugiemus in proſa. In ab/ latiuo tamen nonnunq̃ recipiunt hiſtoriographi. Licet ergo quadrifariam partem præcipue regi: aut in ablatiuo median te adiectiuo ablatiui caſus: & eſt oratorum. aut in genitiuo mediante adiectiuo genitiui caſus: & eſt grammaticorum. aut in accuſatiuo mediante adiectiuo conformato toti: & eſt poetarum per græcam figuram: quam oratores ſummopere uitant loquentium: aut in ablatiuo mediante conſimili adie ctiuo: & eſt etiam hiſtoriographorum. Niſi tamen præcipue ſubſit ratio concentus: & ſonoritatis non utemur ſimul (in/ tercedente præſertim coniunctione) diuerſis caſibus.

Verbi gratia: uir duro capite: oratorum eſt. uir duri capi/ tis: grammaticorum uſq; adeo: ut Seruius huiuſmodi locu/ tiones p ablatiuũ dicat pro locutionibus p gẽitiuum poſitas. ut. iiii. Aenei. Lato uenabula ferro. pro lati (inquit) ferri. Vir durus capite hiſtoriographorum nedum poetarum: uir du/ rus caput duntaxat poetarum. Seruius aũt dum accuſatiuus mediante nomine adiectiuo ſic regitur: concedit eſſe ſynec/ dochen: quando mediante uerbo neutrali: ſeu paſſiuo: aut eo rum participio dicit græcá figuram. Cætera in textu patent.

ASCEN. Pars & p/ prietas quomo do regan/ tur

Magna auctoritae es uir, uel magnæ aucto/ ritatis. Capi. xviii.

Magna auctoritate es uir, uľ magnę au ctoritatis. utroq; enim mõ dicimus: ſed raro ſine adiectiuo dũtaxat in ge/ nitiuo: nam in ablatiuo nunquam. ut Cicero in Saluſtiũ. Nunqd quos protulit Sci/ pione, & Metellos ante fuerint, aut opinionis, aut gloriæ. Cæterũ in eadem oratione non eſt utédum genitiuo & ablatiuo: niſi uelimus illud Plinianum ex libro. vii. natu. hiſto. ſequi. Cho romandorũ gentem uocant Tauroni: ſylueſtré, ſine uoce, ſtridoris horrédi, hirtis corporibus, oculis glaucis, détib⁹ caninis. Poterat dici ſtri/ dore horrédo: quáquam quod ad elegátiam p/ tinet: ego pro lege accipio quicqd magnis au/ ctoribus placuit: quorũ in primis eſt Plinius: pre ſertim cũ Cicero ad Létulum ita ſcribat. Létu lum nřum eximia ſpe ſummæ uirtutis adoleſcé tem, cum cęteris artibus, qbus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. Licet illud eximia ſpe poſſet uideri ſeparatũ ab illo ſummæ uirtutis: qđ regit ab illo adoleſcen

Magna au ctoritate es uir

Magnę au ctoritatis es uir

tē.ut ſi dicas.habeo ſumma ſpe filiū, adoleſcē-
tem optime indolis. Quod ſi ita nō eſt: licebit
in utraq; oratione uti genitiuo, & ablatiuo: ta-
men (ut ego ſentio) parce. Nā illud ab hoc lo-
co ſeparatum eſt: quod idē dixit. Scipio Afri-
canus id ætatis, atq; his rebus geſtis. Illud .n.
id ætatis, uel idē eſt, quod ea ætate: ſicut dici-
mus decē annis uixi: & mor̃ græco decē annos:
quam honeſtiorem locutionem Seruius putat:
uel aduerbialiter ponitur: uel ſubitelligitur ha-
bens, uel agens, uel natus id ætatis. In quo proti-
nus admoniti ſimus: oratores ſummopere ſy-
Synecdochen oratores refugere
necdochen refugiſſe: quale foret. gētem ſtrido-
re horrēdam, hirtam corporibus, oculis glau-
cam. hiſtorici non refugerunt: ut Saluſtius. Ad
ex altera parte C. Antonius pedibus æger in p̄-
lio adeſſe nequibat. Cicero, Quintilianuſq;
dixiſſent. Pedibus ægris. Nec dixiſſent doleo
caput: doleo ilia, aut ilibus: (eſſet enim ſynec-
Dolet quomodo utāur
doche) ſed doler mihi caput: & ilia tibi dolēt.
In hoc uerbo & illud notādum eſt: quod de re
extra nos poſita, ſicut de corpore noſtro loqui-
mur: ut iſtud quod facis, doler mihi: utinam do
leret tibi. ut apd Terē. Dolet dictū adoleſcēti
pudenti, & libero. & itez. Si iſtuc itidem do
leret tibi: ut mihi dolet. Et in eadem comœ-
dia. Fac illi quod itidem doleat. quod nun-
quam per ſynecdochē dicere poſſumus. Nam
ego doleo iſtud, quod feciſti: qui ſermo, ut ſu-
perior, apud auctores eſt frequēs. Vt Saluſtius.
Quaſi dolens eius caſum. non eſt ſynecdo-
che. Hæc enim figura tantum ad animi, & cor-
poris qualitatem pertinet: nihil ad extrema te-
ſpiciens: qualia fuerūt doleo caput: doleo ilia:
& hic pulcher faciem, ornatus animum. Ideoq;
illa ſynecdoche non erunt: potens diuitiis, gra-
uis pietate, præditus dignitate.

Epitome capitis. xix.

ASCEN. IN cum uerbo incido incidor: aut participio eius regit ablatiuos omnium dictionū: excepto nomine æs: qd potius in actō regeret. ut literæ inciſæ in marmore: ligno: uel in æs. Dico potius. i. elegantius & concinnius; quia etiam in ablatiuo reperitur. Vide Mancinellus. In æs inciſæ ſunt literæ: & in ære quoq; legitur Pli. enim Iunior ubi de laudibus Troiani loquit̃ ſic ait: Sed quid ſingula conſector & colligo quaſi uero: aut oratione complecti: aut memoria conſequi poſſim: quæ uos patres conſcripti nequa interciperet obliuio: & in publica acta mittenda: & incidenda in ære cenſuiſtis. Hæc ille addit Neſtor exemplum Ouidianum e libro Faſtorum. iiii. At bona poſteritas puppim formauit in ære. Sed ibi non eſt uerbum incido. De quo Valla loquitur qui dicens. Quantum inueni non omnino alium uſum negat. Miror tamē eū non inueniſſe illud Ciceronis in oratione de ſignis: quod Calepinus affert ſic. Id nō modo conſcripſerit: uerumetiam in ære inciſum nobis tradiderunt. Sueto. aūt in Cæſa. cū accuſatiuo conſtruxit. At mox lege in æs inciſa. Dicāus ergo utrūq; recte dici. inciſum in æs: & in ære: & pari ratione ſi exempla ſuppeterent in marmor: & in marmore: & ſic de aliis. Nulla enim uidetur cauſa differentiæ: ſed cur utrunq; liceat ac coniectura colligi poteſt: q qui incidit aliquid educit: quod prius erat in materia: unde ablatiuo locus eſt: & aliquid loco atramenti infert: unde & accuſatiuo: quia foris inſertur.

In marmore inciſæ ſunt litteræ: non in marmor. Capi. xix.

In marmore literæ inciſæ In es literæ inciſæ

IN marmore inciſæ ſunt litteræ: in gē-
ma, in lapide, in ligno: non autem in
marmor, in gemmam, in lapidem, in
lignum. E diuerſo in æs nō in ære: ita
enim apud omnes auctores, quantum inueni:
ſemper ſcriptum eſt. Liuius lib. iii. Priuſquam
urbem ingrederentur: leges decemuirales, qui-
bus duodecim tabulis eſt nomen: in es inciſas in
publico ꝓpoſuerunt. Sed qd exēpla ponimus
paucoꝝ: quod omnes facere affirmamus?

Epitome capitis. xx.

QVOTIES relatiuum qui quæ quod ponitur inter duo ſubſtantiua: quorum ſequens eſt alicuius rei proprium. conformabitur potius ſequēti q̃ anti: præſertim ante uerbo ſubſtātiuo aut utō: alioqn tā anti q̃ cōſequēti ꝯformari pōt. Eſt autem hæc Seruiana regula in primum Aenei. quā omnes obſeruauerunt: ut patet de Valerio quem citat auctor.

Relatiuum frequenter non reſpondere antecedenti. Capi. xx.

Relatiuū nō ſemp reſpondere antecedenti

RElatiuum frequenter non reſpondet
antecedēti: neq; in genere, neq; in nu-
mero: utiq; cū reflectitur eius ſenten-
tia ab antecedente ad ſequens ſubſtā-
tiuum de maſculino ī neutꝝ. Vt Saluſtius. Eſt
Eſt locus incarcere quod Tullianū dicitur
locus in carcere, quod Tullianum appellatur.
Quod aliter dixit Valerius Maximus. lib. ii.
Antea ſenatus aſſiduam ſtationē eo loci perage
bat: q hodie cœnaculum appellat̃. Et Plinius:
In coitu uero lunæ, quod interluniū uocant: cū
apparere deſierit. Mutato etiā numero. ut Ci-
cero. Quibus tamē gradibus Romulus ī cœ-
lum aſcendit: his ne, quæ iſti appellant bona.
De maſculino quoq; in fœmininun. ut idem.
Omnes tenues, atq; humiles, quæ maxima in
populo multitudo eſt: ſibi præſidiū paratū pu-
tant. Et Virgilius. Nec partem poſuere ſuis:
quæ maxima turba eſt. Manente quoq; gene-
re uidet̃ fieri quædam mutatio. ut Quintilia-
nus. Vbi uero uniuerſas familias fames extin-
xit: q̃ pars maxima eſt: inanes dōus ſitū ducūt.
E diuerſo de fœminino in maſculinū, non mu
tato numero. Saluſtius. Ea fines habet ab occi
dente fretū noſtri maris, & oceanū ab ortu ſo-
lis decliuem latitudinē: quē locū Catabathmō
incolæ appellant. Mutato etiam numero. ut
Quintilianus. Reſiſtā his, q omiſſa reꝝ, q uer
ui ſunt, ī cauſis diligentia, quodā inani circa uo-
ces ſtudio ſeneſcunt. & alibi. Et ſupplicatio-
nes, q maximus honor uictoribus bello ducib⁹
datur: in toga meruit. De neutro ī aliud gēus.
Saluſtius. Ipſe ex flumine, quam proximam

oppido eſſe aquam ſupradiximus: iumẽta emeret. Mutato etiam numero. ut Liuius. Anxur fuit: quæ nunc Terracinæ ſunt: urbs prona in paludem. Aliquando ſine ullo certo antecedenti. ut Quintilianus. Ego, quæ feliciſſima uel laſſitudo, uel ſatietas eſt: uirtute conſenui.

℃Epitome capitis.xxi.

ASCEN.

℃QVOTIES autem uerbũ Eſt ponitur inter duo ſubſtantiua ad appellationem pertinentia: quorum alterũ eſt nominatiui caſus: alterum datiui: poteſt addi tertium in nominatiuo: aut datiuo: uenuſtius autem in datiuo.

Nota de habeo

℃Vt cui Fauſtulo nomen fuiſſe ferunt: Liuius in.i. Cui nunc cognomen Iulo: Virgilius Aenei.i. Dicere autem licet. Eſt mihi nomen Iodoco & Iodocus. Habeo nomen Iodocum & Iodoci. Sed per habeo omnia duriter dicuntur.

℃Quæ dictio deberet reſpõdere ſequẽti ſubſtantiuo: eã reſpõdere antecedẽti. Capi.xxi.

Dictio reſpondens ſequenti cum deberet reſpõdere antecedenti

Diuerſum huic genus eſt: cũ dictio reſpondet antecedenti: cum deberet reſpondere ſequenti ſubſtantiuo. ut apud Virgilium. At puer Aſcanius, cui nũc cognomen Iulo. Liuius lib. xxv. Scipio, cui Africano fuit cognomẽ. q modus per datiuum licet frequẽtior ſit: tamẽ nõnunquam & nominatiuo, qd eſt magis generale: utimur. ut Cicero. Argẽtarius Sextus Clodius, cui nomẽ eſt formio. Et Quintiliãus Notum eſt, qd Gliconi acciderit: cui Spiridion fuit cognomẽ. Neq; per relatiuum modo, ſed etiam citra relatiuum. ut Terẽtius. Ecyra eſt huic nomẽ fabulæ. Et hoc per nominatiuũ. Per datiuũ. ut Liuius li.i. Faſtulo fuiſſe nomẽ fuerunt. Et ſolinius de memoralibus. Lapis iſte in aqs mollis eſt: humo duraſ exemptus. nũquã duo ſimul reperiũtur. inde unionibus nomen datur.

℃Epitome capitis xxii.

ASCEN. De relatiuo & antecedente

℃QVOTIES relatiuum præcedit antecedens: ſic ut ab eodem regi uideantur: latine ponuntur in eodem caſu.

℃Dico quoties præcedit: quia ꝓcedente antecedente utrũq; confirmabitur ſuo uerbo. Cauſa differentiæ eſt: quia dum relatiuum præcedit: ab eodem regi uideretur. & in uerbo antecedentis ipſum antecedens repeti: ut Quas credis eſſe has nõ ſunt ueræ nuptiæ. In illo autem eiuſdem Comici: ſed in Eunucho. Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas fecit. Nõ accipiam quem relatiue: ſed interrogatiue pro qualẽ: ut ſit: Qualem Eunuchum dediſti nobis quaſi dicat non uerum: ſed uirum non emaſculatuʒ. & quas. i. quales turbas fecit quaſi dicat peſſimas. Et in illo. i. Aenei. Vrbẽ quam ſtatuo &c. ordinem eſſe uolunt. Vultis urbem quam ſtatuo &c. ea ſup. ueſtra eſt. Nam præponitur uultis. & His mecum pariter conſidere regnis Vrbem quam ſtatuo: ut repetatur uultis.

℃Datiuum, & accuſatiuum ſequi caſum relatiui. Capi. xxii.

Datiuum Accuſatiuum ſeq caſum relatiui

Hæc & de datiuo eſt & accuſatiuo quoq; ſua natura: ut antecedẽs ſequatur caſum relatiui, relicto ſuo. ut apd Virgilium: Vrbem quã ſtatuo, ueſtra eſt. Oratores autẽ poſtponũt antecedẽs: quale foret. quam urbem ſtatuo, ueſtra eſt. ut apud Ouidium. Cecidere manu quas legerat herbas. & quale eſt Quintilianũ. Timeo ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. In quo eſt habita ratio uenuſtatis: ut relatiuũ, & antecedens ſint in eodem caſu. Sed ſæpius antecedẽte poſt poſito. Quãquam apud Cicerõem nõ nulli illud in Sal. ſic legunt. Nunqd eos, quos protulit Scipiones, & Metellos, ante fuerũt opiniõis, aut gloriæ? qdam legunt nũqd hi, quos protulit. Tale enim in euãgelio. Sermõem quem audiſtis nõ eſt meus: quod in græco, hoc eſt i fonte, eſt ſermo: nõ ſermonẽ. Vnde interpres noſter trãſferens maluit latine, quam grãmatice loq.

Sermonẽ quem audiſtis non eſt meus

Nec ignoro qualia imperiti in hoc euãgelii loco diſputare ſoleãt: profecto nequaquã ſic diſputari: ſi græcã linguam mediocriter, latinam perfecte tenerẽt. In tali ſermonis genere uel idẽ nomẽ repetemus, uel accuſatiuum in debitum caſum reſoluemus. Nam utrũq; fieri exemplis cõperius. Siqdẽ frequẽter ita locuti ſunt auctores. quas res tibi tum terra, tũ mari nuper cõmiſi: hæ res ſint cũ fratre cõmunes: uel: eæ ſint cũ fratre cõmunes: uel: ex eis aliqua cõmunicabis cum fratre. & item per cæteros caſus: ut. quarũ rerũ nõ indiges: eas, uel eas res dõabis mihi: uel: æ meæ erunt: uel eæ res mihi auxilio eſſe poſſunt: Et ita multis modis per caſus uariare orationis licebit. Cicero pro Ligario. Sed hoc nõ cõcedo: ut qbus rebus gloriemini in uobis: eaſdem i aliis reprehẽdatis. Et paulo poſt. Quotus enim iſtud quiſq; feciſſet: ut a qbus partibꝰ in diſſenſiõe ciuili nõ eſſet receptus: eſſetq; etiã cum crudelitate eiectus: ad eas ipſas rediret? Idẽ tamẽ i rhetoricis inuſitatius. Sulpitio cui paulo ante omnia ſcedebãt: itã breui ſpacio nõ modo uiuere, ſed etiam ſepeliri prohibuerũt.

Illud magis poeticum: quale apud Horatium quinto carminum. Quis nõ malarũ, quas amor curas habet: hæc inter obliuiſcitur. & iterum in ſatyra. Qui ſit Meccenas: ut nemo quam ſibi ſortem ſeu ratio dederit: ſeu ſors obiecerit: illa Contentus uiuat: laudet diuerſa ſequentes.

℃Epitome capitis.xxiii.

ASCEN Ne dicam cõplexum quo exorneſ cum adiectiuo & aliis additamẽtis

℃QVOTIES huic complexo: ne dicam: præcedit ſubſtantiuum nominatiui caſus: & ſequitur adiectiuum idipſuʒ quod ſequitur in accuſatiuo: quoties autem ſubſtantiuum cum adiectiuo ſuo ſequitur: utrũq; ponetur in nominatiuo: a quo ſæpe in accuſatiuum legitur mutata locutio.

℃Cauſa differentiæ eſt: quia in priore modo intelligitur eũ in poſteriore uerbum aliquid: ut homo prudens ne dicam (ſubaudi eum) ſapientem: prudens ne dicam: ſapiens homo ſup. id fecit: aut dixit: aut eſt. Similiter ubi oratio de nominatiuo utatur in accuſatiuum: ſufficiat nominatiuus ſuppoſitalis: ut textus declarat. Ex utroq; autem textu tam hoc q̃ ſuperiore elici poſſet: ꝙ ad latinitatẽ ſatis eſt uideri congruitatẽ eſſe in conſtruendo: tametſi non eſt pro lege grammatica.

Homo prudéſ ne dicā ſapientē. Capi. xxiii.

Hő prudens es ne dicam ſapientē melius quam ne dicam ſapiens

HOmo prudéſ: ne dicā ſapienrem: melius, q̄, ne dicā ſapiēs. Cicero pro Deioraro. Crudelis Caſtor: ne dicā ſceleratum, & impium. & hoc ſubſtantiuo præcedente: ſecus autem ſequēte: quale eſſet. crudelis, ne dicā ſceleratus, & ipius Caſtor: & prudens, ne dicam ſapiēs homo. Nā ſi ponamus in accuſatiuo: perquā abſurdum foret ſic. crudelis: ne dicam ſceleratum, & impium Caſtorem: & prudēs: ne dicam ſapiētem hominē. In priore enim modo ſubintelligitur eū: ſic. crudelis Caſtor: ne dicā eum ſceleratum, et impiū. In aliis caſibus nō eſt hæc neq; diuerſitas, neq; cauſa. ut idem. An ſperaſſet hoc uiuo Milōe: ne dicam cōſule Milōe. Illud eiuſdem in libris ad Herēnium, neq; diſſimile his, neq; uſq; adeo ſimile eſt. Obfuit plurimum eo tempore reip. cōſulum, ſiue ſtultitiam, ſiue malitiam dicere oportet: ſiue potius utrunq;. Nam ubi erit ſuppoſitum? certe deeſt. Illud nāq; uerbum, quod interiectum eſt: de nominatiuo mutauit in accuſatiuū. Sed ſicut in Euripo, aut Siciliæ freto inflata uento uela aquarum impetus retroire cogit: ita orationem lege grāmatica euntem auctoritas ipſa, cōſuetudoq; inhibet, ac repellit. Verum ut grammaticorum expectationi ſatiſfaciam: ſic erit cōſtruendum. aut ſtultitia cōſulum, aut malitia, aut potius utrūq; obfuit plurimum eo tempore reip. ſiue illud factū cōſulum dicere oportet ſtultitiā: ſiue malitiā: ſiue potius utrūq;. Vel ſic. Obfuit plurimū reip. eo tempore cōſulum factū: ſiue illud malitiam, ſiue ſtultitiam eorū, ſiue utrunq; dicere oportet.

Grāmaticā legē auctoritatibus inhiberi

A S CEN.

Epitome capitis xxiiii.

AVDIVI te ut cæteros affuiſſe in prælio: ſignificat te in prælio ut cæteri affuerunt, affuiſſe. Audiui ut cæteri te in prælio affuiſſe: ſignificat id me: ut cæteri audierunt, audiuiſſe: quæ ratio in aliis quoq; ſignanda eſt.

Audiui te, ut cæteros, affuiſſe in prælio: & audiui te, ut cæteri: & cætera. Capi. xxiiii.

Audiui te ut cæteros in prælio affuiſſe Audiui te affuiſſe in prælio ut cæteri

AVdiui te, ut cæteros, affuiſſe in prælio: & audiui te affuiſſe in prælio, ut cæteri: hic ſubintelligitur affuerunt: ibi intelligi non poteſt, ſtatim ſequente infinitiuo, & omnia ad ſuum regimen trahente. Itaq; ſic exponitur. audiui te affuiſſe in prælio: ut audiui cæteros affuiſſe. alterum uero (ut dixi) hoc modo. audiui te affuiſſe in prælio: ut cæteri affuerūt: quod nequaquā cōcedat. ſic dicere. audiui te, ut cæteri, affuiſſe in prælio. Hoc enim declarat: audiui: ut cęteri audierūt: Alterū fortaſſe ſic. audiui te affuiſſe in p̄lio: ut cæteros.

Epitome capitis xxv.

Eſſe a frōte & a ter.

VERBVM eſſe quoties præcedit nominatiuus: uult ut nominatiuus eiuſdē rei ſequat: quoties gtūs: datiuus: accuſatiuus: aut forte ablatiuus: ut idem caſus: aut actiuꝰ: quo tamen præcedente cum nominatiuo interdum elegāter ſequitur nominatiuus: dum uero eſſe ſuppoſitum eſt accuſatiuum petit. Verbi gratia: congrue dico: Spero tibi eſſe amicus. Miſerere igitur uolentis tibi eſſe amici: aut forte amicum: mediocribus eſſe poetis. Non dii: non homines: non cōceſſere columnæ. Parum uobis eſt moleſtos eſſe hominibus. Spero te eſſe amicum mihi: non amicus. Luca. tamen dixit libro. x. Vtq; fidem uidit celeris: tutumq; putauit iam bonus eſſe ſocer: lachrymas non ſponte cadentes Effudit: gemituſq; expreſſit pectore læto. Conſimiles locutiones adducet Mancinel. Præcedente autem uocatiuo quomodo loquēdum ſit in proximo capite dicemus. de ablatiuo uidetur par ratio quæ de genitiuo: ut damno a nolente eſſe bono potius q̄ bonum. Sed dum ſuppoſitum eſt: accuſatiuum ſecum trahit: ut eſſe pauperem & fidelem: melius eſt q̄ eſſe diuitem & infidelem. Verba Manci. ſunt. Præcipe illi eſſe mihi familiaris. Ne libeat tibi eſſe intimus: nullo pacto latine dicitur: Nō enim hoc genus loquēdi apud aliquem probatum auctorem reperitur. Nam ſi recte aduertimus Lucani illud: Tutumq; putauit Iam bonus ēe ſocer. Non ſimile eſt illis: Præcipe illi mihi eſſe familiaris. Ne libeat tibi eſſe intimus: hic enim datiuus præcedit. Apud Lucanum uero præcedit & ſequitur nominatiuus. Dicendum igitur: Præcipe illi eſſe mihi familiari uel familiarem. Ne libeat tibi eſſe intimo. Vel ne libeat tibi eſſe intimum. Ouid. li. vui. Vobis immunibus huius Eſſe mali dabitur. Quinti. li. iii. An illa accidat uiro bono eſſe uel malo. Hypermeſtra ad Linum. Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam. Quinti. li. vii. An huic eſſe procuratorem liceat. Et lib. iiii. Procuratorem tibi eſſe non licuit. Teren. in Heau. Nam expedit bonas eſſe uobis. Cæſar lib. vi. de bel. Gal. Quibus iam licet eſſe fortunatiſſimos. Luca lib. iii. Nunq̄ tibi Magne per umbras: Perq; meos manes generum non eſſe licebit. Illud autem Ouid. Me tamen excepto: qui precor eſſe tuus. Et grammatice & latine dictum cum & præcedat & ſubſequatur nominatiuus. Neq; inficias eo grammatice & latine etiam dici: quem precor eſſe tuum. Nam talis ordo eſſet: quem tuum eſſe precor: ut Naſo. illud lib. v. Metamor. Quantum eſt eſſe Iouis fratrem. Teren. in Eunu. Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis. Quod etiam dicere licuit ita: Apparet ſeruus hic eſſe domini pauperis. Vatinius enim li. v. Epi. ad Cice. inquit. Dicitur mihi tuus ſeruus fugitiuus Vardacis eſſe. Cæterum Lucani illud dicēdi genus: Tutumq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Apud alios quoq; legere eſt. Oui. lib. vii. Metamor. Sed enim quia retulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Et lib. i. de Ponto ad Maximum: Hoc ubi uiuendum eſt ſatis eſt ſi conſequor aruo Inter inhumanos eſſe poeta Getas. Vbi quidem aduertendum eſt eſſe nunc habere uerbi caſum non infiniti: eſt enim ſuum uerbum ſimilium copulatiuum.

go actiū exigit ſi uerbū pcedit ntūm

Lucanus tutus putauit iam bonus eſſe ſocer

Spero tibi eſſe bonus amicus. Capi. xxv.

Spero tibi eſſe bōus amicus

Quæ ntō iungi recuſent

SPero tibi eſſe bonus amicus: credo fuiſſe tibi fidelis: proprie dicit. Per accuſatiuum uero nō: niſi alterū accuſatiuum addas: q antecedat īfinituū. nam hic ſequitur hoc modo. Spero me tibi eſſe bonum amicum: credo me tibi fuiſſe fidelem. Quædam uerba cum nominatiuo iungi recuſant: immo pleraq;. Nā ut recte dico: ſuncipe mihi eſſe familiaris: & noli eſſe illi intimus: ita inuſitatate dicam: præcipe illi eſſe mihi familiaris: ne libeat tibi eſſe intimus. Hoc tamen genus loquēdi nōnunquam reperimus: ut apud Lucanū in. x. Tutumq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Alius dixiſſet. iam ſocerum eſſe bonū. Et apud Oui. de Pōto. Et quis ī extremo poſitus iacet

orbe tuorum: me tamen excepto: ꝗ precor eſſe tuus. Dicere potuiſſet, ſed nõ tam ueuſte. qué precor eſſe tuum. Teren. in andria. Quæ ſeſe inhoneſto opotauit parare hic diuitias, potiuſquam in patria pauper uiuere. Apertius apud eundem Ouidium li. i. ſine titulo. Speremqꝫ in molli mobilis eſſe toro. Et ille uerſus uulgatus. Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe. Quod ſi dixiſſet: noli repugnando: uerſuſqꝫ pateretur: nullum de conſtructione dubium eſſet. talis tamen modus loquendi e græco fluxit: ubi uſitatiſſimus eſt.

Epitome capitis. xxvi.

ASCEN.

℄ QVOTIES uerbo ſubſtantiuo aut eius participio expreſſo: aut aperte intellecto præponitur uocatiuus: ſequetur non uocatiuus: ſed nominatiuus: ſed ſine copula plures uocatiui ad idem pertinentes bene cohærent.

℄ Propertius enim uocatiuo pricipali adiecit uocatiuũ dicẽs. Lectule delitiis facte beate meis. & Ser. exponens illud. iii. Aene. Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſuꝑbo. Dicit dignate. i. digne habite: ut liceret dicere dignus habite: ſicut defende me tu uir optimus. ſ. q es aut ens ſiue exiſtens: & ita in aliis.

℄ Defende me domine. Capi. xxvi.

Defende me domine quõ intelligatur

Efende me domine: adiuua me optime uir: tace homo imperite: mutato uocatiuo in nominatiuum nõ recte diceſ. Itẽ. defende me tu deus meus: adiuua me tu uir optimus: tace tu hõ impitus: hic per nominatiuum etiam recte loquimur. ſubintelligitur enim ens, hoc modo. tu ens dominus meus. Qua ratione defendi poſſet illud in pſalmo: Domine deus noſter: niſi ſumptum eſſet e græco. Idem fit in uocatiuo alicuius nominis. Virgilius. Nate, meæ uires, mea magna potẽtia ſolus. Idem ĩ nominibus propriis: quod fit in hoc ꝓnomine: & ĩ uocatiuis caſibus: ſic. Auẽ Cæſar ſummus imperator. Neqꝫ id tantummodo in imperatiuo: uerumetiam, & quidem facilius in aliis modis: ut. quo tendis Aenea extremus omnium Troianorum: uel: extreme uiuis, & regnas Helene dono deũ: & : regnãs medius ſæuiſſimorum hoſtium: melius, quam medie. Male per ſolum ꝓpriũ nomẽ, aut iũctum cũ ꝓnomine: ut. quid facis tu Seruius? aut per nomẽ appellatiuum ſine pronomine: ut. quid facis dominus meus? niſi tali modo? ut. quid ſedes iter ſeruos dominus? hic ſubintelligitur ens: ibi ſubintelligi nõ poteſt. Quare illud Plinianũ in li. vii. de natu. hiſtoriæ, niſi mẽda librarii eſt: non placet mihi. Salue primus omnium parẽs patriæ appellate. Vbi nõ modo appellate a primus in caſu diſcordat: quod etiam imperitis ad reprehẽſionem patet: ſed ne appellatus quidem ſi diceretur, plane latinum foret: cũ fuerit dicẽdum, prime: ſiue ſic: (ſed ita ſcriptum ab auctore fuiſſe ſuſpicari libet: nam & illo modo dicere licuiſſet) Salue Marce Tulli, primus omniũ parens patriæ appellatus. quod ita ſcriptũ fuiſſe coniectatum nõ eſt ex cæteris uerbis: quibus paulo ante auctor utitur. Siue. ſalue tu primus omniũ parens ipſius patriæ appellatus. Siue. ſalue tu prime omnium parens patriæ appellate. Eſt enim illud parens uocatiuus.

Epitome capitis xxvii.

ASCEN. De zeugmate

℄ IN hypozeugmate ſeu in zeugmate ab inferiore uerbum debet ſequi ultimũ: aut ulterius ſuppoſitũ: quia ſemp uult cõformari uiciniſſimo aut uiciniori: niſi p cõparatione aut ſimilitudinẽ loquamur: tũc enim principali. i. ꝓcedenti cõformari uult. Quod uero de uerbo reſpectu ſuppoſitorum dicitur: idem de adiectiuo reſpectu ſubſtantiuorum intelligetur.

℄ Dicere ergo poſſum ſex modis: Fleuit mater & filii eius. ſic: Fleuit mater & filii eius. Mater fleuit & filii eius. Filii & mater eorum fleuit. Fleuerunt filii & mater eorum. Filii fleuerũt & mater eorum. Mater & filii eius fleuerunt. At ſic: Mater ut filii eius fleuit. Filii ſicut mater eorum fleuerunt.

PETrus de RON.

℄ IVXTA dictum Auguſtini uerbum finis amat ſeu Chriſtus iuſtus ornat præceptum: uenuſte tamen ponimus obliquum in principio ſuppoſitum in medio: ut uerbum: Petrus amat. idem: ſcilicet Petrus petit inſignẽ nomen: ut quæ dicta ſunt utilia & generale ſeu uniuerſale hoc dictum uidetur.

℄ Quod uerbum debet ſequi ultimum ſuppoſitum. Capi. xxvii.

Verbũ ultimũ ſuppoſitũ ſeq debere

Erbum debet ſequi ultimum ſuppoſitum in perſona, genere, & numero: ut. ego illum de ſuo regno: ille me de noſtra repu. percũctatus eſt. duo ſuppoſita ſunt: ego, & ille: quorum utriqꝫ uerbum accommodatur: ſed ſequẽti palam: antecedẽti per ſubintellectionem: ut fit: ut ego illũ de ſuo regno percũctatus ſum: ille me de noſtra repu. percũctatus. Cõuerte ordinem perſonarum: ſimul perſonam uerbi mutaueris, ſic. ille me de noſtra republica, ego illum de ſuo regno percũctatus ſum. Muta ergo genus, ſic. ego illum de ſuo regno: illa me de noſtra rep. pcunctata eſt. Muta numeros, ſic. ego illos, illa ſue de ſuo regno, illi, illæue de noſtra rep. percũctati, percũctatæue ſunt. Et item e contrario. In hanc tamẽ formulam nõ cadit, quotiens per comparationem, aut ſimilitudinẽ loquimur: quale eſt. melius ego iſtuc, quam uos feciſſem: nõ autem, ꝙ uos feciſſetis. hoc ille tam prudenter, ut ego, feciſſet: nõ autem, ut ego feciſſem. Hic enim ſubintelligiẽ ſic. hoc ille ſic prudẽter ut ego feci, & ipſe feciſſet. Melius ego quidam iſtud, quã uos feciſtis: feciſſem. Verbũ enim principale debet efferri: ſubintelligi aũt quod nõ eſt principale.

Epitome capitis. xxviii.

ASCEN.

℄ QVOTIES poſt unũ adiectiuum ſuppoſitũ aut obliquum poſueris his nec: neqꝫ: & tũ partim aut uel cõſimilẽ uel dictionẽ cũ duobus ſubſtantiuis uerbis: aut regẽtibus: neceſſum eſt ambo ſubſtantiua uerba: aut regentia illi uni adiectiuo ſuppoſito: aut obliquo in debitis accidẽtibus ꝯformari: & ſi aliqd exprimaſ. Secus. n. incõgrua atqꝫ iepta fuerit locutio.

℄ Tria ergo concurrere debent prius ꝙ fuerit incongruitas. Primum: ut adiectiuum ſuppoſitum aut obliquus præcedat

illas particulas nec &c. ut nulla eſt dicenda uirgo corrupto uel corpore uel mente inepta eſt. quæ ſit apta ſic: uel corpore uel mẽte corrupta. Secũdũ: ut bis ponaẽ particula, unde congrua erit corrupto corpore uel mẽte. Tertium, ut diuerſorũ ſint accidentiũ ad cõgruitatẽ facientium: quia congrua erit corrupto corpore, uel animo, uel ſic corrupta, uel mẽte, uel carne. Cauſa differentiæ eſt. quia dũ bis ponunẽ particule illæ ſignificant ea quibus addunẽ ad antecedens reſpicere: at ſemel poſita pmittũt aliud ſubitelligi: ut corrupto corpore, uel mẽte ſup. corrupta: dixit etiam ſi exprimatur aliud: quia inepte dixeris. Intelliges rem omnem, partim ex litteris meis, partim tibi nuncius dicet: quia dicẽdum eſt partim ex nuncio, ut textus declarat in conſimilibus.

Vel aut nec concordant diuerſa noia diuerſorũ generũ.

PETrus de FON

℃ VTRVM adiectiui plurima habeat ſubſtãtiua: ſolũ adiectiuum unum totale requirit ſubſtantiuum.

℃ Quod adiectiuo, cum præcedit, ſubſtantiua obſequi debent. Cap. xxviii.

Adiectiuo cũ pcedit obſeq ſubſtãtiua debent. Subſtantiuum quod pcedit.

ADiectiuo, cum præcedit: debent obſequi ſubſtantiua: aliter uitioſum eſt: ut hoc modo. Nulla uirgo eſt dicenda, uel corrupto animo, uel corpore: dic pro animo, mẽte: ſic. Nulla uirgo dicenda eſt; uel corrupta mente, uel corpore: aut, uel corrupto corpore, uel mente: non erit latinum. quod contra fit, aut pcedente ſubſtantiuo, aut reiecto in fine adiectiuo, ſic. Nulla uirgo eſt dicenda, uel mente corrupta, uel corpore: aut, uel corpore corrupto, uel mente: Item, uel mẽte, uel corpore corrupto: aut, uel corpore, uel mente corrupta. Similiter in plurali uariabo exempla ad euitandum faſtidium. Nemo diues eſt, uel ualitudine infirma, uel ſenſibus: aut, uel ſenſibus infirmis, uel ualitudine. Item. nemo felix eſt, uel conſcientia, uel membris affectis: aut, uel membris, uel cõſcientia affecta. Cicero tamẽ in Philip. inquit. Optima ſunt & mente, & uiribus: Neſcio an culpa librariorũ ſit: qui ita ſcripſerunt: pro eo, quod eſt, & mente optima ſunt, & uiribus: uel optimis ſunt & mẽte, & uiribus.

℃ Non recte dici: corrupto, uel corpore, uel mente. Cap. xxix.

Corrupto uel corpe uel mẽte nõ recte dici.

EX his, quæ tradidimus: palã eſt: nequaquã recte dici: corrupto uel corpore, uel mẽte: debet enim adiectiuũ illud ad utrũq; ſubſtantiuũ applicari in genere, & numero. Neq; de uel tantũmodo intelligo: ſed de cæteris quoq; coniũctionibus per & ut modo ex Cicerone attuli exemplum p nec, p ſiue, p cætera hmõi. neq; hoc ſolũ, ubi adeſt ſubſtantiuũ cum adiectiuo: ſed ẽt ſine eo: quale hoc eſt. tu nec faceres: nec ego permitterem. non eſt hic ſermo latinus. Dicẽdum nãq;. nec tu faceres: nec ego permitterem: aut ſic: tu nec faceres: nec a me facere permittereris. tota enim oratio dependet a prima dictione. Itẽ. Potes cognoſcere partim ex aliorũ ſermone: partim te edocebit ipſe tabellarius: nõ eſt latinum: ſed ſic. partim potes cognoſcere: & cætera: aut ſic: potes cognoſcere partim ex aliorũ ſermone, partim ex tabellario. Item. Puto tũ ex ſuperioribus litteris te omnia intellexiſſe: tum ex his intelligere potes. dicendum erat: tum ex his intelligere poſſe. Item. paratus ſis uel pugnare: ſi qui te laceſſunt: uel, ſi qui non ſunt: ne recuſes facere pacem. dicendum erat: aut ſine illo ne recuſes: aut ſic: uel pugnare paratus ſis: & cætera. Ex his, quæ dixi uideor reprehẽdere legẽ duodecim tabularũ. Liberi parẽtes in egeſtate aut alant: aut uinciant. quaſi dicendum fuerit. Liberi aut parentes in egeſtate alant: aut uinciant. Sed nõ eſt uetuſtas illa reuocãda ad hanc regulam: quæ cõſtat ex uſu eorũ: qui more illorũ uetuſto nõ ſunt locuti. tã & ſi haud dubie opinor primũ aut a quibuſdã adiectum: legiq; ita in uetuſtiſſimo quodã codice declamationũ Senecæ. Liberi parẽtes alant: aut uinciant. Huius etiam loci illud eſt: ne hoc modo uerba cõmiſceamus diuerſam naturã habentia: quale eſt. Ille mihi nec nocuit unquã: nec adiuuit: ego nec offendi eũ: nec profui. dicẽdum erat. ille mihi nec nocuit unquã: nec pfuit: aut ſic: ille nec nocuit mihi unquã: nec me adiuuit. Ego nec offendi eum: nec adiuui: aut: ego nec offendi eum: nec eidem profui.

Nec geminatum. Partim & partim.

Tũ ſum quõ geminetur.

Aut & aut

℃ Epitome capitis xxx.

℃ QVOTIES, a negatione incipimus & ſequũtur duæ negationes: ut bis nec, aut neq;. tres negationes illæ non plus q̃ duæ efficiunt. Verba etiam formidinis & cautelæ idẽ ſine negatione aut prohibitione & cum ea faciunt. Neutiq; nequaq̃: nuſq̃, & nuſpiam: quia ſimplicem negationẽ importãt uno uerbo contenta ſunt: necubi quia duplicem uerbum duplex poſtulet. Præter ea quoties dictionibus adeſt quædam contrarietas nõ poſſumus tollere alterain negationem cum non ſolum; non modo &c. circa quæ aduertendũ interdũ ad ea applicanda eſſe non ſed ẽt: uerũ ſed ſaltem, aut ſed certe De hac autẽ re uide latius ca. xviii.

ASCEN. Loco triũ negationũ duæ in oratiõe ponunẽ.

℃ Hæc oĩa textus dilucide declarat. Verũ Mãci. cõtra id qd de necubi dicit nec obiicit. Necubi & nequo ẽt uno uerbo cõtenta ſunt. Liuius enim in principio lib. iii. de bello Punico ſecundo ait: Hiſpanos & Afros & omne quod ueterani erat robur exercitus admixtis ipſorũ impedimentis necubi conſiſtere coactis, nec neceſſaria ad uſus deeſſent primo ire iuſſit &c. Cato in re ruſtica ca. v. Villicus ne ſit ambulator ſobrius ſiet ſemper. Ad cœnam ne quo eat familiam exerceat. Idem ca. cxlii. Neue ad domum neue ad ſe recipiat. Ad cœnam ne quo eat. Neue ambulat uix ſiet.

Necubi Nequo Manci.

℃ Tres negationes aliquando non plus efficere, quã duæ: & cætera. Cap. xxx.

TRes aliquãdo negationes nõ plus efficiũt. quã duæ, collocatiõe ipſa dictionũ efficiẽte ut: nũquã mihi nec obfuiſti, nec pfuiſti. Tres hic ſunt negationes: muta primã negationẽ in mediũ, aut in poſtremũ: iã euaneſcet: cũ ibi locũ nõ inueniat: ſic mihi nec obfuiſti unquã, nec pfuiſti: aut ſic mihi, nec obfuiſti nec pfuiſti unquã. Neſcis nec in

Negationes aliqñ nõ pluſq̃ duæ ualẽt Cũ negatiõe ne p ut non.

pace, nec

pace,nec in bello uiuere. Nec in pace nec in bel
lo ſcis uiuere. Ibi tres negõnes ſunt:hic duæ:cũ
eadẽ ſit ſñia. Vereor,timeo,metuo,& ſiqua ſũt
talia:idẽ efficiũt,uľ cũ negõne,uel ſine ea:ut. ue
reor ne ueniat:& uereor ut ueniat:timeo ne mo
riať:& timeo ut moriať. Et more Ciceronis,ut
ne,ꝓ ut nõ. Metuo ut ne peat. Et Terẽ. Appri
me i uita utile:ut ne qd nimis: pro nõ qd nimis.
Ex quo miror Seruiũ ita ſcripſiſſe primo geor-
gicoꝝ. Vnde male qdam hunc locũ ſcribunt.
pater adeſt:caue ne triſtem ſentiat. Si enim hoc
eſt,dicit:uide ut te triſtẽ ſentiat. nã & ne,& ca-
Nequaq̃ ue phibentis. Neutiq̃ pro nequaq̃. Et ipſum ne-
quaq̃,& nuſq̃,et nuſpiam ſimplicẽ negationem
indicãt. Ideoq; uno uerbo contenta ſunt:ut. ne-
Necubi quaq̃ ueniam:necubi uero duplicẽ: ideoq; du-
plex uerbũ poſtulat. Volo necubi mihi obuius
Sicubi. fias.i.ne alicubi:ut ſicubi,pro ſi alicubi: ſicun-
Sicunde de,pro ſi alicũde. Cætera,quæ de natura nega
tionum diſputari ſolent in libris dialecticæ no-
ſtræ cõtulimus. Quæ ideo præterimus:qđ fe-
re nõ ſunt ignota oratoribus: dialecticoꝝ uero
nemini cognita. Illud tamẽ ad uerbũ huc illinc
transferamus. Vir malus nulla laceſſitus iniuria
ab amicitia recedit:uel recedat. Vir bonus nul-
la laceſſitus iniuria ab amicitia recedet:uel rece
dat. Neſcio tñ an liceret dicere recedit hoc lo-
co. Eadẽ uerba danť malo uiro,& bono:ſed tñ
malus recedere ab amicitia intelligiť:bonus nõ
recedere:& ille nõ laceſſitus iniuria:hic laceſſi-
tus. Et haud ſcio an hoc ſic ſit ſatis ad hæc di-
ſtinguẽda dixiſſe:qđ alibi item ſignificamus:ali
bi admonemus. Huc addamus unũ:in quo non
pauci falli ſolent:ubi debeat geminari negatio:
Negatio ubi nõ debeat:ut hoc exẽplo. Nõmodo ſtellæ,
ubi gemi- ſed ne luna qdẽ ad ſolem ſeruat ſplẽdorẽ ſuum:
nari dẽat recte dř. Item hoc modo recte. nõmodo nullæ
ubi non. ſtellæ,ſed ne luna quidẽ:& cætera. At quotiẽs
dictionibus adeſt quædã cõtrarietas:non poſſis
tollere alterã negationẽ:ut hoc mõ. Nonmodo
ſtellæ nõ apparẽt:ſed ẽt luna ad ſolẽ obſcurať.
Sine negatione geminata nõ recte loquaris. Itẽ
nõmodo nõ abſoluo hunc:ſed ne leui qdẽ poe-
na cum eo tráſigendum puto. Quidam tñ nup
ſcripſit nõmodo abſoluẽdum hũc:ſed nec etiã
grauiter puniendũ puto. cũ dicere debuiſſet. nõ
modo nõ abſoluẽdum. Sũt enim diuerſa abſol-
uendum,& puniendũ. Item. non tãtum non cõ-
ſtanter,ſed etiã trepide & confuſe locutus eſt.
Item. nõ tãtum incõſtanter,ſed fortiter, & ꝓpe
minaciter locutus eſt. Male hoc ſm dixiſti,dẽ-
pta negatione. Erat enim dicẽdũ. nõ tãtum non
Boetii er- incõſtanter. In qđ uitium icidit Boetius li. iii. in
ror. Cice. topica,dicens. Si non cõfuſe ſolum,ue-
rũ etiam diſtributim,& in ſuaꝝ partium ꝓprie-
tate noſcanť. Dicẽdum erat. non ſolum nõ cõ
fuſe. Diuerſum eſt coꝝ uitium:qui ad illud nõ
modo applicãt:ſed etiam:cũ deberent applica
re,ſed ſaltẽ,aut,ſed certe,aut,ſed uel: quale eſt
Lactãtii libro primo. Quis enim mentis emo-
tæ nõmodo futura prædicere,ſed etiam cohæ
rentia loqui poſſit. Dicẽdum erat,ſed uel cohę
rentia:aut,ſed ſaltem cohærentia:aut,ſed certe
cohærẽtia poſſit loqui. niſi forte culpa librarii
eſt. Ego uero in utroq; non auctorem, ſed tale
genus orationis reprehendo.

¶Epitome capitis. xxxi.

¶PRAECIpiendo,aut optando indifferẽter fere dixeris, ASCEN.
ueni,uenito,uenias,& uenies ad me. ꝓhibendo autem ne ue-
nias:aut ne ueneris futuri tpis: non ueneris præteriti eſt tpis
& negat. Poetæ frequenter ne & non imperatiuo dant prohi
bendo:qđ orator rariſſime. Ne autem ſecundæ & tertiæ per-
ſonis prohibendo congruit:non uero primæ:ut non auſim:
non auſis:non audeam:ne audeas ſecus loqui.

¶Oĩa uero i textu notiora ſunt q̃ ut declarenť:addere poſ-
ſumus proſpiciendum eſſe ne diuerſos modos copulemus.

¶Veni ad me:uenito,uenias,uenies:ne uenias:
& cætera. Cap. xxxi.

VEni ad me: uenito ad me: uenias ad Veni ueni
me:uenies ad me:ſcribe ad me:ſcribi to, uenias
to:ſcribas:ſcribes:indifferenter pene uenies ad
hic q̃ttuor utimur:hoꝝ tñ uno in ne- me idiffe-
gatione ne uenias:& altero, quo in affirmatiõe renter.
nõ utimur:in hunc modũ. ne ueneris. Nã ipm,
ueneris,duobus modis accipiť: uno ſubiũctiuẽ:
ut: ſi ueneris:uel: cũ ueneris:altero ſine ſubiun-
ctione:ideo illud nõ eſt uerbũ principale: huic
adeſt. ut. ſi me iuueris:rem optimã feceris. Di-
mitte me:& diuitẽ feceris. Aufer huic magiſtra
tum:& eũ iugulaueris. Eamus in portũ:iam na-
ues uenerũt. Cicero. Atqui nobis gratiſſimũ
ut ẽt pro Scipione pollicear feceris: ſi quo: &
cætera. Sciendũ tñ eſt:qđ hæc oĩa uerba futuri
ſunt tpis: ueluti ſi ita cõmutemus. ſi abſtulero
huic filiã:eum iugulauero:non aũt eum iugula
uerim. Ego hoc uidero:tu uideris:uos uideri-
tis:q̃ſi hoc ego uidebo:uel uideam:tu uidebis:
uel uideas. Ne ueneris:futuri item eſt tpis: non Ne uene-
ueneris:præteriti. Illud uetat:hoc negat:qđ ſm ris
cõe eſt,cũ prima pſona,& tertia:ut. Neq; uero Nõ uene-
crediderim. Neq; uero fuerint in ea opinione, ris quõ
qua cęteri. & ſine negatione improbe dixerim: differant.
dixerit aliqs:non ueni:non fac:nõ iugula: apud
oratores fere nunq̃:ſed apud poetas. ut Virgil.
Ne ſæui magna ſacerdos. Et Terentius.
Ne nega. Liui. lib. ii. Craſtino die oriente ſo-
le in aciẽ redite: erit copia pugnãdi:ne timete.
& Quint. Tu illã defende:ama:ne relique.
Hic nos Quint. admonet:ne pro illo,ne feceris
dicamus:non feceris:qa alteꝝ negãdi eſt:alteꝝ

uetandi. Ideoq; ne cum prima pſona ſingularis numeri nunq̃ cõiunctum inuenimus, ob eã cauſam, ꝓpter quã impatiuum caret prima pſona in ſingulari: qa nemo ſibi ſoli aut impat, aut uetat. unde frequẽter legimus ne timuerimus: ne timeas: ne timueritis: ne timeant: nunq̃ aũt ne timeã: niſi ne pro ut non. ſed nõ timeã, nõ auſim, non ſperem, nõ timuerim, non ſperauerim, non crediderim: id eſt timere, audere, ſpare, credere nõ poſſum: aut, non debeo: ita in aliis pſonis. ut idẽ Quintilia. Non expectes ut ſtatim grãs agat: qui ſanaẽ inuitus: id eſt: expectare nõ debes. nõ enim eo mõ hoc dixit, quo dicere ſolemus: cũ uetamus ne me expectes amplius. Hic enim negatio eſt: nõ uetatio: ita non expectaueris: & ne expectaueris: quoꝝ alteꝝ præteriti tẽporis eſt: negatq;: alterum futuri: & uetat.

ASCEN

℄Epitome capitis xxxii.

℄VENVSTE etiam poſt negationem loquitur alia per ſi non aut niſi: ut late patet in exemplis in textu citatis.

℄De negatione adhuc: quod ad elegantiam pertinet. Cap. xxxii.

Negatio ad ſolam elegãtiã ptinet.

HOc, quod adhuc de negatione ſubiiciam: ad ſolã eleg tiam dicendi ptinet: qd quale ſit, ſubiectis exẽplis per ſe apparebit. Quintilianus. Nõ eſt difficile: ut maritũ uxor occidat: ſi nõ eſt difficilius: ut filius patrẽ. Idẽ. Atq; eo eãm dimittimus: ut non ſit abſoluẽdus adoleſcens: niſi etiã laudãdus. Idem. Quare non petit ut miſeꝝ puteti: niſi & inocẽs fuerit: nõ petit ut afflictũ alleueti: niſi & ꝓbauerit ſe fe iſelicioreꝫ qd patrem amiſit: q̃ qd oculos. Seruius ſulpitius. Atqui amittere liberos malũ eſt: malũ: niſi hoc peius eſt, ferre, & ꝑpeti. Saluſtius. Parcite dignitati Lentuli: ſi ipſe pudicitiæ, ſi famæ ſuæ, ſi diis, aut hominibus unquam ullis pepeit. Ignoſcite Cethegi adoleſcẽtiæ: niſi iteꝝ patriæ bellum fecit. Titus Liuius lib. xxxi. Nã qd ad ea attinet: quę nobis obiecit: niſi gloria digna ſunt: fateor ea defendi nõ poſſe. Ouidius. Nec tñ hæc ſeries in cãm proſit Achilli: Si mihi cum magno nõ eſt cõis Achille. Huic ſimile eſt, q̃le apud eundẽ. Mẽtior: obſcuꝝ niſi cũ nox fecerit orbẽ: Nup honoratas ſũmo mea uulnera telo. Videritis ſtellas. Et Quintilianus. Mẽtior: niſi cũ pegrinatio mea nos diduceret: maluit eſſe cũ matre. & iteꝝ. Aſſidere enim, cibos miniſtrare, manũ porrigere, q̃libet poterat: mentior: niſi factũ eſt. Idem uerbũ apud Ambroſium eodẽ modo poſitum tum in libris officioꝝ, tum in exameron, tum in aliis repies: & apud Cyprianum ad Donatum. Mẽtior: niſi alios, qui talis eſt, icrepat: turpes turpis iſamat,

℄Epitome capitis.xxxiii.

℄VTER utri uocuit recte dr: uterq; utriq; duriter: neuter neutri nequaq̃: uterq; alteri, aut neuter alteri rectiſſime. Et ſicut uter utri: ita quis cui etiam in aliis caſibus. ASCEN

℄Si quis dicat neuter neutrum pcuſſit: ſenſus erit: qa uterq; utrunq;: hoc eſt & ſe & alterum: & ideo non dicam uterque utrunq; percuſſit: niſi ſe percuſſerint ambo: ſed uterq; alteꝝ: quæ res elegantiam inuenit. Nam ſi uterq; ſe & alterum percuſſit: uere diceres uterq; utrunq; percuſſit: quæ res in conſimilibus animaduertenda eſt.

℄Vter utrum accuſat. Cap. xxxiii.

Vter utri accuſat

VTer utrum accuſat latine dr: ut Cicero pro Milone. Vter utri inſidias fecerit. uterq; utriq;, uix auſim dicere: neuter neutri, oĩno non dixerim. Terẽ. in phormione inqt. Quia uterq; utriq; eſt cordi. In decimo quoq; cõmentario reꝝ a Cæſare geſtaꝝ, ſiue ab Ircio, ſiue ab Oppio (nã incertus auctor eſt) edito ſic legi. Interim diſſenſione orta inter Achillẽ, & Arſinoem, cũ uterq; utriq; inſidiareẽ: & ſũmã impii ipſe optinere uellet. Cicero aũt, & Quintilianus (quãtum inueni) ſic nunq̃ locuti ſunt: quoꝝ prior ſic ait. Quoꝝ uterq; ſuo ſtudio delectatus cõtẽpſit alteꝝ. poſterior ſic. Cũ enim uterq; alteri obiiciat: palã eſt utrũq; feciſſe. Atq; ſic dicẽdum eſſe per illud frequentiſſimum ꝓbaẽ. alter alteri obiicit: alter alteꝝ contẽnit: alter alterum accuſat. alter enim alteꝝ, nõ ambo ambos accuſant. Idẽ dico de neuter. ut idẽ Quintilianus. Ita fiet: ut cũ æquali cura linguam utranq; tueri cœpimus: neutra alteri officiat. Quare peccauit tũ amicus meus (ſi amicos licet palã reꝑhendere) qui mihi nuper ad ſe ſcribẽti uter utri bellum intuliſſet. rñdit neuter neutri: aut potius uterq; utriq;: tum Priſcianus: qui lib. ii. ait. Fiſcina uero a fiſco: an fiſcus a fiſcina: an neuter a neutro: dubium eſt. debuerat dicere. an neutrum ab altero. Nam quod a ſe non deriueẽ: ſupuacuum eſt dicere. ſed dicẽdum tñ ab altero: non autem a neutro: qua ſi nec ab altero, nec a ſe. Ne illud qdẽ ſileamus. Vt dicimus uter utri: ita quis cui: ut Virgilius. Quæ quibus anteferam. Et Cicero. Quid cui præponendũ ſit. Quintilianus. Quid quo loco ſit collocãdũ. Idẽ. Vt dubiũ ſit qd quo referri oporteat.

Cæſaris cõmentaria icertũ cuius ſint auctoris

Alter alteꝝ dãnat.

Neuter

Fiſcina Fiſcus.

Quis cui.

℄Epitome capitis.xxxiiii.

℄PRIVS aduerbium ad tempus reſpicit: prior ad perſonam: unde utrũq; dicere licet: ſed in diuerſo ſenſu: uocaui te prius & prior immo & priorem. ASCEN.

℄Vocaui te prius· uocaui te prior. C. xxxxiiii.

Prius uocaui tps. Prior uocaui pſonã ſignẽat.

VOcaui te prius, non eſt idẽ, qd prior. Illud ſignificat tps: quaſi priuſq̃ nunc uel tunc: hoc uero perſonam. i. ego duorum prior: & hoc quãdo duo ad unum referuntur. Siquidẽ ego, & hic, te uocauimus: ſed ego prior: hic autem poſterior: ita fit:

Prim⁹ uocaui te. Primũ te uocaui.

cum unus ad duos referť. Vocaui te priorem, melius, quam prius: illum autem poſteriorem, melius, q̃ poſterius. Per paſſiuum quis iam hoc nequeat dicere? uocatus es a me prior: ſi duo eſtis: uocatus es a me priore: ſi duo ſumus. Eadem rõ eſt ſuplatiuoꝝ, primus, & poſtremus, et ſiqua ſũt alia. uocaui te primus, uel poſtremus: ſi multi ſumus: uocaui te primũ uel poſtremũ: ſi multi eſtis. Nonnunq̃ ex neutra pte ſunt duo: ſed utrinq; ſinguli: et tñ ꝑ hoc idẽ cõparatiuum loq̃muntur. uocaui te prior: pcuſſi te poſterior: ſuppleq̃ tu me. Nõnũq̃ hinc unus eſt: illinc plures: ut. uocaui uos prior: ſuppleq̃ uos me: uocauimus te priores: ſuppleq̃ tu nos. Idẽ de ſuplatiuo: ubi multa membra ſunt. ut. primi nos uenimus: uos poſteriores: ille ultimus: primus ego intraui uallum: tu ſerior: illi tardiſſimi.

℃Epitome capitis. xxxv.

ASCEN.

℃VERBA ad accuſationẽ & dãnationem ptinẽtia regũt crimen & pœnã in gtõ aut ablatiuo: exceptis his dictionibus altero, neutro, utroq;, & ambobus q̃s in ſolo ablatiuo regũt. ℃Cauſam nõnulli putant: ꝙ dicendo arguo te furti & parricidii: ſubintelligatur crimine: cui conformari debeat adiectiuum dicendo utroq;: ut ſit utroq; crimine & furti & parricidii, aut neutro, aut altero, aut ambobus: ſcilicet criminibus, ſiue autẽ id dicamus: ſiue quia auctoribus placuit: ita loqui obſeruanda eſt peritorum conſuetudo.

℃Teneť ne ſacrilegii? an furti? an utroq;. C. 35.

SIquis furetur rem ſacram de prophano: tenetur ne ſacrilegii? an furti? an utroq;? non autem utriuſq;. qui ſuſtulerit rem ſuam de ſacro: furti ne tenetur? an ſacrilegii? an neutro? non autem an neutrius. Accuſare hunc potes, uel furti, uel ſacrilegii, uel de utroq;, uel de ambobus: nõ autem utriuſq;, aut amborum. Condemnare non licet de utroq;, ſed de altero: uel furti, uel ſacrilegii: non autem ſed alterius: uel furti, uel ſacrilegi. Cur ita ſit ut demus uarios caſus eidem uerbo, præſertim ſub coniunctionibus, quæ eoſdem coniungere caſus debent? Nempe quod nomina peccatorum cum huiuſmodi uerbis idẽ ualent in genitiuo, quod in ablatiuo præpoſitione habente, uel non habente: non idem in cæteris. Neq; hoc in his modo nominibus, quæ certum peccatum ſignificãt, & ſpeciale: ſed in his etiam, quæ generale & incertum. ut Cicero.

Pctõꝝ nomina idẽ in gtõ ualere ꝙ in abltõ cuž uerbis.

An non intelligis primum quos homines, & quales uiros mortuos ſummi criminis arguas?

Et iterum. Sceleris, atq; nefarii parricidii cõdẽnauimus. Per hæc uerba licebit tãti & quãti, cum ſubſtãtiuis adiunguntur: per genitiuum uti: ut. quantæ pecuniæ condemnaſti? tantæ ſũmæ damnaui: quantæ poſtulaſti. Liuius libro xlvii. Sed nequaquam tantum relictum eſt: quantæ ſummæ damnatus fuerat.

℃Epitome capitis. xxxvi.

ASCEN.

℃IMPLEO & refercio ablatiuum ſine præpoſitione regere poſſunt: aut mediante præpoſitione de: quæ tunc neceſſario additur quando ſignificatio eam exigit. Regunt etiam genitiuos: ſed uſitatius eorum nomina: ut plenus gratiæ referto prædonum mari.
℃De Verbo eſt illud Virgilianum Aeneid. 1. Implentur ueteris Bacchi: pinguiſq; ferinæ. Sunt & alia nomina genitiuũ, aut ablatiuum regentia: ut pauper, egenus, inops, dis, diues, locuples, abundans: & ſimilia.

℃Impleo, & refercio abltũ poſtulãt. c. xxxvi.

Impleo. Refercio cũ abltõ.

COntrarium prope huic eſt, qđ ſubiiciam. impleo, & refercio, & ſimilia uerba, ablatiuum ſine præpoſitione poſtulant: ut. impleui nauem frumẽto: & referſi apothecam uino: & tamen aliquando addimus illam præpoſitionem de: ſic. impleui nauem de omni genere frumenti: & referſi apothecam de uaria natura uinorum. Vix auſim dicere. impleui omni genere frumẽti: &, referſi uaria natura uinoꝝ. hoc, quod dicimus, exemplo cõprobãdum eſt. Cicero de oratore.

Quod ſi tãtam uim reꝝ maximaꝝ arte ſua rhetorici amplecterenť: quærebat cur de pœmis, & de epilogis, & de hmõi nugis (ſic enim appellabant) referti eſſent eoꝝ libri. Hic nequaq̃ licuiſſet ſine præpoſitione loq. Non enim libri illi referti ſunt prooemiis, & epilogis: ſed præceptis prooemioꝝ, & epilogoꝝ: ſicut in ſuperioribus: nõ eſt nauis impleta oi genere frumẽti: ſed frumẽto ois generis: neque apotheca referta oi natura uinoꝝ: ſed uino ois naturæ. Quia de refartio, & impleo feci mentionẽ: dicam hoc amplius de refertus, & de plenus. Exemplum, qđ modo attuli: oſtẽdit refertus poſtulare abltũm: ſicut impletus: ſicut uacuatus: ſicut uacuus. Idẽ tñ Cicero ait pro lege Manilia. Referto prædonum mari. Et pro Plantio. Audierã refertam eſſe Græciã ſceleratiſſimoꝝ hoĩum, ac nefarioꝝ. Sed nunc trãſit in nomẽ: tametſi cætera hmõi noia ablatiuũ ſemp habent: ut: uacuus incolis, nõ incolaꝝ: frequens populis non populoꝝ: præterq̃ plenus: cui Cicero ſemp gtũm dedit. De cæteris auctoribus nõ poſſum in uniuerſum ꝓnunciare: cum multi ẽt ſuæ ætatis ablatiuum dederint. Varro lib. i. reꝝ ruſticaꝝ. Nihil ſua intereſſe: utrum his piſcibus ſtagnum habeat plenum: an ranis. Et Saluſti. in Iugurth.

Refertus cum gtõ. Vacuus Frequens Plenus

Quæ quãquam grauia, & flagitio plena uidebantur: tamen quia mortis metu mulctabantur: ſicut regi libuerat: pax cõuenit. Apud hos duos plurimoſq; alios illius ætatis homines reperimus nouiſſimus, & nouiſſimo, poſtremus, & poſtremo: apud Ciceronẽ nunq̃. Suo itaq; arbitrio ſcriptores utũtur. Poſteriores uero omnes, ut hoc nomen nouiſſimus pro ultimo, ita

etiã plenus uino dixerunt: non ſolũ plenus uini. Quare qui ſolo genitiuo cõtentus erit: Ciceronem imitabiť. qui utroq; caſu utetur: cæteros: ſed in itendo hébit & uetuſtatis rõnem, & lucis. Quod uel ex ꝓximo exemplo oſtenditur. Aue gratia plena. Ego ad euitãdam amphiboliam dixiſſem. Aue gratiæ plena: queádmodũ in alio factum eſt: ubi nõ erat ambiguitas: plenũ grę & ueritatis: licet diuerſa uerba hic ſint, atq; illic. in altero eſt. κεχαριτωμένη. πλήρης in alteroι χαριτοσ και αληθειασ. Liuius ut nomini plenus dat etiam ablatiuum: ita uerbo impleo dat etiam genitiuum: ut in quinto. Ipſe multitudine quoq;, quæ ferme ſemper regenti eſt ſimilis: religionis iuſtæ impleuit.

Nouiſſimus ꝑ ultimo.

ℭEpitome capitis. xxxvii.

ℭPOTIOR nunc ablatiuum regit: olum dictionũ præter genitiuum reꝝ in quo ablatiuus impio aut dominio ſub audiri uideť: olim etiam accuſatiuũ rexit: exponiturq; ꝑ obtinui. eſt enim de rebus: quæ molimine & conatu obtinẽtur: & tam tertiæ q̃ quartæ coniugationis reperitur.

ASCEN. Potior.

ℭPotior, & gtĩ, & ablrĩ hr̃e poſſe. c. xxxvii.

POtior hos eoſdẽ caſus hére põt: ſed cum cæteris frequentius ablatiuũ: cũ hoc noie, res, fere ſemꝑ gtĩ: ut. Lacedæmonii reꝝ diu potiti ſunt. i. reꝝ impium diu tenuerunt. In aliis noĩbus magis ſignificatio exponiť per optinuerunt, q̃ per tenuerunt: ut. potitus ſum uictoria: ſum potitus amica. i. pugnãdo, uel, laborando, obtinui uictoriã, uel, amicã: in præſenti tpe plerunq; pro fruor. Cicero. Quod ſi his uoluptatibus bona ætas fruitur libentius: primũ paruulis fruitur rebus: ut diximus: deinde his, quibus ſenectus, etiã ſi nõ abunde potitur, non oĩno caret. Pro eodẽ poſuit fruitur ac potitur. Potiť pro potitus eſt, pręſertim more hiſtorico, legimus. potior a potis deſcendit: ideoq; illi in ſignificatione ſimillimum eſt. Nam ſum cõpos mentis, compos animi, compos rationis, compos ſanitatis: qđ hæc habeo: at compos uoti, compos uictoriæ, compos optati, qđ hæc opera mea atq; labore optinui: optineoq;. Illud tamen ſciendum eſt: apud Ouidium in duodecimo ſic legendum. Tuq; tuis armis non te poteremur Achille. Non poteremur, ante penultima breui non longa, a tertia ſcilicet, non a quarta coniugatione.

Potior cũ nomine, Res ſemꝑ genitiuo fere iũgiť.

Potior a potis deſcendit

Cõpos ſũ uoti.

ℭEpitome capitis. xxxviii.

ℭTRAIICIO tã uirtute ꝑpoſitionis q̃ uerbi actĩ regere põt: unde interdum duos ſimul regit: ſed in diuerſo ſenſu.

ASCEN.

ℭTRAIICIO ex trãs & iacio: remotis n, & s, ſigñat traduco, trãſporto. Nãq; ꝑprie ante quę traiiciũt trãſportare, ſeu traducere dici poſſunt: alii uero traduciũt tm̃ cum traiicere dicunť. Liui. docet lib. 1. Præſe armẽtum agens: nam eo traiecerat Plantius Cicero exercitũ ad calendas Maias Rhodanũ traieci. Traiicio. In his exẽplis qdam nolunt dicentes: traiicio exercitum. i. trãſporto exercitum trans mare, aut flumen. Liui. de ſecundo bello Puni. Amen uado traiicier.

PETrus de FON

ℭTraiicio. Cap. xxxviii.

TRaiicio exercitũ. i. trãſporto exercitũ trans mare flumẽ, aut trãs flumen. Traiicio mare, uľ flumẽ. i. trãſeo. Aliqñ utrũq; cõiunctim. ut Li. Traiecit copias Hibeꝝ. & Pla. Traieci exercitũ Iſarã.

Traiicio.

ℭEpitome capitis. xxxix.

ℭDO tibi literas ad alium perferendas: ut reddas. do ad te literas: ut lecturus accipias.

ASCEN.

ℭDo tibi litteras: do ad te lr̃as. Cap. xxxix.

DO tibi lr̃as, tanq̃ tabellario: do ad te lr̃as, ſcilicet ad te ꝑferendas. Aliqñ hæc duo coniunguntť. ut Cicero. Dedi illi ad te litteras. Et Saluſtius. Vulturno lr̃as ad Catilinã dat. Ergo qui mittit lr̃as: dat: cui litteræ dantur: ſi perfert: reddere dr̄: ſicut ille, ad quem dantur, accipere.

Do lr̃as tibi & ad te qũo differant.

ℭEpitome capitis. xl.

ℭEO AD uillam: & in uillã pro eodẽ dicimus: ſed confero in patrem & ad patrem munus differẽter: nam illic eſt beneficium & donatio: hic obſequium aut ſola prolatio.

ASCEN.

ℭEo in uillam: eo ad uillam. Cap. xl.

EO in uillã: & eo ad uillã: ꝓficiſcor in cãpũ, & ad cãpũ: cõfero me in agrũ, & ad agrũ: & itẽ in ſil̃ibus, pręterq̃ in hoc ultimo uerbo: quotiẽs referť ad pſonã. Dicimus enĩ cõtuli me ad Catonẽ: & cõtuli me ad patrẽ: non aũt in Catonẽ, & in patrẽ: ad diſtinguendã uidelicet ſigñationẽ. Nã cũ dico: cõtuli in pſonã: nõ potes addere alterã pſonã, uelut me: ſed rẽ, uelut bñficiũ: eritq; ſigñatio donationis: ut. multa cõtuli in Catonẽ. i. multa donaui Catoni. Nemo in patrem põt tanta bñficia conferre: quanta contulit pater in filium.

Eo ĩ agrũ & ad agrũ Cõferoqñ ſigñat pſonã cũ ad qñ rẽ cuꝫ de.

ℭEpitome capitis. xli.

ℭREFERO tibi. i. recito & enarro: refero ad te. i. in cõſultationẽ tuã fero: & iudicium tuũ poſco plerunq; ſignificat.

ASCEN.

ℭRefero tibi: refero ad te. Cap. xli.

REttulit mihi: & rettulit ad me: ita differũt: illud eſt: narrauit: hoc uero, in cõſultationẽ tulit. ut Quinti. Relaturus uobis iudices ordĩe malorum meoꝝ euẽtũ: quẽ nemo tã crudelis, nemo tã ſæuus audiet: ut me non paſcat. ſed hoc nemini ignotũ eſt. Idẽ. Vultis ſcire iudices nihil in patiẽtia charitatis feciſſe patrẽ: non rettulit ad matrẽ: nõ ꝓpinquos cõſuluit: nõ amicos. Cicero ĩ Catilinã. Refer, inquis, ad ſenatũ: ideſt fer in cõſultationẽ ſenatus. Vir. iii. Aeneidos. Delectos ppl̃i ad ꝓceres, primũq; parẽtẽ Mõſtra deũ refero. Et ne dubitares de ſenſu ſermõis hui⁹: more ſuo aperuit ſubiũgẽs. Et quæ ſit ſnĩa poſco. Pauloq; poſt. Surge age: & hæc lętus lõgæuo dicta parenti Haud dubitãda refer. Sũt enim deoꝝ uerba, nõ cõſilium ab anchiſa petẽtium: ſed illud, quid agendum ſit, docentium.

Refero tibi Refero ad te.

Ideoq; additur illud: Haud dubitanda. Porro utraq; harum ſnīarum in uerbo uerſatur: aliquā etiā in facto: ſed diuerſa eſt ſignificatio. ut Quintilia. Ad patrē arma nō rettuli: id eſt reportaui. Et Cicero. Si ad unum oīa referēda ſunt: digniſſimum eſſe Pōpeium: hoc eſt ſi in unū oia conferēda ſunt: de te intelligitur nō de orone. Quid illud, quale eſt, eiuſdē pro Deiotaro? Qui rumores ad ſe referrent: Et q̄le eſt Cæſaris? Vt quæ diceret Arioiuſtus: cognoſcerent: & ad ſe referrēt. Hic de uerbis agitur: et tñ nō ſignatur ferri in cōſultationē, ſed potius narrari, & renūciari mandata ab altero data. Præterea hic ſolet adhiberi actūs, uel noiatiuus: ibi crebro, in pſa præſertim, ablatiuus cū ppoſitione de: ut. de oibus his referā ad ſenatum. Oia autem hæc referam ad ſenatum: rarius dicitur: tñ ſignificat idē, quod eſt: in ſenatorum conſilium feram.

¶Epitome capitis.xlii.

ASCEN. Interdico

¶INTERDICO tibi aqua & igni: potius q̄ aquam & ignem: & interdictum eſt tibi aqua & igni: potius q̄ aqua & ignis interdictus eſt tibi: ſed ſic quoq; reſoluere licet: aut tertio ſic. Tu interdictus es aqua & igni. Sunt autem tres modi reſoluēdi accuſatiuum dum actiuum mutatur in paſſiuum. Vnus ſic: Dedi tibi equum: equus datus eſt tibi a me. Secundus ſic: Docui te muſicam: tu a me doctus es muſicam: non muſica docta eſt a te. Tertius dum uterq; reſolui poteſt: ut rogaui te ueniam: id eſt tu rogatus es a me ueniam: uel uenia rogata eſt ex te a me.

Mancinellus citat. Laurētiū. Valerius.

¶Animaduertendum ergo q homo dicetur doctus: nō res quam didicit. & ueſtitus: non ipſa ueſtis. & indutus potius q̄ indumentum. Mancinellus probat interdico etiam cum accuſatiuo conſtrui his uerbis. Interdico tibi aquam & ignem dici etiam poſſe oſtendunt. Iuſtinus li.5. Et cui antē omnem humanam opem interdixerat. Seneca epiſtola.67. Interdices mihi inſpectionem rerum naturæ. Ouidius lib.6. Metamor. Cui quondam regia coniūx Orbem interdixit. Valerius Maximus lib.2. Interdixit etiam ei coniunctum holum: uſumq; balnearum: turmaſq; equitum: quibus præfuerat: ademptis equis in funditorum alas trāſcripſit. Neſtor addit & aliorum exempla: ut Suetonii in Nero. Et cum interdixiſſet uſum amethiſtini ac tyrii coloris præcluſit cunctos negociatores. Seneca lib.iii. de Ira. Si iubes Cæſar: ſtatim illi domum meā interdicam.

¶Interdico tibi aqua & igni. Cap.xlii.

Interdico tibi aq̄ & igni. Actiuū in paſſiuum mutandi tres modi

INterdico tibi aqua, & igni: non autē interdico tibi aquā, & ignem: neq; interdico te aqua, & igni. Quo autem mō mutabitur in paſſiuum hæc orō? ſunt tres modi (quātum colligere poſſum) mutādi actiuum in paſſiuum. unus: ubi adeſt ſolus actūs: ab eo in noiatiuum mutato incipiēdi: ut. dedi tibi equū: equus a me tibi datus eſt. alter: ubi ſunt duo accuſatiui: alterum in noiatiuum conuertēdi: alterum relinquendi: ut. docui te muſicā: tu a me doctus es muſicā: non aūt muſica docta eſt a me te. tertius: utrunlibet horum accuſatiuorum mutādi in noiatiuum: alterum uel relinquēdo, uel in ablatiuū cum a, uel ab trāſferendo ſic. ego rogaui te ueniā: tu rogatus a me es ueniam: uel uenia abs te rogata eſt mihi: licet p hoc ſm tu magis uidearis rogaſſe pro me, q̄ ego te. Quē horum modorum huic uerbo tribuemus? nullū: et tñ tres iſtis ſimiles. unus hic eſt. tibi interdictū eſt aqua, & igni: qd̄ eſt frequētiſſimum. Alter hic. aqua, & ignis tibi interdictus eſt. Vt Liuius lib. viii. Interdictūq; pplo Antiati mare. Quod ſi eēt, mari: prioris modi foret exēplū. Tertius hic. tu iterdictus es aqua, & igni. ſed tñ hic modus eſt cæteris rarior. Metellus Numidicus. Illi uero oī iure, atq; honeſtate interdicti ſunt: ego neq; aqua, neq; igni careo.

¶Epitome capitis.xliii.

¶PLVIT apud pitiores ſuppoſito caret: pro appoſito uero abltō gaudet: licet aliis caſibus uulgo iungunt. Ningit tā ſuppoſito q̄ appoſito. i. caſu tā anteriore: q̄ poſteriore caret. ASCEN. Pluit.

¶Dico ablō gaudet. Nam ēt alios caſus recipit: unde Mancinellus. Pluit ſanguis uel lapis: pluit ſanguine & lapidibus: & pluunt lapides in ntō ſcilicet. Et Deus pluit aquā recte dr. Tibullus lib.2. Multus ut in terris deplueritq; lapis. Statius li.8. Thebaidos: Saxa pluunt. Pli. lib.2. Præter hæc inferiore cælo relatum in monumēta eſt lacte & ſanguine pluiſſe. Ibidē: Effigies quæ pluerat ſpōgiarum fere ſimilis fuit. Plautus in Muſtel. Venit imber: lauit parietes: perpluunt tigna: pluere facitq; operam fabri. Ibidem: Quam mihi amor & Cupido in pectus perpluit meum. his igitur patet pluit habere ſuppoſitū nominatiuum uel ablatiuum. Et Deus pluit carnē: & huiuſmodi dicendi genus nō ſolum nūc dici. ſed a Plauto quoq. Hæc ille. Nihil tñ Plautini in approbationē dicti ſui citat. Nam aliud eſt depluere & perpluere: aliud pluere. Multa enim cōpoſita actiua ſunt: quorum ſimplicia abſoluta. Itaq; apud Tibullum: depluerit: eſt quaſi ceciderit deorſum in morem pluuię. Perpluit autem eſt per medium pluit. Vnde in Plauto: ppluunt tigna: ſignificat q per medium tignorum pluit: nec eſt accuſatiui caſus dictio tigna: ſed nominatiui: ſicut amor & Cupido in pectus perpluit meum. Mancinellus. Limæ ſum us.

¶A PLVO pluuia: & a pluuia pluuioſus cum annus dicitur, in ſuerunt frequentes pluuiæ. Itē pluuium & cōpluuiū: & implutus quaſi pluuia madefactus: & ipluuiatus color pullus: quaſi fumato ſtillicidio implutus uilli deprehenſi: uilli eius fontes deprehenſi: hoc eſt tandem inuenti ſunt. PETrus de FON.

¶Pluit. Cap.xliii.

Pluit Ningit

PLuit, caret ſuppoſito, hñs appoſitum abltīn. ut Liuius. Nūciatū eſt i Albano lapidib9 pluiſſe. licet nūc dicam9. Deus pluit carnem: pluit mānā: pluit eſcā. Nīgit uero ſuppoſitū, & appoſitū reſpuit.

¶Epitome capitis.xliiii.

¶DECET, iuuat, & cōducit pro utile eſt: nō plane ſunt impſonalia: quia iterdum hñt ſuppoſitum etiam pluralis numeri: quin adeo ſi infinitiuus pro ſuppoſito cſtruat fere pſonalia fuerint. Explicit & expliciūt in doctorum uſu non ſunt. ASCEN.

¶Vt decet me cantare: cantare me decet. Et in hymno talis partus decet Deum. Pro explicit autem dicunt nonnulli explicitum eſt.

¶Decet: iuuat: conducit. Cap.xliiii.

Decet Iuuat Conducit Explicit.

DEcet, iuuat, cōducit, pro utile eſt, & ſiqua ſunt alia: nec pſonalia ſunt plane: nec impſonalia: cū hñt numeros. hæ ueſtes decent nos: iſti cibi iuuant te: ſtudia ſecreta maxime conducūt. Explicit, expliciunt, nunq̄, quod ſciam, legi.

ℭEpitome capitis.xlv.

ASCEN.

ℭAVSCVLTO & audio:aut potius audiens ſignificãtia
obedire datiuũ regſit:ſignificãtia auribus cape accuſatiuũ.
ℭVt fili ſi mihi auſcultaſ uoles eris mãdatis diuinis audiẽs.

ℭ Auſculto te:auſculto tibi. Cap.xlv.

Auſculto te & tibi. Audio te & tibi.

AVſculto te:audio te:auſculto tibi:ob
tẽpero tibi:ſum audiens te: quod te
audio:ſum audiens tibi: qđ tibi obe/
dio.ut lex.xii.tabulaꝝ apud Quinti/
lianum. Filiũ minus dicto audientẽ liceat ab/
dicare. Cicero in Philippicis. Et audiẽs eẽt
huic ordini. Et pro Deiotaro. Aut qui dicto
audientes in tanta re non fuiſſent. Cum uerbo
reperiſſe apud ſcriptores proſæ orationis tale
loquendi genus non memini : ſed apud Plautũ
in comœdia, quæ iſcribitur captiui duo:memi
ni. Cum dicto haud audiebat:facto nõ lædat
licet. Hinc eſt quare unum obedio ex compo
ſitis ab audio poſtulat datiuum.

ℭEpitome capitis xlvi.

ASCEN.

Mãcinellus hoc hẽt i ſpiceg ꝙ dono cũ datiuo & actõ cõſtruitur.

PETrus de FON

ℭDONO tibi munus notum eſt: dono te hoc munere,
aut præmii, aut beneuolentiæ, aut miſericordiæ gratia.
ℭSunt & alia quæ ſic accuſatiuum cum ablatiuo regunt:ue
beo, dignor, accumulo, augeo, doto, dito, locupleto, beatiſi
co:ſed nõ ſic datiuum regũt:ut dono & impertior:ut pluri/
ma ſalute te imptior:& impertior tibi plurimam ſalutem.
ℭDONO donas & uerbale.donatio dona ſunt quæ aut
pro placãdis diis dantur:aut hoibus pro beneficiis:quæ nul/
la neceſſitate iuris:ſed ex pote præſtantur:quæ Munera crede
mihi placant homineſq; deoſq; Placatur donis Iuppiter ipſe
ſuis:aliquando donum dicitur de rebus pernitioſis. Virgil.
Quas illa Philomela dapes quæ dona pararit. Donum hono
rarium idem eſt ꝙ datur patrono:ꝙ ſi ſua cõditione fiat.hoc
eſt uera donatio:ut.ff.de dona.l.ſi quis. & huius uerbi com/
poſita ſunt condono:ꝙ quandoq; pro ſimplici ponitur:quã/
doq; ſignificat quidquã ad aliorum petitionem do:& quan/
doq; igno.co:ut Teren.in Phor. Argentum ꝙ habes condo/
namus te. Saluſt. Aut facile alterius libidini malefacta condo/
nabant. Redono ponitur pro ſimplic.: Auguſt. Redonat q; ro
gamus:excuſat ꝙ timemus:ideo donatus dicitur cui aliquid
dono datum eſt : cuius contrarium eſt indonatus. Virgi. Ne/
mo eſt hoc numero mihi non donatus abibit. Donaria lo/
ca ubi reponuntur dona quæ Deo referuntur:ut Virg. Tem
pore non alio dicunt regionibus illis Quæſitas ad ſacra bo/
ues Iunonis & uris Imparibus ductos alta ad donaria cur/
rus.

Cõdono & redono cõpoſita aliqñ pro ſimplici ponunt.

ℭ Dono tibi mun⁹:dono te munere. Ca.xlvi.

Dono tibi munus Dono te munere.

DOno tibi munus:notũ eſt qđ ſignifi/
cat:dono te munere:plerunq; premii
gr̃a:ſed iterdũ admirationis : interdũ
beniuolẽtiæ : interdũ miſericordiæ.
Cicero pro Archia. Sylla cum Gallos, & Hi/
ſpanos ciuitate donaſſet: uidelicet in pmium.
Quæ exẽpla ſũt plurima:ut.militaribus donis;
corona uallari, imunitate donatus ſum. Idẽ pro
eodẽ. Itaq; ſi ciuis romanus Archias legibus
non eſſet:iur ab aliquo impatore ciuitate dona/
retur:pficere non poterit?certe impator nõ re/
munerationis cã Archiam ciuitate donaſſet : ſed
admiratione igenii, & beniuolẽtia. Virgilius.
Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abi/
bit. Nimirum non pmii gratia:(nam tres pre/
mia primi accipient)beniuolẽtiæ ergo, nõ me/
riti illoꝝ gratia:cum poſtremi nihil oĩno mereã
tur. Quale eſt Valerii maximi.li.ii. Rex An/
tiochus bello, qđ cum Romanis gerebat : filiũ
Scipionis a militibus ſuis iterceptũ honoratiſſi/
me excepit:regiiſq; muneribus donatũ ultro, et
celeriter patri remiſit. Vtriq; amicitiæ gratia.
Et Amphytrion apđ Plautũ. Veꝝ ita aiatus
fui:itaq; nũc ſum:ut ea te patera donẽ. Et pau/
lo poſt Alcmena inqt. Pareram pfecto feras:
ꝗ hodie meus uir donauit me. In quoꝝ utroq;
ſola in donãdo beniuolentia declaraẽ. Idẽ Plau
tus in Aulularia. Dii imortales, qbus & quan/
tis me donaris gaudiis. Quint.in gladiatore.
Quod me facere conuenit:qui per maria la/
trocinii iſeſta petitus ſum ſolus:qui lucẽ, liber
tatẽ, deniq; quicqd patri debeo, non ignarus, ut
primo natalis horæ tpe, ſed uidens ſentiẽſq; ac/
ceperim:nec ſolum donatus his bonis, ſed ſum
mis periculis liberatus ſum. Verba ſunt hois
exaggerantis beneficia amici:ut ſe maxime illi
oſtẽdat obſtrictum. Sola ergo fuit ratio beniuo
lentiæ. Idem in pariete palmato. Quã blande
ille ſe poſuit miſeꝝ ſuũ:ꝗ diligenter uxoris gau
dentis excluſit oculos : ꝗ multo cæcum pudo/
re donauit. Hic habita eſt miſericordię ratio.
Suetonius in uita Auguſti. Et ne enumerem
quot, & quos diuerſaꝝ partium uenia, & in co/
lumitate donatos. Cornelius nepos de uita At
tici. Auxit hoc officium quoq; liberalitate.nã
uniuerſos frumento donauit. Profecto clemẽ
tiæ, non remunerationis gratia.

ℭEpitome capitis.xlvii.

ℭINCVMBO omnes dictiões in datiuo regere poteſt: ASCEN.
ſed eas quoq; in accuſatiuo mediante in, uel ad, quæ ad ſtu/ Incumbo
dium animumq; pertinent.
ℭVt incumbo, remis & ſtudiis. Incumbo in ſtudia uel ad ſtu
dia:non autem ad remos uel in remos. Cauſa diuerſitatis ui/
detur : quia dicendo ad ſtudia literarum uidetur ſubaudiri
datiuus : ut ſic incumbo curis:aut uigiliis:aut pluteo:ad ſtu
dia literarum : ſed modica eſt ratio. Potior autem eſt ratio
auctoris:quia in rebus ad animum pertinentibus metapho/
ricos loquimur ; ut ſic incumbo quaſi inuigilo:aut innitor.
Calepinus autem affert exemplum:ubi Cic. incumbo in rẽp. Calepin⁹.
dixit:uel ad Cornificium. Te tamẽ hortor:ut omni cura in
remp. incumbas. Vultq; ut antecedente tam tacite ꝗ expreſſe
adiectiuo:ſeu noĩali: ſeu participali & mediante ppoſitione
accuſatiuo ſit locus:ut apud Cice. pro L. Sylla Neminem eſſe
ex illo honoris gradu qui non omnium ſtudio, uirtute, au/
ctoritate:incubuerit ad rempu. conſeruandam.

ℭIncumbo. Cap.xlvii.

Incũbo ſtudiis & i ſtudia.

INcũbo ſtudiis:& icũbo remis. Virg.
Validis incũbite remis. Incumbo in
ſtudia, & ad ſtudia:ſed nõ incũbo in
remos, & ad remos. Cicero. Pergi/
te adoleſcẽtes:& in hæc ſtudia, in qbus eſtis, i/
cũbite. & alibi. Quare incũbamus o noſter

Tite ad illa præclara ſtudia:& eo , unde diſcedere nõ oportuit:aliqñ reuertamur. Neq; hoc in bonum tñmodo accipitur:ſed etiam in malum.ut idem. Marco Catoni incũbẽti ad eius perniciem. Sed illud incũbite remis:non eſt ꝑ tranſlationem dictum:ut hoc.Nam ut cum remiges incumbunt remis:uel cum nos operi faciundo incũbimus toto pectore : ſignificat̃ diligentia,& conatus:ita cum acutius quid mente agimus:incũbere dicimur.quẽadmodum ecõtrario ſupini dicuntur,qui negligenter agunt.

Supini dicunt̃ negligentes.

ℭEpitome capitis.xlviii.

ASCEN. ℭNONnulla uerba in diuerſo ſenſu datiuo & actõ conſtruunt̃:plura in eodẽ:ſed actõ fere miniſterio ꝓpoſitionis ꝑ quã quædã etiam abltõ ↄſtruunt. In diuerſo igit̃ ſenſu dicimus,metuo,timeo,& formido tibi & te.Nã tibi quaſi amico hoc eſt pro te:& in cõmodũ tuũ ne qd tibi mali accidat : ſed te tanq̃ inimicũ ne qd mali in me moliaris. Cedo tibi.i.locũ do & cõcedo.cedo te.i.flagello aut occido. Accedo tibi.i.addicior,& aduenio.accedo te.i.aggredior.Cõduco tibi.i.utilis ad aliqd ſum.cõduco te.i.ſimul duco.cõuenio tibi.i.conſentiens ſum aut cõmodus:unde cõuenio tecũ etiam dr̃.conuenio te.i.cito aut cõpello,aut cõgredior.Inceſſo tibi.i.inijcio aut ſuborior.inceſſo te.i.peto & cędo.Nec eſt ꝓteritum a uerbo icedo:ut in marginibus falſo notatũ inueni:ſed uerbũ inde forte deductũ terminatũ in ſo.Sic differẽter dico:do cuſtodi equũ:& equo cuſtodẽ:atq; alia multa.In eodem aũt ſenſu:ſed in diuerſis caſibus dicemus.Inſum tibi.& in te.Similis tui & tibi:ſed tui uolũt ad mores & ſubſtãtiam reſpicere.Partior huic rei & in hãc rem labores.Naſcor huic rei & ad hãc rẽ.Aggrego & aſcribo,& annumero te his & ad hos:& in numer̃ hoꝝ.Proprium & cõe his ac hoꝝ:pticeps his & hoꝝ,& cũ his.Cælo te hãc rem & de hac re:cõmoneo & admoneo te hãc rem & huius:impleo uas uino & uini:diues auri & auro:atq; innumera alia.Oĩa enim cõpoſita cũ ꝓpoſitione datiuum regẽtia poſſunt appoſita ꝓpoſitione ꝓpoſitionis caſum regere,ut cõparo,confero,cõpono tibi & tecum.Oĩa item ad pugnam,ut certo,pugno,cõtendo,cõgredior tibi & tecũ. Oĩa datiuum localẽ regẽtia:ut infero latio & in latiũ:de qbus late Mãcinellus in Theſauro:& nos in grãmatica noſtra diſputauimus.Sed ut auctoris uerba explanẽ:cõmendo te regi.i.cõmitto:credo & humanitati ac beneuolentiæ eius:mando cõmando te apud regẽ:aut in ſenatu.i.laudo.Dimitto te abiẽtẽ idest derelinquo.& dimitto te ut abeas.i.ſoluo.Impẽdo,inſudo,inſiſto,innitor,inhio,intendo , impertior huic rei & in hanc rem.Reſpondeo,ſcribo,loquor,pertineo, attineo tibi & ad te:ſed potius ad te:præter reſpondeo quod etiam datiuo non inepte iungitur:ſed finem facio.

Diuerſũ ſenſũ aliqñ important eadẽ uerba cũ diuerſis caſibus conſtructa.

ℭTimeo te:timeo tibi:cõmẽdo:cedo.c.xlviii.

TImeo te,tanq̃ inimicũ:timeo tibi,tãq̃ amico:illic tanq̃ offenſurus ſis : hic tãquã defendẽdus.Cõmendo te regi.i.cõmitto:cõmẽdo te apud regẽ:idest laudo.Cedo tibi:unde & cõcedo tibi,pro non repugno tibi:facitq; præteritum ceſſi.Cedo te, pro flagello te:cuius præteritũ eſt cæcidi , pro flagellaui:& ſupinum cæſſum. Vnde cæſus uel qui flagellatus,uel qui amputatus eſt,ſiue occiſus.raro pro occido hoc uerbũ accipit̃.Cicero in philippicis. Cædit greges armentoꝝ. Dimitto te diſcedens.i.relinquo:dimitto te diſcedentẽ.i.abire ꝑmitto:uel dimitto te.i.mitto.In de dimiſſi legati dicuntur.Inceſſit mihi cupiditas.i.ſubiit.Inceſſit me ille:idest:me offenſurus me petit:& accuſat.Ineſt huic loco : & ineſt in hoc loco.Primum apud Quinti.cæteroſq; frequẽtius.ait enim uer̃ hoc melius faceret natura ipſa duce:ſed naturis ipſis ars inerit. Scd̃m apud Ciceronẽ.ut ibi. Illud honeſtũ,qd̃ ſæpe diximus:ſi in alio cernimus:tñ nos mouet: atq; illi,in quo id ineſſe uidet̃:amicos facit. Comparo hãc rem illi,& cum illa:confero iſti,& cũ iſto.Ego ſum ſimilis tibi,& tui : hoc eſt cõe oĩbus,& oĩum:uel cõe mihi tecum,& cum cæteris.Ego ſum particeps laboꝝ tuoꝝ : & tibi ſum in laboribus particeps.Quintilianus. Et ipſe riſq; ruris opibus marito particeps. Curtius. Quod fuiſſet illis in pīculis particeps. Accedit huic rei:& ad hãc rem:uel accedit huc , uel eo,uel eodẽ.Quintilianus. Atq; ut accedat dolori meo tumulus:quæ hoc facit,uxor mea eſt. Cicero. Vt ad illã optimã,præclarãq; prædam dãnatio Sexti Roſcii uelut cumulus accedat. Impẽdo curam,uel operã,uel laborẽ:& ſimilia huic rei,& in hãc rem:qd̃ in Quint.ſæpe repies.Partior laborẽ multis negociis , & in multa negocia:ut apud eundem . Adiicio huic rei,& hanc rem.Rñdeo tibi,& ad te . Cælo te hãc rẽi & cælo te de hac re.Tu es natus ad laudem,& laudi.Cicero pro Sextio. Nã qd ageret uir ad dignitatẽ,& gloriam natus? Et in eadem: Qui ſe patriæ,qui ciuibus ſuis,qui laudi,qui gloriæ,nõ qui ſõno,& conuiuiis,& delectationi natos arbitrant̃. Aggregabo te illis uulgo dicimus.Idẽ aggregare te ſoleo in numerum noſtrũ.Idem pro Archia. Aſcribi ſe in eã ciuitatẽ uoluit. & pro eodẽ. Cũ fuerit in aliis quoq; ciuitatibus aſcriptus. Idẽ in philippicis. Tu uero aſcribe me in talẽ numer̃. Idem pro Rabirio. Si qs hunc reꝑhendẽdum putat:aſcribat ad iudiciũ ſuum nõmodo meã,ſed huius ẽt ipſius,qui cõmiſit,ſñiam. Itẽ contra Rullũ. Illũ ſibi collegã aſcriberes.tibi hoc aſcribendũ eſt: idest:tibi tribuẽdum:& imputãdum.

Timeo te Timeo tibi. Cõmẽdo te regi & apd regẽ. Cædo ceſſi & cæcidi. Dimitto. Inceſſit. Ineſt. Comparo Confero. Sum Accedit. Impendo Partior. Adiicio. Rñdeo. Cælo. Natus es Aggrego. Aſcribo

ℭEpitome capitis.xlix.

ASCEN. ℭPOENITET, tędet,miſeret,piget,& pudet:quæ uera imperſonalia ſunt optant ante ſe aliud imperſonale: quæ cũ eo conſtruuntur,ut cœpit,incepit,deſinit,poteſt &c.

ℭHabet autem tędet pro præterito pteſum eſt:quãuis dicatur etiam diſtęduit & ptęduit,& miſeret miſertum eſt.

Pœnitet cũ ſociis

ℭCœpit eum pœnitere. Cap.xlix.

COepit eũ pœnitere:poſſet te pigere: deſinet me tedere:ſæpius dicimus:q̃ cœpit ille pęnitere:poſſes pigere:deſinã tedere.Quint.i milite Mariano. Neq; ſi ſit cupidiſſim⁹ uitæ:pœnitere eũ ſui ſcipõt. Ci.de petẽdo cõſulatu. Si hic eius liber

Cœpit. Poteſt. Deſinit cũ iſinitis ꝑſonalĩ.

eſt cuius auctoritatis neminē poſſet pœnitere. Idem in Verrē. Iam iam Dolobella me neq; tui, neq; tuoꝝ liberꝝ, quos tu miſeros in ægeſtate, atq; in ſolitudine reliquiſti: miſereri pōt. Simile eſt illud Terētii. Ita me dii bene amabūt: ut me tuaꝝ miſertū eſt Menedeme fortunarū. me, pro a me miſertum dixit.

ℭEpitome capitis.I.

ASCEN. ℭDESVNT. nōnunq̄ i oratione uerba: ſed nō ſine gr̄a. Quoties uidelicet cōmotis ut p iram in interrogātibus aut minantibus: per apoſiopeſim daẽ ſermo abruptus. Aut quoties quod ſubticeẽ uerbū eſt intellectu facile: ut uerbū gn̄ale, aut ad loquelam ſpectans. unde Seruius honeſtā dicit eclypſim in illo Virgiliano. Talia per Latium: ubi ſubauditur gerebātur. Gero autem facio, fio, ſum, communia ſunt uerba.
ℭExempla plurima ſunt in textu. Illud Cicero. Quo &c. ſic conſtruiẽ. Quo. i. ad quē uſum ſup. deẽ, aut petā mihi auctori pacis ſignū Martis. q. d. ad nullū. Quin. ſic. Quo. i. ad qd: per fidē ſup. rogo: dederis ſup. cæco diuitias: ut qbus neſciat uti. quo: ideſt ad quē uſum daẽ nunc tm̄ frumēti &c. Colligit aūt Valla ſex modos: quoꝝ primus eſt per quo. Secundo p unde. Tertius per dico. Quartus per rn̄deo. Quintus per confiteor. Sextus per uerbum generale. Verbum autem eſt facillime in participiis intelligitur, & nonnunq̄ in aliis: ut Aenei. primo. Nunc fama minores Italiam dixiſſe &c. ſubaudi eſt.

ℭQuot in oratione uerba nonnunquam deſint. Cap. I.

Verba nōnunq̄ deeſſe in oratione.

DEſunt nōnunquā in oratione uerba: ſed nō ſine gratia. ut Horatius. Quo mihi fortuna: ſi non permittitis uti? Ideſt: ad quid uultis eſſe mihi bona fortunæ? Hic modus incipit per quo: alius incipit per unde. ut idem. Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? unde ſagittas? ſupple putas: uel, dicas mihi eſſe. Iuuenalis? Vnde tibi frontem, libertatēq; parentis. Cū facias peiora ſenex? Cicero ad Fabium. Martis uero ſignum, quo mihi pacis auctori? Quitilianus. Quo per fidem diuitias cæco? Et alibi. Quo nūc tātum frumenti? quo claſem commeatu grauē. Idem. Vnde hunc illi animum? Et alibi. Vnde tantum uiriū cæco: ut in uno ſtatim ictu mors tota peragatur? Idem tamen ait alio loco. Vnde miſere tunc, unde ſomnus? ſupple: erat? uel, eſt? Eſt tertius modus: ut apud eundē. Sequitur quæſtio: an utilis rhetorice? Nam quidam uehemēter in eam inuehi ſolent: & qd ſit indigniſſimū, in accuſationem orationis utūtur orandi uiribus. eloquētiam enim eſſe, quæ pœnis eripiat ſceleſtos: cuius fraude damnētur interim boni: conſilia ducanẽ in peius. ſupple: dicūt enim eloquētiam. Cicero. Habendas eſſe q̄ laxiſſimas amicitiæ habenas. caput enim eſſe ad bene uiuēdum ſecuritatem. ſupple. dicunt enim caput. Qui modus loquendi apud Græcos eſt frequentiſſimus. Idem uerbū aliqn̄ redundat. ut de orato. Cicero. Titum illū, qui ſtudioſe pila luderet. & idē. Signa ſacra noctu frangere putaretur: gregaleſq; cū in campum non ueniſſet requirerent excuſauit Veſpa. Terentius: qd̄ eum brachium fregiſſe diceret. Satis erat dicere qd̄ brachium fregiſſet. Et nō longe illinc. Cui cum familiaris qddam quereret: quod diceret uxorem ſuam ſuſpēdiſſe ſe de ficu: amabo te, inquit: da mihi ex iſta arbore quos ſerā ſurculos. Sat erat ſine illo, diceret. Sed illud dixerunt libenter apponit Cicero. Quartus: cum ſuppleẽ, rn̄deo. ut idem frequēter. Quod aūt ſcribis de illo negocio: ego neſcio qd cōſilii capiā: uel: ego iā antea timuerā: ſupple rn̄deo: raroq;, uel nunq̄ hoc uerbū pfertur. Aliqn̄ ſubintelligitur ſimile uerbum. ut apud Quintilianū. Sed ſi cōfeſſionē culpæ meæ exigitis: ego fui pater durus, & patrimonii, qd̄ iam melius ab his adminiſtrari poterat: tenax cuſtos. Supple cōfiteor. qd̄ eſt qntus modus. ut apud Ciceronē. In obſequio, qm̄ terētiano uerbo libenter utimur: aſſentatio abſit: ueritas retineaẽ. Subintellige: ita loquimur: qm̄ terētiano uerbo libēter utimur. Et alibi. Satiari delectationē non poſſum: ut meæ ſenectutis requiem, oblectationēq; noſcatis. ſubitelligeꝫ hoc dico: ut noſcatis. Sextus modus. ut apud Plinium Iuniorē. Studes? an piſcaris? an uenaris? an ſimul oia? ſupple facis. Quintilianus. Nihil aliud, q̄ renuit: ideſt nil aliud faciet, q̄ renuēt. Eriteꝝ. Et acceptis litteris meis iuuenis filius nihil aliud, q̄ cum matre fleuiſſet: ideſt: nihil aliud feciſſet: q̄ cum matre fleuiſſet. Martialis. Nil aliud: bulbis q̄ ſatur eſſe potes. i. nil aliud facere. Cui confine eſt illud: ubi pbato aliquo aduerbio qualitatis, ſubaudiẽ pro cōditione materiæ, aut dixi, aut feci. Bene Ennius: præclare Anaxagoras: fortiter Scipio: prudēter Fabius: ſupple: dixit: aut fecit: p ut ex iis, quæ aut iam diximus: aut dicturi ſumus colligiẽ. Et per cōparatiuum. Dii melius: ſupple: fecerunt: aut faciant: aut certe uelint. Nec de deis ſolum uerūetiam de hoībus. ut apud Quintilianū. Tu melius uxori quæ factuꝝ retinebas: ſupple: feciſti. Interdū etiam per nominatiuum illud, melius, eſt aduerbium: ut. Dii meliora. Luca. ipſe uerbum appoſuit. Dii meliora uelint. Nec procul ab huius natura abeſt: quando utimur hoc nomine res, ſiue in nominatiuo, ſiue in accuſatiuo: forte etiā in aliis caſibus: ut. reſtat mihi exponenda uita, quā hic egit in magiſtratu: res digna auditu in primis: uel. reliquum eſt ut exponam uitam huius, qua fuit in magiſtratu: rem dignam auditu in primis.

ℭEpitome capitis.II.

ℭPROPTER certitudinē ſignificādam locuti ſunt oratores de futuro per pteritum. Sæpe aūt optatiui tpa quaſi ne ASCEN. Tpa p tpi

bus apud poetas uſurpantur

ceſſitatẽ importãtia uſurpant. Sæpe ad hoc ſi particulã ſubaudiunt. Item ſæpe impfectum præteritum pro pluſq̃ perfecto. & indicatiui tpa: pro alterius modi temporibus: ac econuerſo ornatus: aut uarietatis gratia poſuerunt.

ℭ Exẽpla oia patent in textu: pter quæ eſt adhuc alius modi exẽpli: qũ ſubiunctiuũ pro ĩdicatiuo uſurpaſ: ut ſi pgis abiero: pro abibo. Aut potius pro ſi preteris dixit ſi pergis &c.

ℭ Cur de futuro non per uerbum futuri tpis auctores interdum loquantur. Cap. li.

ANnibal apud Titũ Liuium alloquẽs milites inquit. Si tales aios in prælio habebitis: quales hic oſtẽditis: uicimus. Quintilianus. Si tales milites oẽs habemus mari: uicimus. Cur de futuro non per uerbum futuri tpis locutus eſt? Nẽpe ad aſſeuerãdam rem: ut non futura, ſed iam eſſe uideaſ: multoq; plus ponderis habetur dicamus uicimus, q̃ uincemus. Idem Quintilianus. Dimitte tini & euocaſti: ideſt euocaueris. Cicero. Vnum oſtenderis tabulis aut tuis, aut patris tui emptum: & uiciſti: pro uiceris. Idẽ pro Sextio. Reſtitiſſes: repugnaſſes: mortem pugna oppetiſſes. pro eo, quod eſt: reſiſtere, repugnare, mortẽ pugna oppetere debuiſſes. Ouidi. iiii. Metamorphoſeos. Præmia, quæ eripies: quæ ſi tibi magna uideuſ: Ex illis ſcopulis, ubi erant affixa, petiſſes: ideſt: petere debuiſſes. Terẽtius in Andria. Prædiceres: pro eo quod eſt prædicere debebas. Et alibi. Fortaſſe aliquanto iniquior erat pater: eius libidinẽ patereſ: pro pati debebat. Itẽ Cicero. iii. officiis. Male etiã curio, cum cãm tranſpadanorum æquam eſſe dicebat: ſemp addebat. uincat utilitas. potius diceret non eſſe æquam: quia non eſt utilis reipublicę: ideſt dicere debebat. Huic ſimile quale apud Ouid. de remedio. Gnoſia feciſſes inopem: ſapiẽter amaſſet: ideſt ſi feciſſes inopem. Horatius. Decies centena dediſſes. Huic parco paucis contento quinq; diebus. Nil erat in loculis: ideſt ſi dediſſes. Plinius Iunior. Dediſſes huic aio par corpus: feciſſet q̃d optabat: ideſt: ſi dediſſes. Illud magis poeticũ. ut Virgilius. Tu quoq; magnam Partem ope in tanto (ſineret dolor) Icare haberes: ideſt: ſi ſineret. Iuuenalis. Græculus exuriẽs in cœlũ, iuſſeris: ibit: ideſt: ſi iuſſeris. Adhuc diuerſum huic eſt: quale eſt apud Cicer. Cõchiliatis. Cn. Pompeii. periſtromatis ſeruorum in cellis ſtratos lectos uideres: ideſt: uidiſſes. Quintilianus. Semper uidiſſes: ut ibi uidiſſes: non quẽadmodum tenues umbræ corpus accipere cogitationibus ſolent. Apud hunc ſæpe eſt hic modus loquendi, Si pſeueraſſem: duos excæcaueram: pro excecaſſem. Quale eſt illud horatianũ. ii. carminum: q̃d metri cauſa Priſcianus dici putat. Metuentis illapſus crebro ſuſtulerat: niſi dextra leuaſſet. Apud illum quiddã pene contrarium: ut ibi. dictatoris nomen, quod ſæpe iuſtum fuiſſet: pro fuerat. Nam de impfecto ſubiunctiui, quod ſolet poni pro imperfecto indicatiui: in pximo libro iam dixi: cum hoc exemplum fuerat: nõ qa amicus non eſſet. Ci. de rep. li. vi. Et q̃d de uia feſſus eſſem: & ad multã noctem uigilaſſem: pro feſſus erã: & uigilauerã.

Præteriti de futuro loquentes cur uſitamur.

Pñs pro pterito.

ℭ Epitome capitis. lii.

ℭ CVM uerbis oportet, decet, operęprecium eſt, expedit, neceſſe eſt, conducibile, & ſimilibus cõſuetudo oratorum præſens infinitiui uerbi actiui conſtruit: ratio grãmaticorum potius paſſiuæ uocis: ſed oratores potius præteriti paſſiuæ uocis q̃ actiuæ: quod aliter dici ſolet. Cum dictis uerbis cõſtruẽda eſſe participia accuſatiui caſus: aut cum opus eſt ablatiui caſus loco uerborum. ASCEN.

ℭ Verbi gratia: loco huius neceſſe fuit conſuluiſſe: dicũt cõſultum oportuit: & loco huius opus eſt cõſuluiſſe: conſulto opus eſt. Saluſt. in Catilina: Nam & prius q̃ inceperis conſulto: & ubi conſulueris mature facto opus eſt.

Participia ablatiui caſus loco infinitiui ponũtur.

ℭ Oportet legere libros: non oportuit factum. Cap. lii.

OPortet legere libros: expedit euoluere auctores: utile eſt cognoſcere plurima: opepcium eſt habere quos imitemur: neceſſe eſt adhibere uſum: cõducibile eſt deſcendere in certamen: & agitare cum aliis cõtrouerſias. Vel per paſſiuum: oportet legi libros: euolui auctores: cognoſci plurima: haberi quos imitemur: adhiberi uſum: agitari cum aliis cõtrouerſias. Hunc poſteriorem modum magis ars grãmatica probat: illum magis auctoritas. Secus in præterito. Nãq; non ita ſæpe legimus. feciſſe hoc oportuit. Ci. in Verrem. Tñ id factum non oportuit. Et in eundem. Appollinis ſignũ ablatum certe nõ oportuit. Et alibi. Totam rem illi integrã ſeruatam oportuit. Non diſſimile ſane eſt illud per alterum uerbum de uolo loquor. ut idem. Liberis cõſultum uolumus: etiam ſi poſthumi futuri ſunt. Idem. Percurram tamen breui: ut nõ minus hominem ipſum q̃uis cõmunem defenſum uelitis. Quintilia. An incidiſſe in ſordidum nomen: non eo contemptum hominis, quem deſtructum uolebat, auxiſſe.

Oportet. Expedit. Vtile eſt Opepciũ Neceſſe ẽ. Cõducibile eſt.

ℭ Epitome capitis. liii.

ℭ ORATORES nonnunquã propoſitiones & rationes confundunt: ita ut priuſq̃ ſecundam partem propoſitionis exequantur prioris rationem aſſignent. ASCEN.

ℭ Propõnes, rõneſq; ĩterdũ miſceri. Cap. liii.

NAm ubi uici neceſſe eſt: expedit cedere: ſiue plura ſunt, de quibus quæriſ: facilior erit in cæteris fides: ſiue unũ: minor pœna ſolet irrogari. uerecundiæ. Miſcuit hoc loco Quinti. præpoſitiones, rationeſq;: cũ ſit uſitatiſſimum ſic dicere.

Prapõnes rationeſq; miſceri interdum.

ſiue plura ſunt, de qbus quærit: ſiue unū. ſi eni plura: facilior erit i cæteris fides. ſin unū: minor pœna ſolet irrogari uerecūdiæ. Atq͡ iteꝝ. Fir mis aūt iudiciis, iamq͡ extra periculum poſitis, ſuaſeri & antiquos legere: ex qbus ſi aſſumatur ſolida, ac uirilis ingenii uis, deterſo rudis ſæcu li ſqualore: tū hic noſter cultus clar⁹ eniteſcet: & nouos: qbus & ipſis multa uirtus adeſt. Alius dixiſſet. ſuaſerim & antiquos legeř, & nouos: antiquos qdem: & cætera: nouos uero: & cæte ra. Cicero in Antonium. O te miſeꝝ: ſiue illa tibi nota nō ſunt: (nihil eni boni noſti) ſiue ſunt: qui apud tales uiros tam imprudenter loquere.

Epitome capitis. liiii.

ASCEN. ℭ QVIA uideor uerbū ē pſonale: dicā tu uideris mihi ꝓ bus: nō uideř mihi ꝙ ſcis probus, & ita in coſimilibus.

ℭ Non dicēdū eē: uideř tibi, quod bene faciā: ſed uideor tibi bene facere. Cap. liiii.

Videor qño uti debeam⁹

NOn uideř tibi quod bene faciam: & mihi non uideř qđ bñ loquatis: ſicut uobis uideř quod male facimus: ita nobis uideř quod male facitis: uideř tibi quod ille bene ſcribat: & mihi uideř quod bene iſti arēt. Ruſticanus hic ſermo eſt, & agre ſtis. Eruditi eni ſic loquunř. Nō uideor tibi be ne facere: & tu non uideris mihi bene loqui. Si cut uobis uidemur male facere: ita nobis uos ui demini. Ille uidetur tibi bene ſcribere: & iſti mi hi uidentur bene arare.

Ruſticanus ſmo.

ℭ Epitome capitis. lv.

ASCEN. ℭ DATIuus mihi & tibi ſæpe ex conſuetudine loquen di aſſumitur: ita ut nullum certū aut referat aut demōſtret. Exempla ſunt in textu.

ℭ Hic mihi gloriatur. Cap. lv.

Gloriatur hic mihi.

HIc mihi gloriatur, ſe omnes honores ſine repulſa optinuiſſe. Et alibi idē Cice. narrās Bruto rem, in qua ille nō affuerat: inquit. Ecce tibi Pompo nius noſter. Illud mihi, & tibi, non magis ad me, uel ad te, q̃ ad cæteros ptinet. ſed eſt ora tio ſumpta de medio: q̃ uulgo utimur. tu mihi ſemp dormis: ille mihi aſſidue ſedet. Cū ſuper cœna eſſemus: ecce tibi hoſtium crepuit. hic ſermo neq͡ ad me, neq͡ ad te neq͡ ad quēquam refertur. ideoq͡ differens eſt ab illo ſignificato: quale eſt apud Virgiliū. Neu mihi tū molles libeat iacuiſſe per herbas. Itē. Neue tibi ad ſolem uergant uineta cadērem. Hic præcipiř ad uniuerſos ſub prima, & ſecūda pſona: ibi nō præcipitur: nec ad aliquem ſermo eſt.

Mihi. Tibi quā doq͡ non magis ad me teq͡ q̃ ad cæte ros.

ℭ Epitome capitis. lvi.

ASCEN. ℭ SVPERIOribus aut paucis dieb⁹: aut triduo ſimileſq͡ ablatiui nō ſūt exponēdi: ſic p ſupiores aut paucos dies, ſeu p triduū: ſed itra ſupiores, aut paucos dies, aut intra triduū: ſignicař eni p ablatiuū tēpus intra qđ aliqd factū eſt, aut fieri pōt, aut ēt tps qū: ſed tempus q̃diu potius in actō ponetur. ℭ Et id potiſſimū ſi ſit cōtinuatū & ſine intermiſſione: licet auctor noſter id nō approbet. Nā Nonius Marcellus nō ſutī lis auctor: & obſeruatio doctiſſimoꝝ: id approbat. Non enim obſtat ꝙ interdū addiř actō ptıcula integritatis, & cōtinua tionis: ut Hic iā tercētū totos regnabiř annos Gēte ſub He ctorea: quia regula nota eſt. Aequalens geminis haꝝ: ſi iungi tur uni Dictio ꝓ reliqua tantūmodo debet hři. Vnde tēpus q̃diu ꝓcipue continuatū in actō poniř: aut ēt in abltō: tēpus qñ & intra quod in ſolo ablatiuo: niſi dicamus adhuc trien nium, aut intra: nō infra: trienniū. Verū Neſtor quoq͡ aucto rem nřm ſequiř dicens. Quotieſcūq͡ (inqt Marcellus) p actm̄ annos uel dies loquimur: iuges annos uel dies uocamus quo ties p abltm̄ interiectis aliquibus annis uel diebus. Fruſtra ex cogitata eſt hæc differentia Nonii Marcelli, & ſi tuam ſen tentiam omnes q de hac re locuti ſunt ad noſtram uſq͡ æta tem ꝓbare uideantur. Si enim p actm̄ ſignificareř tempus cō tinuatū nō oporteret uel potius nō liceret addere cōtinuos: ut Cice. pro lege Manilia: At hercle aliquot annos cōtinuos ante legē Gabiniā ille populus Romanus: cuius uſq͡ ad no ſtram memoriā nomē inuictū in naualibus pugnis perman ſerat. Magna ac multo maxima parte nō modo utilitatis. ſed dignitatis atq͡ iperii caruit. Virg. Aene. i Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Item Geor. iiii. Septē illū totos phi bent ea ordine menſes Fleuiſſe. Si igiř per actm̄ tps minime interruptū ſignificareř nō oporteret addere totos neq͡ ex or dine: qđ ſignificat ſine intermiſſione. Dicendum eſt ergo ꝙ indifferenter loquimur per ablatiuū more latino, & p actm̄ inſtar græcorum. Nihilq͡ differt ſi dicatur (ut Cic. ſcripſit) Quāq̃ te Marce fili annū iam audientem Cratippū, aut duo bus annis audiui Platonē. Immo ēt per abltm̄ addēdo conti nuis uel totis loqui poſſumus. Vñ in aplicis lectionibus legi tur cap. ulti. Manſit aūt Paulus bienniō toto in ſuo condu ctō diſputans. Ouid. lib. v. Triſtiū: Pene decem totis aluit Pæ antius annis. Terē. in Adel. Sex totis mēſibus olfeciſſem q̃ ille quicq̃ cœperat. Verum illud fortaſſe melius perciperetur cū de parte non de toto tempore loquimur: non licere p actm̄ loqui: ſed p abltm̄: ut ſi dicas: Ego hoc anno ad te ueniam: ideſt aliquo tpe huius anni. Quod non recte diceres per ac cuſatiuum: ad te hunc annum ueniam.

Regnabiř cum actū me diāte pti cula cōtinua tiua ſæpe præſum Neſtor.

ℭ Qualiter ſic accipiendū, ſuperioribus dieb⁹ ueni in cumanū: & cætera. Cap. lvi.

SVperioribus diebus ueni in Cumanū: & iterū. Qui his paucis diebus pō tifex factus eſt. Et in futuro. Paucis diebus eram domeſticos rabellarios miſſurus. Et iteꝝ. Triduo, aut ad ſūmū q̃tri duo perituꝝ. Hæc Cicero. & Saluſtius. Le gati triduo naui cōſcēdere. Nō eſt accipiēdū p ſupiores dies, & p paucos dies, per triduū, & q̃triduū: ſed itra ſupiores dies, itra paucos dies, itra triduū, & q̃triduū. Nā illud, qđ aliq dicūt tēpus cōtinuatū, & ſolidū ſignificari p accuſa tiuū: ſecus p abltm̄: plane falſū eſt. Cicero enim atq͡ Virg. ſæpius accuſatiuo, & qdem indifferē ter, utunř: poſteriores uerō plerią͡ ablatiuo. Ali quādo in hmōi genere ſermonis ommittimus: poſt: ſic. itra decē dies quā uenit: cōfecit omne negotiū. In paucis diebus, quam Rhodū appu lit: uxorem duxit. i. poſt q̃ uenit: poſt q̃ appulit. quæ exēpla apud hiſtoricos ſunt plurima.

Superiori bus dieb⁹ Paucis diebus. Triduo Quatri duo.

ℭ Epitome capitis. lvii.

ASCEN. ℭ QVid eſt ſine pticula diuerſitatis: niſi interueniat dictio alıd: aliter, aut ꝯparatiuū nomē nō recipit poſt ſe q̃: ſed niſi. ℭ Non ergo dices. Quid eſt animal q̃ corpus: ſed niſi cor pus &c. aut quid aliud eſt animal niſi &c.

¶ Quid eſt animal, niſi corpus cū anima concretum? recte dici: qd eſt animal, ꝙ corpus? non recte. Cap. lvii.

Quid eſt anial niſi corpus cū aia cōcretum recte dici. Alr aliud ſecus.

QVid eſt animal, niſi corpus cum anima cōcretum? recte, & latine: qd eſt aial, ꝙ corpus cum aia concretū? non recte. Adde aliud, uel aliter, uel ſecus: & utroqꝫ mō licebit dicere. Quid eſt alid aial, ꝙ corpus? uel, niſi corpus cum aia concretum? Cicero. Quid eſt aliud gigantum more bellare cum diis: niſi naturæ repugnare? Idem faciet cōparatiuum: ut. quid eſt melius, ꝙ gaudere? uel, niſi gaudere? ut Quintilianus. Nihil eſt facilius, niſi totam eám oīno non agere.

Præterꝙ eandem, aut prope parem uim optinet, quá niſi: cuius exépla ut facilia prætermittimus: unum illud admonétes: ubi eſt præter: ibi locum hēre præterꝙ: ad hunc modū: ut. nullius rei ſum auarus, præter laudē, uel ꝑterꝙ laudis. Nulli places, præterꝙ mihi: uel præter me.

¶ Epitome capitis lviii.

ASCEN. ¶ TRANSferre aliquando ſpectat ad imitationē ſic: ut qd penes eos unde tranſfertur maneat.

¶ Transferre. Cap. lviii.

Trāſferre.

QVem morē Spartiatæ trāſtulerunt in fœminas. Et alibi idem Cicero. Quod niſi in amicitiam trāſferatur. Quæ in alios transferunt: non ſolent remanere penes eos, a quibus tranſferunt. Mos aūt (ut uult Cicero) ita tranſfert: ut penes priorem quoqꝫ remaneat. Et in li. i. offi. Quod ab Ennio poſitum in una re: trāſferri in multas poteſt. Et in eodē. Mediocritas ad oēm uſum, cultūqꝫ uitæ tranſferenda eſt. Lucanus in. x. Nōdum tranſlatos romana in ſæcula luxus.

¶ Epitome capitis lix.

ASCEN. ¶ COMMITTO ſequēte ut: aut ſimili particula ſere in malam partē ſumitur: ideoqꝫ habet negationē præpoſitam.

¶ Cōmitto qualiter accipiatur. Cap. lix.

Cōmitto qn̄ in bonaꝫ & qn̄ in malam partem.

NOn cōmittas: ut, cum oīa tibi a nobis ſuppeditata fuerit: tu tibi defuiſſe uideare. Et iteꝝ. Non cōmittas: ut dicēdum ſit nō putaram. Hæc Cicero. Quinti. quoqꝫ. Non cōmittá ut illa dubia faciam defenſionis ſollicitudine. Et alibi. Nihil tibi minus cōmittēdum: ꝙ ut ulciſcaris hoc flagitium, in eo præſertim, qui apud malignos poterit uideri te ꝑmittente feciſſe. Cicero tñ quodam loco nō per ut, ſed per quáobrē locutus eſt, dicens. Nihil tibi eſſe cōmittēdū: cōſiderare debes quáobrem eoꝝ, quos laudas: te non ſimillimum non præbeas. Idem pollet quáobrem, quod ut: & licebit illud tollere: & hoc ſubiicere. Ex quibus exemplis datur itelligi: hoc uerbum, ſequēte ut, uel ſimili dictione, dicas. fac cōmittas ut oēs te laudēt: aut ſic: non cōmiſiſti unꝙ ut laudereris: ꝑpterea ſemper habet ſecum negationem.

¶ Epitome capitis lx.

¶ ORIVNDVS ꝑticipiū nō eſt: ſignificat autē locū unde maiores noſtri ſunt: noſqꝫ in origine traximus: licet alibi orti: id eſt nati ſimus. Dicit autem ortus circunſtantiam loci in quo: oriundus uero de quo. ASCEN.

¶ Oriundus: & ortus. Cap. lx.

ORiūdus, qd nō hēt uim participii, credo alii dixerūt. Cuius utēdi hic modus eſt. Ego ſū ortus Rōæ: oriūdus à placētia. Titus Liui. Nati Carthagine: ſed oriūdi à Syracuſis: id eſt à Syracuſis originē trahētes: unde fuerūt parētes. uel ſine præpoſitione. ut idē. Alba oriūdum ſacerdotiū. In ꝑſonis fere cū præpoſitione. Idē. longe is princeps latini nominis erat (ſi famæ credimus) ab Vlixe, deaqꝫ Circe oriundus. Idem. Quid hoc ſi polluit nobilitatē iſtá ueſtram? quá pleriqꝫ oriūdi ex Albanis, & Sabinis nō genere, nec ſanguine: ſed ꝑ cooptationē in patres. Nōnunꝙ per indeclinabilia: ut. inde ego ſum oriūdus, unde tu. Liuius tñ (ſi recte ſcribitur) ait li. viii. Palæpolis fuit haud ꝓcul inde: ubi nūc Neapolis ſita eſt: duabus urbibus, idēqꝫ populus habitabat. Cumis erant oriundi.

Orīūdus Ortus Inde ego ſum oriūdus unde tu.

¶ Epitome capitis lxi.

¶ MEMINI uerbum pro recordor regit gtīū uel actīū. ſignificans autem mentionem facere genitiuū uel ablatiuum mediante de præpoſitione: a qua ſignificatione uidentur deriuari mentū. mens, mentio, & mentior, & forte mēta. ASCEN.

¶ Memini. Cap. lxi.

Memini.

MEmini, pro recordor, tum genitiuū, tum accuſatium poſtulat. ut Terentius. Faciam ut mei qꝫ, & huius diei, ac loci ſemper memineris. Cicero. Omnia quæ curát ſenes, meminerūt uadimonia cōſtituta: qui ſibi, cui ipſi debeant. Quid iuriſconſulti? quid pōtifices? quid augures? qd philoſophi ſenes. ꝙ multa meminerūt. Idem uerbum pro eo, quod eſt mētionem facio: recuſat accuſatiuum: poſtulatqꝫ genitiuū, uel ablatiuum cum præpoſitione de: ut Quintilianus. Neqꝫ omnino hui9 rei meminit poeta ipſe. Et iteꝝ. De quibus multi meminerūt. Hinc uidetur deriuari mētio: quaſi a meno præſenti, & geminato præterito memini: unde ſupinū mentum: ex quo mētio: & mēs, quæ oīum recordatur: & mētum: quia in mentione facienda, hoc eſt in loquendo præcipue, mento utimur. Nullum enim animal mouet partem oris ſuperioris niſi cocodrill9: ſed iferiorē: ſicut, & nos mētū. Hinc ēt mētior: qa cōtra mētē loquor. Forte & hinc uenit menta: ſed nolo eius ethimologiá aliquá afferre: ne cui forte uidear argutulus.

Mentio Mens Mentum Mentior unde dicuntur.

ℭEpitome capitis.lxii.

ASCEN. Alter & Alius.

ℭALTER de duobus eſt unus: alius de multis. Alter etiã accipitur pro ſecundo, ſiue ex duobus, ſiue ex pluribus. Aliquando etiam pro ipſis duobus.

ℭAddit diſcrimẽ inter tertium conſul, & ter, aut tertio: de quo A. Gellius lib.x. dixit ſic: Familiari meo cuipiam literas Athenis Romã miſi: in qbus a me iam tertiũ conſul ſcriptũ fuit. Is aũt ad me reſcripſit: petiuitq; ut rõnem dicerem cur tertiũ ac nõ tertio ſcripſiſſem. Id ẽt aſcripſit: ut qd ſuper illo quoq; mihi uideret̃ ſe facerẽ certiorẽ: tertiũ ne conſul & q̃rtum: an tertio & quarto dicendum eẽt: cum Romæ doctum uirum dicere audiſſet tertio & quarto conſul: non tertium quartũq;: idq; in principio libri Cælium ſcripſiſſe: & Quadrigariũ Claudiũ in libro undeuigeſimo. Mariũ creatũ ſeptimo conſulẽ dixiſſe. Ad hæc ergo reſcripſi nihil amplius q̃ uerba Marci Varronis hoĩs (ut opinor) q̃ fuit Claudius cum Cælio doctioris: in qbus uerbis utrũq; de quo ad me ſcripſerat decideret̃. Nã & Varro ſatis aperte quod dici oporteret, edocuit. Et ego aduerſus eũ qui doctus dicebat̃ litẽ meã facere abſens nolui. Verba Marci Varronis ex libro diſciplinarũ quito hęc ſunt. Aliud eſt quarto p̃torẽ fieri, & aliud eſt quartum. Quarto ꝗ tẽpus aſſignificat, & ter ante factum: quartũ antem aſſignificat, & tres ante factos. Legitur Ennius recte ꝗ ſcripſit. Quintus pr̃ quartum fit conſul. Et Pompeius timidus: quod in theatro ne aſcriberet conſul tertium an tertio: extremas l\[r\]as non ſcripſit: quod te Pompeio Varro breuiter & ſubobſcure dixit Tito Tullii Ciceronis libertus in epiſtola quadã ennarratius ſcripſit. ad hunc ferme modum. Cum Pompeius (inquit) ædem uictoriæ dedicaturus foret: cuius gradus uice theatri eẽnt, nomẽq; eius, & honores iſcriberent̃: q̃ri cœptũ eſt utrum conſul tertio inſcribendum eſſet an tertium. Eã rem Pompeius exquiſitiſſime retulit ad doctiſſimos ciuitatis. Cũq; diſſentiretur, & pars tertio: alii tertium ſcribendum contenderẽt. Rogauit Cice. Pompeius: ut quod enim rectius uideretur ſcribi iuberet. Cũq; Ciceronem (inquit) iudicare de uiris doctis ueritum eſſet: ne quorũ opinionem improbaſſet: ipſos uideretur importare. Perſuaſit igitur Pompeio Cicero: ut neq; tertio, neq; tertium ſcriberetur: ſed ad ſecundũ uſq; t. fierent litteræ uidelicet tert. ut uerbo non perſcripto res quidem demonſtraretur: ſed dictio tm̃ ambigua uerbi lateret. In Marci tñ Catonis lib. iiii. Originum ita perſcriptum eſt: Carthaginenſes ſextum de fœdere decernere: id uerbum ſignificat quinquies ante eos feciſſe contra fœdus nũc ſextũ.

Differentia inter quarto cõſul & quartum.

PETrus de FON.

ℭALTERO alterius, uel alteri alteræ alteri. Teren. in Heau. hoc ipſum alterę dum narrat forte audiui, & ad unum de duobus dicitur: ut perſpicue recitat Lauren. ut Hannibal in tranſitu alpium amiſit alterum oculum: ſiue ad unã duarũ partium. Cice. duplices ſimilitudines eſſe debẽt hunc rerum alteræ uerborũ ne ceſſauit ex eo alterũ alter criminari. Virg. Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. Alius de pluribus. ut alii uirtutem præponit, alii uoluptatem, alii indolentiam: interdum tamen alius de duobus dicitur: ubi diuerſa conceduntur: ut alius eſt intellectus meus, alius tuus: alter uero ad unum de duobus refertur: ut altero menſe repudiaui uxorem, & hic eſt alter annus belli punici ideſt ſecundus a prælii punici origine: aliquando pro ipſis duobus: ut unus, aut alter ideſt unus, aut duo, & alter nõ eſt ſecundus: ſed tertius: ut ait Terentius in Heau. Sed poſtq̃ acceſſit amans pretium pollicens unus, & idem alter, & Virgilius: Alter hac uiuit decimo: aliqñ ponit̃ ꝓ alio. Plinius: Tabulas plures pinxit: e qbus unã in foro, alterã in comitiis: duas in Põpei porticibus: uidemus aliqñ ꝓ aduerſo & nõ bono: ut in auguriis altera cum appellet̃ auis: quæ utiq; proſpera non eſt.

ℭAlter, alius. Cap. lxii.

Alter de duobus.

ALter de duobus dici, alius de multis, notum eſt omnibus: licet non omnes recte utantur. Macrobius de ſaturnalibus. Cum igit̃ aſſeruerimus quattuor in corpore fieri digeſtiones: quarũ altera pendet ex altera. dicendum erat. quarũ alia pẽdet ex alia. Idem in alio opere de naturalibus. Ille uero inſolubiles cauſæ ſunt: quæ mutuis inuicem nexibus uinciuntur: & alterum altera facit: ac uiciſſim de ſe naſcuntur: nunquã natura his ſocietatis amplexibus ſeparant̃. Nam Ouidius de nouem picarũ tranſformatione loquẽs, quanquã eum excuſare metri neceſſitas poteſt: tamen quod ſingulæ ſingulas, ac certæ certas intuerent̃ intellexit: cum inquit. Alteraq; alterius rigido cõcreſcere roſtro Ora uidet. Suetonius de uita Caii. Nec ceſſauit ex eo alterũ alteri criminari: atq; iter ſe oẽs cõmittere. Neſcio an ſic accipiendũ ſit unũ uni: & rurſus hũc illi. Plinius quoq; li. xi. inqt de formicis. Quã ex aduerſo conuehunt altera alterius ignara.

Quare dicamus aliquando ſic loqui eſſe permiſſum. E diuerſo nonnunquã de duobus dicimus alius: nec dicere alter poſſum⁹: ut dubitat̃. uter excellat: Saluſtius, an Liuius: & alius alium præponit: nõ autem alter alterũ. Ratio poſtulabat ut diceremus: alius alterũ. Nam alius ad plurimos refertur qui de duobus iudicant: alter ad unum de duobus de qbus iudicat̃. Sed quia uidebat̃ inuenuſtum ſic loqui: maluerunt mutare alterũ in alium. Afferamus exẽplum. Saluſtius in Cati. de Cæſare, & Catone loquẽs, inqt. Genus, ætas, eloquẽtia, prope paria fuere: magnitudo quoq; animi, & gloria: ſed alia alii. Vel eſt ratio, quã dixi: uel hæc: qd idem eſt alia alii: qd diuerſa diuerſo: ut. alia eſt facies mea: alia eſt facies tua: id eſt diuerſa. Proprie igit̃ alter refertur ad unum de duobus: ut Annibal in tranſitu appẽnini amiſit alterũ oculum: ſiue ad unam duarũ partium: qd ſuperius etiã ſignificaui: ubi hoc Ciceronis exẽplo uſus ſum. Duplices ſimilitudines eſſe debẽt: unæ rerũ alteræ uerborũ. & quale eſt Virgil. exẽplum. Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. Aliqñ accipit̃ alter pro ſecũdo ex duobus, pluribuſue: ut. unus, alter, tertius, quartus, unæ, alteræ, tertiæ, quartæ litteræ. Et. hic ẽ alter ann⁹ belli punici. Ego altero mẽſe repudiaui uxorẽ: ideſt: ſecũdus annus ab origine belli: &, ſecũdo mẽſe à ductione uxoris. Aliquando pro ipſis duobus: ut. unus, aut alter. i. unus, aut duo: unus, & alter. i. unus & duo. quod etiam in aduerbiis reſpondet. ſemel aut iterum. i. ſemel aut bis. Item. ſemel, & iterum. Ci. in Bruto. ſemel, aut iterum philippus. Dubitari poteſt tamen: cum dicitur: iterũ conſul: an ſecunda uice, an bis conſul intelligatur: quæ dubitatio, & in cęteris non erit. Tertiũ enim conſul, & quartũ conſul ſic differt ab illo,

Alius de multis.

Alter pro ſecundo

Vices
Vice.

ter conſul,& quater conſul:iqđ in altero ſignificatur,& tertia , & quarta uice:in altera tribus, & quattuor uicibus. Aliqui tñ dubitarent,an in hanc ſignificationē uice,& uices reperiať.

℄Epitome capitis.lxiii.

AS CEN. ℄QVIS q;,unuſqſq;:& uterq; ſolent poni elegāter in oratione poſt ſuus uel ſe:ſed ante ſubſtātiuum ipſius ſuus:ita ut diſcrepent cum adiectiuo ſequenti expreſſo:ſed concordent cum ſubaudito:in qua reſeruandus eſt aptus ſitus.

℄Nā(ut textus declarat)apte dixeris ſingulariter:dū uterq; aut quiſq;:aut unuſqſq; poniť inter ſuum & eius ſubſtātiuū: etiam ſi ſequať adiectiuū plurale:ut In ſuum priſtinum unaquæq; nidum imigrātes:ſed inepte ſi etiam ſubſtātiuum præceſſerit:ut In ſuum priſtinū nidū unaquæq; imigrantes:deberet enim ſic dici imigrans.Cauſa dřiæ eſt:quia dum ea clauſula interiecta ſic ponitur:uideť adiectiuum plurale ſequens ad præcedens ſubſtantiuum plurale referri:ſed quando præponitur uidetur ipſa eſſe ad quam debeat adiectiuum principaliter reſpicere.Sicut dum dico:Quem audiſtis ſermonem non eſt meus.Sermonem uidetur regi ab audiſtis . Sed dum ſic:Sermonem quem audiſtis:non eſt meus a uerbo eſt : itaq; prior dicitur latine non ſecunda.

Suus
Sui ubi ſit quō dicēdum.

℄Qualr ſit dicēdū:ubi ſit ſuus,aut ſui.C.lxiii

HIrundines uere ineunte redeūt , in ſuū priſtinum unaquæq; nidum imigrantes. Muta illud unaquæq; ſic:in ſuum priſtinum nidum unaquæq; imigrantes:aut ſic:unaquæq; in priſtinum nidum immigrantes:iam non erit latinum. Item.offendi parentes,ſuo utrūq; morbo affectos:transfer illud utrūq;:ut modo oſtendi : iam non erit elegans. Nam ſi ita mutemus:ille pluralis numerus imigrātes,& affectos , refert ad illam ſingularem, unaquæq;,& utrunq;:quod fieri non poteſt. At illo modo ſuperiore ſecus.refertur enim numerus pluralis ad pluralem:ſic. Hirundines uere ineunte redeunt,immigrantes in nidos priſtinos, unaquæq; in ſuum,ſupple imigrās. Offendi parentes morbis affectos,utrunq; ſuo,ſupple affectum morbo. Virgilius in.xii. Dant ſonitum ſpumoſi amnes:& in æquora currunt: Q uiſq; ſuum populatus iter. Et paulopoſt. Pro ſe quiſq; uiri ſūma nituntť opum ui. In priore exēplo,ſi uerſus patereť:non decuiſſet dicere:qſq; ſuū iter populatus:ſed populati.nec in poſteriore.Pro ſe quiſq; uiri ſūma nititur opum ui . Secus autem ſolet fieri : ubi abeſt ſuus , aut ſe.ut Quintilianus. Cōmendo tibi ſenem:quem fecimus uterq; mendicum. Nec recte dicas.cōmendo tibi ſenem:quem nos filii alleuare debemus,uterq; mendicum facientes : uel ſic.quem nos uterq; captiui mendicum facimus:niſi more poetico:ut apud Oui. Vtraq; formoſæ me iudice ſunt uenerandæ. Et apud Horatium. Legati magnis ſi de rebus uterq;. quod apud oratores non reperitur . Sicut ne illud quidem: licet Aulus Gellius utať:ut apud Terentium. Q uod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli. quod qdam exponunt pro eo,quod eſt:pleriq; omnium:qdam pro eo,quod eſt,omnes.

℄Epitome capitis.lxiiii:

℄ELEGANtius poſt hmōi particulam homo illiteratus eſt:ſubauditur:ſed cuiq̄ cui tñ,& ita in aliis caſibus. ASCEN.

℄ Vt latine tale quid dicatur:homo illiteratus eſt:cui tamen paucos anteponas:ut idem eleganter, Cap. lxiiii.

Hō illiteratus eſt cui paucos ante ponas.
Iuuat qđ me maxie

HOmo illiteratus eſt:cui tamē paucos in rerum gerēdarum ſcientia anteponas:latinum eſt:homo illiteratus eſt: ſed cui paucos anteponas: etiam elegans eſt. Item in negatione . homo qdem illiteratus:quem tamen nō poſtponas multis.latinū: ut dixi elegans etiam ſic : homo qdem illiteratus:ſed quem non multis poſtponas . Ideo dixi elegans:quia ſubintelligitur talis : quod in alio non fit:ut ſit homo illiteratus:ſed talis:quē : & cætera:uel:ſed is,pro talis. Ideoq; & hoc elegāter dicetur. homo illiteratus:non tamen quem multis poſtponas:ideſt nō tñ is,quē multis poſtponas. Aliquando non ſubintelligiť talis : neq; is.ut hic ager eſt meus:ſed cuius uſu careo.

℄Epitome capitis lxv.

℄MVLtifariā & non inepte dixeris:˙Video te amatorem ſtudiorum:quod,uel quæ res,uel id quod me iuuat. AS CEN.

℄Quod me maxime iuuat. Cap. lxv.

Video te, quod me maxime iuuat.

VIdeo te amatorem ſtudiorum : quod me maxime iuuat:uľ:quæ res me maxime iuuat:uel : id quod me maxime iuuat. Item.uideo te, quod me maxime iuuat:uel:quę res me maxime iuuat:uel:id, quod me maxime iuuat : amatorem ſtudiorū. quæ exempla ſibi quiſq; conquirat.

℄Epitome capitis.lxvi.

℄ALIQVIS: quiſq̄,quiſpiam,ullus de incerto tam loquenti q̄ audienti dicuntur:ullus tamen uix aliter q̄ cū uix: aut negatione,aut:interrogatione ponitur.Sed quidam dicitur de certo & noto loquenti. ASCEN.

℄Vnde non dicā:Quidā neſcio qs ſit id fecit:ſed aliqs.

℄Aliquis.quidam. Cap.lxvi.

Aliquis
Quiſpiā
Quiſqā
Vllus
Quidam

ALiquis,quiſquā,quiſpiam,ullus,idem ſignificant:differuntq; a quidam:ut in alio opere,quod de dialectica propediem edemus:oſtendetur. Vllus tamē quodāmodo claudicat: nec fere citra negationem,quaſi citra baculum,igredi pōt : niſi interrogatiue.ut:uocat me ullus?aut ſubiūctiue:ut: ſi ullus me uocat : nunquam plane affirmatiue:ſicut illa ſuperiora.

℄Epitome capitis.lxvii.

℄QVOTIES utriuſq; uerbi: quoq; alteq; cū ſuppoſito ſolet reſolui in ablatiuos in deſignatione ſequelæ poſitos:eſt unum ſuppoſitum elegantius pro ablatiuis utimur nominatiuo participiali. ASCEN.

℄Vt elegantius dico: occupatus in repub.tibi uacare nō potui q̄ me occupato,& exiſtens Romæ mira uidi q̄ me exiſtente &c.illud autem Horatii:ego ad participiū acti referrem.

Præponitur enim laudator temporis acti ſe puero:nec ſic eſt contra hanc elegantiam.

Me occupato nullũ tẽpus ſeponere poterã: nõ latine dici:ſed aliter. Cap.lxvii.

Me,occupato nullũ tẽps ſeponerẽ poteram ad ſtudendũ.

ME occupato in adminiſtratione magiſtratus,nullum tẽpus ſeponere ad ſtudendum poterã:uel me occupato in adminiſtratione magiſtratus,nullum tempus mihi reliquum erat rariſſime latini ſic locuti ſunt: Græci frequenter: ſed hoc modo potius.occupatus in adminiſtratione magiſtratus nullũ tẽpus ſeponere ad ſtudia poteram:uel occupato in admiſtratione magiſtratus nullum mihi tempus ad ſtudia reliquum erat. Dixi rariſſime:non tamen nũquam. Nam qdam ſic locuti ſunt:ut Horatius de arte poetica. Se puero cenſor,caſtigatorq; minorum. Quintus Tullius ad Tironem. Non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus eſt adhibendus pro te patronus. Simile qddam ſapit:quale eſt apud M.Tulliũ. Cũ & p meipſum egiſſem: & p Druſum ſæpe tẽtaſſem. Illud enĩ p ſignificare ſolet mediũ quẽdã, aliũq; interceſſorem. Nũc uero quis queat medius eẽ iter ſe,& alium?& tamẽ ſic uulgo loquimur:p meipſum rogaui:per teipſum obtinuiſti.

ASCEN.

Epitome capitis.lxviii.

AVXILIVM do,& fero dicimus,& opem ferto.unde opitulor:opem do dicimus.

Do & fero ꝓpoſitali gaudẽt actõ.

Quod dicatur auxilium do: feroq;:non autem opem do. Cap.lxviii.

Do & Fero auxiliũ

AVxilium do, feroq;, dicimus: opem do,non dicimus:ſed fero:unde opitulor.quod Tullianum uerbum eſſe,Seneca auctor eſt: quo tamen & Saluſti. utitur:& Plautus,& alii nõnulli.

ASCEN.

Epitome capitis.lxix.

AVDIui aut accepi:a,ex,& de p̃re dicimus.De uia aũt ſignificat etiam quaſi de itione ſeu de itinere.

Audiui a,a,ex,de,patre meo. Cap.lxix.

Audio, A Ex, De.

Ex:De patre meo q̃bus cum uerbis.

AVdiui a patre meo: &,audiui ex patre meo: &,audiui de patre meo:idẽ ſignificare inueniet,qui bonos libros euoluet. Cicero tamen præcipue ſic locutus eſt. Similiter apđ eũdẽ. Quæſiui te ab hoſtio,ex hoſtio,de hoſtio: uocaui te a uia, ex uia,de uia. ſed hoc ultimum apud eundem in aliũ quoq; ſenſum accipitur: ut in philippicis. Cũq; de uia languerem: & mihimet diſplicerem. Et de re publica. Et quod de uia ſeſſus eſſem:& quod ad multam noctem uigilaſſem. & de academicis. In Cumano nuper cũ mecum Atticus noſter eſſet: nũciatum eſt nobis a M.Varrone: ueniſſe eum Roma pridie ueſperi:& niſi de uia feſſus eſſe: continuo ad nos uẽturum fuiſſe quaſi de labore uiæ. Hic enim uia ſignificat iter:hoc eſt actionem ambulãdi:illic locum,quo ambulamus.

Epitome capitis.lxx.

SOLVS & unus more ſuperlatiuoꝝ conſtruunť cum genitiuo multitudinis,aut actõ uel ablatiuo mediante præpoſitione:quod reliquis adiectiuis non competit. ASCEN.

Solus,& unus regũt genitiuũ,& ablatiuũ cũ præſitione. Cap. lxx.

Solus Vnus cũ gtõ & ablatiuo.

INter omnia adiectiua, quæ non ſunt ſuperlatiua: duo fere hæc,ſolus, & unus,more ſuperlatiuoꝝ regunt genitiuum:ut. Solus omnium non remiſit ſibi: ut incredibilior ſit in paricidio.cæcus fuit:cum uideret. Hæc Quintilianus. Et Plinius. Accipẽſer unus omnium ſquamis ad os uerſis cõtra aquas natando meat. Similiter ablatiuum cũ præpoſitione. Nam ut dicimus:ex omnibus maximus.& iter omnes maximus:ita unus,& ſolus ex omnibus,uel inter omnes. Verum unus,pro ſolus accipio: ideoq; fere cũ illo adiectiuo omnis tantummodo coniunguntur. Nam unus ex fortibus,unus ex populo,alterius ſignificationis eſt. Cum ſubſtantiuo quoq; coniungiť.ut idem Plinius. Caluitiũ uni tantũ animalium homini. ſed q̃ſi ſubintelligiť oĩum.

Epitome capitis.lxxi.

ANIMAduerto te: ideſt animo complector aut conſidero:animaduerto in te:ideſt rite & ordinarie procedendo te punio:differũt ergo,cum intueor te & in te non differant. Animaduerto tibi:ideſt puto. ASCEN.

Animaduerto te:animaduerto i te. C.lxxi.

Animaduerto te & i te qũo differant.

ANimaduerto te, & animaduerto i te, differunt:cum intueor te, & intueor in te,non differãt. Animaduerto in te: eſt:punio te: ſed cum hac differentia:quod punire eſt quorũcunq;, ſiue iure,ſiue iniuria: animaduertere eſt eius, qui in alterum habet poteſtatem,ordine,ac rite:ideſt,cum animaduerſione punire. Sed hoc proprie refertur ad perſonas. Animaduerto, pro intueor,& perſonam,& rem dicimus.

Epitome capitis.lxxii.

QVAEdã uocabula ſunt notiora oratoribus:ut filius: pater,hõ,q̃ natus,genitrix,uir,quæ poetis notiora ſunt. Inter utroſq; aũt ambulat Hiſtoriographus ab utroq; accipiẽs. Vnde ſciemus ſuum eſſe cuiq; ſtilum: ſuaq; uerba. Nam caballus in oratione raro ponitur:in carmine nõ raro. Quod in cæteris quoq; annotandum eſt. ASCEN.

Filius,natus,pater,genitor,mater,genitrix, parens. Cap. lxxii.

Filius Pater Natus Genitor.

ORatores ſæpius dicunt filius,quã natus:pater,quã genitor: mater,quã genitrix:parens pro utroq;:& ſæpe homo potius,quã uir: quotiens ita accipitur ille,de quo agimus:aut loquimur: quale eſt hoc.illi deduxerũt hominem in palæſtram:

Poetæ potius ecõtrario. Hiſtorici mediam quã dam uiam tenẽt. ut Saluſtius. Eos mores, atq; eam induſtriam uiri cognoui.

℄ Epitome capitis. lxxviii.

ASCEN.

℄ IN Primis eſt inter primos: primas aut prima iuxta exigentiam ſubſtantiui ſubauditi: quod ſi nullum eſt refertur ad neutrum genus: ſicut & alia adiectiua abſolute poſita.

℄ Neq; magis cenſebitur una dictio q̃ inter primos.

℄ In primis potens. Cap. lxxiii.

In primis quo ſumatur.

IN primis potens, ſi de maſculino loquaris: intelligitur inter primos: ſi de fœmina: inter primas: ſi de neutro: inter prima. Nam idẽ pollet in primis, & inter primos, uel inter primas, uel ĩter prima. At ſi defuerit adiectiuum: utiq; accipitur in neutro: quale eſt illud Virgilii. In primis uenerare deos. niſi ſit tale, quale apud eundẽ. In primis regina quietum. Accipit in Teucros animũ. In primis: nõ inter primas, aut inter prima, accipiendum eſt: ſed inter primos. una enim inter mares fœmina nominatur ſine fœminis aliis: aut inter primos, & inter primas.

℄ Epitome capitis. lxxiiii.

ASCEN.

℄ HIC Non eſt cum illo comparandus: melius de minore ad maiorem dicitur. ut Virgi. cum Home. Cauſa eſt quia defectus (ut dicunt) eſt in minore qui non accidit ad qualitatem maioris: ut illi cenſeatur comparandus.

℄ Hic non eſt cũ illo cõparandus. Cap. lxxiiii.

Cõparandus hic cũ illo.

HIc non eſt cum illo comparãdus: melius de maiore ad maiorem dicitur. ut: Virgii. cum Homero, Horatius cum Pindaro nõ eſt cõparandus: q̃ ẽ diuerſo, ſic: Homerus cũ Virgilio: Pindarus cũ Horatio nõ ẽ cõparãdus. ẽ diuerſo tñ nõ nunq̃ repitur.

℄ Epitome capitis. lxxv.

ASCEN.

℄ INTERCEDIT Amicitia. i. cõciliatur. intercedit uir i. medium ſe ad conciliationem ponit.

℄ Intercedo. Cap. lxxv.

Intercedo.

INtercedit mihi tecum amicitia: intercedit tibi cũ illo affinitas: intercedit ſibi mecum neceſſitudo: hoc eſt amicitia, affinitas, neceſſitudo inter nos eſt media quædam, quæ nos conciliat. Tribuni intercеſſerũt: Cepio interceſſit: Cato ĩterceſſit: hoc eſt: in medium ſe uerbis, & ui oppoſuit.

℄ Epitome capitis. lxxvi.

ASCEN.

℄ AMAMVS Inter nos: pueri inter ſe amant: plena eſt locutio: neq; ponẽdus ſecũdus actũs: qualis eſſet nos inter nos: ſe inter ſe. Bene habet etiam ſine ſuppoſito poni ſolet.

℄ Amare inuicẽ, mutuo, pariter ĩter ſe. Ca. lxxvi.

Amare mutuo inuicẽ pariter inter ſe.

AMamus nos inuicem: amatis uos mutuo: amãt ſe pariter. Cum uero adhibemus præpoſitionẽ inter: tollimus actũm, qui regitur a uerbo: ne turpe foret: ſi replicaretur: ſic. amamus inter nos: non aũt: amamus nos inter nos: amatis inter uos: amant ter ſe non aũt: amatis uos inter uos: amant ſe inter ſe. Cicero ad fratrem. Pueri ualde inter ſe amant. Et de amicitia. Neq; ſolum inter ſe diligent: & colent: ſed etiam uerebuntur. Terẽ. in Adelphis. Video eos ſapere, itelligere, in loco ueteri, inter ſe amare. Idem in eadem. Quaſi non norimus inter nos. Bene habeo: bene habes: ideſt bene ualeo: bene uales. In tertia autem pſona etiam ſine ſuppoſito bene habet: ideſt bene ſe res habet. quod exemplum ubiq; frequens eſt.

Bene hẽo

℄ Epitome capitis. lxxvii.

ASCEN.

℄ FACIO te certiorem: non ago certiorem, & raro certum niſi metri cauſa dicimus. Dicimus tamen facio rem gratam, & gratum, ludos, rem diuinam. Præterea feci iacturam, damnum, naufragium, frequentius q̃ paſſus ſum: feci fugam: ideſt fugi: feci timorem, dum alter timuit: feci iter, non egi iter: ideſt iui. Feci uiam: ideſt ſtraui: feci copiam & poteſtatẽ rerum mearum non dedi. Feci lucrũ potius q̃ acquiſiui. Vrinam feci: ideſt minxi, oletum feci, nõ emiſi. i. euacuaui aluũ. Fregi quoq; nauem: pro fracta eſt mihi nauis dicimus. Item accepi iniuriam: potius q̃ paſſus ſum, & ita in aliis.

℄ Facio te certiorem. Cap. lxxvii.

Facio certiorem.

FAcio te certiorem: non certum: nam Virg. Anchiſem facio certum, ideo dixit: quia ſyllaba breuis inter longas nõ poteſt collocari in uerſu. Proſa autem oratione ſcribentes ſemper certiorem dixerũt: & ſemper facio: nunquã ago. Facio tibi gratũ: nunq̃ ago tibi gratũ: facio ludos: facio rẽ diuinã facio ſacrificiũ facio ſolẽnitatẽ: nũq̃ ago: & multa hmõi. Item feci iacturã: feci damnũ: feci naufragium. Vix unq̃ paſſus ſum iacturam, damnũ, naufragium. Cicero. Magna in rep. facta iactura eſt. Idem. Damnum enim illius immaturo interitu res romanæ, latinæq; litteræ fecerunt. Quintilianus. In portu naufragium fecimus. & in cæteris quibuſdam. Feci tamen fugam: quod ego fugi alterum: non quod alter me. Item feci iter: non egi iter. Aliquando ẽt feci uiam: feci copiam tibi rerum mearum: nũq̃ egi, aut dedi, aut præſtiti copiam. feci poteſtatem tibi uidendi res meas domeſticas: non autem dedi, feci lucrum: non autem acquiſiui lucrum. Honore dicto, utinam feciti ſtercus fecit: non autem emiſit. Simile huic eſt, quod dicimus. fregit nauim: fregit brachium: quaſi ipſe fregerit: & ipſe egerit: & non potius paſſus ſit. Terentius. Is fregit nauim apud Andrum. Cicero. Gregaleſq; eum, cum non ueniſſet in cãpum, requirerent: excuſauit Veſpa Terentius: quod eum brachium fregiſſe diceret. Alius dixiſſet. quod ei brachium fractum eſſet. Item ẽt accipi moleſtiam, cladem, contumeliamue. Accepi uulnus: accepi iniuriam: accepi dedecus: accepi ignominiam. uix autem paſſus ſum. de quo uerbo cõmodius alio loco dicam. Accepi uoluptatem: gaudium: lætitiam.

Frango

Accipio.

ASCEN.

¶Epitome capitis.lxxviii.

¶QVA pietate:cuius pietatis:quæ pietas eleganter quaſi per parentheſim inſeritur, ſicut ea pietate, eius pietatis, ea pietas, ꝑ tāta pietate, tātæ pietatis, aut tanta pietas &c.

¶ Qua pietate, cuius pietatis, quæ pietas eſt. Cap.lxxviii.

Qua pietate eſt.

SI potuiſſet redimere oculos matris:q̄ pietate fuit: uicarios ſuos dediſſet: ideſt tāta pietate in matrē fuit. Idē Quītilianꝰ. Hoc ſi ſciſſes pater:affirmo:ꝓmitto:cuiꝰ pietatis es:nemo te anteceſſiſſet. Et alibi. Quæ tua pietas eſt. Tribus enim modis utimur ꝑ relatiuū:totidem ꝑ ꝓnomē, is. Prīo mō ſic. ea pietate fuerit. ſecundo ſic. eius pietatis es:ſed hoc rariꝰ. tertio ſic. ea pietas tua eſt. ea, ꝑ tāta accipit̃. Ideoq; & ipſo tāta uti licet eo modo, quo & ꝓnomine. hēt aūt aliquid plus talis oratio: q̄ ſi dicas: pro tua pietate.

Cuius pietatis eſt. Quæ pietas eſt.

¶Epitome capitis.lxxix.

ASCEN. Venire in opinionem.

¶VENIRE in opinionem ſignificat cum habere, tum facere opinionem. Exiſtimatio quoq; & actiue & paſſiue accipitur. Sed uenire in ſuſpitionem, obliuionem, & uituperationem ſemper paſſiue: ſicut ut plurimum offenſio accipitur: nam offenſa actiue dicimus. Vectatio quoq; fere paſſiue accipitur: ſicut & uector potius pro eo qui uehitur: quā qui uehit. Cætera autem uerbalia i io a ſupinis actiuorum deducta communiter ſignificant.

Nota uerſiculos.

¶Vector ergo communiter ſignificat ſicut & ea quæ his uerſiculis continentur. Hoſpes & zelotypus, conuiuaque, uector, alumnus. Actum ſiue pati ſub eodē nomine ſignāt. Negat id de alumno auctor noſter: ſed ut ſuo loco dicetur non recte.

¶ Veni in opinionem. Cap.lxxix.

Veni in opinionē.

VEni ī opinionē, actiue accipit̃: qđ talē opinionem hēo: aliqn̄ paſſiue: cū opinio ſignificat famā: opinio inq̄, q̄ de me hētur ab aliis: nō quā ego hēo de aliquo. ſicut exiſtimatio eſt opinio, atq; ſententia: cū accipitur actiue: ut exiſtimatio mea. i. ita exiſtimo: aliqn̄ paſſiue: ut hō magnæ exiſtimationis. i. famę, & nominis: quod eū magni hoīes exiſtimāt: ita hō magnæ opinionis. ut Quintilianus. Quod accidiſſe ēt Portio Latroni, q primus clari nominis ꝓfeſſor fuit: Tradit̃: ut, cū ei ſūmam ī ſcholis opinionē optinēti cā in foro eēt oranda: impēſe petierit ut i ſubſellia ī baſilicam transferrent̃. Cicero. Sermonibus familiariū ꝑuenimus ēt nos in opinionē. Venio in ſuſpitionē ſemꝑ paſſiue. ut idē. Quod ſi falſo Publ. Sextio ueniſſes ī ſuſpitionē. ideſt ī ſuſpitionē tui, nō tuā. Veni ī obliuionē ſemper ēt paſſiue. ut idē. Vt ſi fuerint excellētes uiri: certe iam uenerint in obliuionē. hoc eſt: quod cæteri de illis obliti ſunt: non quod ipſi đ aliis: aut de ſe. Similiter uenio in uituperationem. Idem Verrinaꝝ. v. Vt ꝓpter eū in ſermonē hoīum, atq; in tantam uituperationē ueniret. Offenſio ēt ꝓpe paſſiue accipit̃. Ideoq; idē nō Clodii offenſiones dicit: ſed offenſas: ſuas uero offenſiones: & alibi. In ægro corpore odioſa eſt oīs offenſio. ideſt moleſta oīs paſſio. Vectatio uero huic ſimile eſt. cuius rei cā eſt: quod uector: qđ deberet ſignificare quod uehit: ut nauis, equus, uehiculum: ſignificat potius id, quod uehitur, qui eſt homo. Cicero. Etiam ſūmi gubernatores in magnis tēpeſtatibus a minoribus uectoribus admoneri ſolent. Quintilianus. Sic in nauem filii mei male permutatus uector imponor. Nō tamen uectorem accipias pro nauta. hinc eſt, quod inuenimus nonnunquam dictum nautas, & uectores. Sunt enim uectores, q precio in aliena naui uehunt̃. ut idem Quintilianus. Cur ī frenatis equis uector inſidet? Nōnunquā pro eo, qui uehit. ut Seneca in Hercule inſano. Tyriæ ꝑ undas uector Europæ nitet. Idē in Hippolyto. Pro ſua uector timidus rapina. Cū de eodem tauro, eadēq; Europa loqueret̃. Nā cætera fere, quæ a ſupinis ueniūt: tā actiue, quam paſſiue accipi ſolēt: ut accuſatio M. Tullii actiue: accuſatio Verris paſſiue: donatio mariti actiue: donatio uero bonoꝝ paſſiue.

Offenſio.

Vectatio.

Verbalia nomina.

¶Epitome capitis.lxxx.

ASCEN.

¶MALE cogitare eſt perniciem, aut aliud malū alii machinari: q̄ſi mala cogitare: ſicut male audire infamari, quaſi male de ſe audire. Sed male dicere ſine caſu, & male cēſere, & ꝓnunciare, opinari, ſentire, exiſtimare, iudicare, & ſimilia: ſignificāt male. i. indebite & cū errore ea facere. At male dico tibi, male opto, male ꝑcor, aut male imprecor ſignificāt: mala & pernicioſa tibi dico: opto &c. Similiter male de te ſentio, male tu de me exiſtimas aut iudicas: quaſi pro malo dicunt̃: ut ſit error non agentis: ſed eius in quem agit.

¶ Male iudico: male cogito. Cap.lxxx.

Male iudico & ſimilia.

MAle iudico: male cēſeo: male ꝓnūcio: male opinor: male ſentio: male exiſtimo: hoc male, ad meipſum refert̃: erroréq; meū declarat. Male cogito: ad alteꝝ refert̃: ſignificatq; perniciem, nō errorē. ut Cicero. Carthaginem diu male cogitantem non prius uereri deſinam: quam exciſam cognouero. Male cogitantem: uidelicet mala in alterum, perniciemq; cogitantem: non autem ſeipſam fallentem. Item maledico tibi: male opto: male precor tibi: aut male imprecor: his non nihil ſimilia ſunt: male de te ſentio: male tu de me exiſtimas: male de illo iudicamus: non error hic ſentientis, exiſtimantis, iudicantiſq; innuitur: ſed uitiū, de quo iudicamus, exiſtimamus, ſentimus. Male quoq; audio: ideſt ī famor, crimina mea audiens: cuius contrarium eſt maledico. Salu. in Ciceronē. Reſpōdebo tibi: ut ſi quā maledicēdo uoluptatē cœpiſti: eā male audiendo amittas. Bene quoq; maxima ex parte huic ſimile eſt: ut. de te bene ſentio: bene tibi precor: bene te mereor.

Male cogito.

Maledico

¶Epitome capitis.lxxxi.

ASCEN. ¶HABEO te loco patris.ideſt ea charitate qua patrem: ſed loco uoluptatis:ideſt uoluptuoſum:& ita in cõſimilibus. Particula autem in locum expetit uerbũ quale eſt ſuccedo, ſubſtituo,aut ſimile.Et in patrem etiam uerbum motus: ut reuertor:redeo non eſſe:unde nõ dicam: ero tibi in patrem: ſed pater.licet Curtius in præſidem dixerit.

¶Loco patris. Cap.lxxxi.

Patris loco te hẽo. Fratris loco & filia.

LOco patris,loco fratris, loco filii, te habeo:nõ ita accipit:quod ubi illi antea erãt:ibi tu nũc apud me ſis: ſed qđ in ea charitate,qua illi fuerũt: aut ſũt: aut eſſent:aut eſſe debeant:ut Criſis Pamphilo apud Teré.loqtur.Si te in germani fratris loco dilexi. Cice.in Verrẽ. In parẽtum loco queſtoribus ſuis prætores eſſe oportere. Illa auté ſnĩa in locum potius,ꝗ̃ in loco reqrit tale aliqđ uerbum:quale eſt apud Quintilianum. Nam quõ pugnam ineuntibus tot ſimul metus laborum,doloꝝ,poſtremo mortis ipſius exciderint: niſi in eoꝝ locum pietas,& fortitudo,& honeſti temporis imago ſucceſſerit? Et alibi. Nõ perdidit filium quiſqs occidit. Explicat a dolore patrem:qđ ſibi uidet̃ feciſſe rem maximã: & in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de uanitate ſolatium.Ergo ita dicitur.ubi aliud erat: aliud ſucceſſit:quæ diuerſa a ſuperiore ſnĩa eſt . loco uoluptatis mihi eſt,loco honoris,loco turpitudinis:ideſt uoluptuoſum,honorificum, turpe. Illud autem in hac parte competit:ut dicamus recordari me an uſq̃ reperi genus illud ſermonis:quo eccleſiaſtici paſſim utũtur. Ego habeo te in patrẽ:tu es mihi in filium:accipio te in fratrem.dicũt enim ueteres.habeo te loco patris: tu es mihi loco filii:accipio te loco fratris: uel: habeo te pro patre:tu es mihi pro filio:accipio te pro fratre:& nonnullis aliis modis. Atq; hic uidetur aliquid non utiq; tale eſſe: ſed perinde eſſe:ac ſi tale foret.Ideoq; expoſitiones noſtræ locum habent:ubi tale aliqd nõ eſt:ut dixi: ſed pro tali habet̃:ut in illo. Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.quod licet dicere:accepit loco matris:uel pro matre:ſiue,pro ſua.Nõ autem ita in illo,qđ pro uero accipi debet.Ego ero illi in patrem:& ipſe erit mihi in filium. Licuiſſet ergo dicere:ideſt:dixiſſent ueteres.Ego ero illi in patrẽ & ipſe erit mihi filius: ſed more Græcorum, unde hæc ſumpta ſunt: noſtris eccleſiaſticis loqui placuit.Idem ueteres,qui illo modo locuti non ſunt: ſic tñ loquebant̃. reuertor in patrem:tibi rediĩ in amicum . ſed hic uerbum eſt ſignificans motum. Quintilianus. Et poſt exitum unici reuertor in patrẽ. Quintus Gurtius tamen lib.v. Igitur rex Arci, babyloniæ,Agaticẽ in præſidem eſſe iuſſit.

Accipio ꝑ patre & familia.

Sum tibi in patrem

¶Epitome capitis.lxxxii.

ASCEN. ¶NIHIL ad eleganter dicitur pro eo quod eſt nihil in cõparatione tui:non tamẽ penitus nihil.ſed ualde parum.

¶Nihil ad tuum equitatum. Cap lxxxii.

Nihil negatiue tẽtũ importat cõparationem cũ ꝓnoie tui uel illius nihil ad te.

ADdit etiã illud. Equites nõ optimos miſiſſe credo. Cæſar,nihil ad tuum eqtatum: ideſt:nihil ad cõparationẽ tui eqtatus. Idem Cicero. Perſium nolo legere:hic fuit enim(ut noramus)oĩum fẽre noſtroꝝ doctiſſimus:Læliũ Decimum uolo: quẽ cognouimus uirum bonũ,& non illiteratum:ſed nihil ad Perſiũ: ideſt nihil in Perſii cõparatione.Cæteꝝ nõ plane nihil intelligẽdum eſt:quale eſt:cum ſubintelligit̃ pertinet:ut.hoc quid ad te:hoc nihil ad re:ſupple:pertinet. Vel potius paꝝ eſt,ut ſit in cõparatione Perſiii paꝝ doctus:& in cõparatione tui equitatus ſint paꝝ boni equites.Terẽtius. Eſt ne Thais ut fertur, forma?ſane.ſed nihil ad noſtrã hanc. non plane nihil,ſed paꝝ potius,accipiendum eſt.

Nihil ad te.i.ad cõparationẽ tuam.

¶Epitome capitis.lxxxiii.

ASCEN. ¶DICETVR memoria teneo:non memoriter:niſi Plinius ſic dixit:Contra memoriter pronuncio & narro nõ memoria.At complector & repeto memoria & memoriter:pro quoꝝ poſteriore nõ dicemus corde tenus,aut mẽte tenus.

¶Magna eſt ergo auctoritas Pliniana: qua ſola trahatur in ſnĩam dicendi teneo memoriter·cuius tamen ſenſus erit:teneo ſic:ut memoriter efferre aut pronunciare poſſem.

¶Mẽoria teneo:memoriter ꝓnũcio.c.lxxxiii.

Memoria teneo

MEmoria teneo:nõ memoriter: ꝓnuncio memoriter:non memoria. Cicero. Memoria teneo bello Marſico cũ Quinto Octauio. Idẽ. Quitus Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter,& iucunde ſolebat. Cõplector tñ memoria,& memoriter:repeto memoriter,& memoria. Quintilianus. Si lõgior cõplectẽda memoria fuerit oro:ꝓderit per ꝑtes ediſcere. Cice. Cõplectebat̃ memoriter:diuidebat acute. Quinti. Memoria repeto cõuictos a me,q reꝑhẽderãt:qđ hoc uerbo uſus eſſem pepigi. Terẽ. An cognoſcit ſigna?at memoriter. Aliud tñ eſt ille ablatiuus:q̃ illud aduerbiũ. Memoria eni qd ſignificat, apparet. Memoriter uero eſt,qđ lr̃atores nr̃i impiti dicũt,cordetenus,& mentetenus. Apud Pliniũ tñ ad Romanũ lego. Tu facillime iudicabis:q̃ tã memoriter tenes:ut cũ hac cõferre poſſis:ſi recte ſic ſcriptũ eſt:recte ſic dici iudicabo.

Repeto memoria

Memoriter

¶Epitome capitis.lxxxiiii.

ASCEN. Afficio

¶EST AVTEM uerbum afficio lati ambitus ad omnẽ affectionem:ſeu(ut dicunt)paſſionem accõmodabile:ut afficio gaudio,uoluptate,triſtitia,ſpe,metu,dolore &c.Sic conficio quod eſt quaſi conſumo:ut Confecit me ſitis & inedia: ſed frequentiũs in paſſiuo confectus ſum ægritudine:ſiti &c. Item proſequor eandem uim habet quam afficio: ut Proſequor te laude:ideſt laudo.uituperio:ideſt uitupero: & ita in ſimilibus.Quidam habent hic plura capita:ſed ea in quinto reperiuntur.

❡ Facio tibi iniuriam. Cap.lxxxiiii.

Facio Afficio.

FAcio tibi iniuriam: & facio tibi contumeliam: afficio te iniuria: & afficio te contumelia. Facio tibi moleſtiam: nõ ita libenter dixerim: ut, afficio te moleſtia.

❡ Quæſtio de Verbo.

❡ QVAERITVR utrum unum uerbum poſſit ſine æquiuocatione importare duorum ſignificata uerborum. Arguitur ꝙ non. Nam aliquod uerbum importans ſignificata duorum uerborum eſt æquiuocum: ergo & quodlibet: patet cõſequentia per ſimile. Secundo ſic. ſi aliquod uerbum importaret ſignificata duorum uerborum maxime eſſent uerba uehementis tranſitionis: ſcilicet poſtulo, poſco &c. ſed hoc nõ: ergo nulla couſequentia tenet: maior patet: quia de illis uerbis grãmatici exemplificant: minor probatur: quia iſta uerba ſunt uniuoca. Tertio ſic. horum uerborum paſſiua non important duorum ſignificata uerborum. ergo neq; iſta actiua. patet conſequentia: quoniam idem ſignificatur per actiuum & per paſſiuum cum paſſiuum deſcendat ab actiuo: ſed antecedens patet: quoniam uerba importantia ſignificata duorũ uerborum regunt poſt ſe duos accuſatiuos: ſed paſſiua iſtorum unum ſolum regunt accuſatiuum. In oppoſitum ſunt grãmatici. & ratio eſt: quia non apparet qualiter unum uerbum poſſit duos accuſatiuos regere: niſi importaret ſignificata duorum uerborum: igitur concluſio. Vnum uerbum ad placitum ſignificans æquiuocum a caſu, ſiue conſilio diuerſis conceptibus totalibus non ſynonimis importat ſignificata duorum aut plurium uerborum: ut patet de iſto uerbo cano canis: quod importat ſignificatũ huius uerbi ſcribo ſcribis. Virgil. 1. Aeneid. Arma uirũq; cano: & importat ſignificatum huius uerbi canto. Correlarium: unum uerbum ratione ſignificati includit ſignificata plurium uerborum: ſicut cauſa includit ſuum effectum. Ad quæſtionem reſpondendum eſt: ꝙ unum uerbum importare ſignificata duorum uerborum poteſt intelligi multipliciter. Vno modo diuerſis cõceptibus totalibus & non ſynonimis: uel æque primo ſi ſit æquiuocum a caſu: uel unum per prius. & aliud per poſterius ſi ſit æquiuocum conſilio. Alio modo ꝙ uno conceptu ſignificat unum ſignificatum æquiualens duobus ſignificatis: quę poſſunt per duo uerba diſtincte ſignificari. Tertio modo ſicut ſuperius importat ſignificata ſuorum inferiorum. Quarto modo ſicut poſterius importat ſuum ſignificatum, & ſignificatum ſui prioris. Quinto modo ſicut inferius includit ſuum ſuperius. Sexto modo ſicut cauſa includit ſuum effectum. Septimo modo ſicut effectus includit ſuam cauſam. Octauo modo ſicut uerbum compoſitum ex duobus uerbis includit uerba ſimplicis. Nono iſta poſſunt intelligi de uerbis mentalibus ſignificatiuis naturaliter proprie & ultimate: aut de uerbis ſignificatiuis ad placitum. Et ex dictis patet ſolutio ad argumenta.

PETrus de FON. Cõpoſita de fio actiua dici poſſunt.

❡ FACIO actiuum de fio dici poteſt: & quanq̃ Donati diffinitio ab aliquibus ſibi non competeret: porro ſic eſt intelligendum actiuum quod in o eſt: & paſſionẽ in eius ſignificatione recipit: ut legitur. Faciamus hominem ad imaginem &c. Eodem in paſſiuo ſit hæc doctrina a Laurẽtio: ideo non grauabor quod ſatis facile eſt dicere actiuam eſſe ſignificationem Idioma pronominis primæ perſonæ, & paſſiuam ſignificationem uocitat ego & ſuus.

❡ Finis libri tertii.

❡ Epitome in quarti libri procemium.

TAmetſi diuus Hieronymus ſe fatetur cæſum ꝙ Ciceronianus & non Chriſtianus eſſet: non continuo dãnandi ſunt eloquentiæ ſtudioſi: aut elegantiæ præceptores etiam theologi: cum eorum principes fuerint eloquentiſſimi: & ſine elegantia nullus ad theologiam, niſi imprudentiſſimus accedat. Neq; uero ꝙ eloquentiæ ſtuduerat: aut gentiles legerat cæſus eſt Hierony. (nam id poſtea, neq; uetuit cuiq̃, neq; omiſit) ſed ꝙ uir ad chriſtianam rem deſtinatus non chriſtianus: ſed Ciceronianus eſſet: ideſt non diuinis: ſed dũtaxat humanis literis inſudans. Quocirca hortatur ut ornatum dicendi a gentilibus tanq̃ iniuſtis poſſeſſoribus ad noſtram cui debetur religionem transferamus.

❡ Scio ego: emphaticos additur ego. Qui ſibi uidentur: non dicit qui ſunt: intelligitur autem cæteris: nam aliter ſanctiores locum inter plura duobus haberet etiam partitiue ſumptum: ut ideſt tanquam: quorum ſcilicet librorum. ꝙ ideſt quia: ſtudioſior ſubaudi aliquanto q̃ par erat: & id diris execrationibus, quas euangelium anathematizationes uocat. Sunt autem quibus quis ſibi male precatur: niſi faciat aut uerum ſit quod dicit. iſtorum quaſi utiliſſimorum. Et quidem in præterito: alii legunt imperterriti. At ſi uera eſt lectio in præterito: ideſt de re præterita: utpote de iactura & naufragio: ideſt dãno & peritione literarum: aut in præterito. ideſt in eo quod alii præterierunt & non accuſauerunt: putantes eos pie locutos: aut in præterito cum ſera ſit accuſatio poſt tantam iacturam: mallem tamen legere imperterriti. Naufragium fecerunt: quod plus eſt q̃ iacturam fecere. Nam iacturã faciunt ne fiat naufragium: ſeruat autem quod præcepit dicens fecerunt: potius q̃ paſſæ ſunt. Sed quis: ideſt qualis accuſatus. Ne in te impetum faciant: ſumpta locutio ex ſermonibus Horatii. Si tantum eloquẽtes: ualidior uidetur obiectio q̃ reſponſio. Si enim diceretur Eloquentiæ ſtudium quo impediti a ſanctarum rerum ſcrutinio arceantur: non eloquentium lectionem damnamus: dummodo in eis non eloquentiam: ſed bonas margaritas: ideſt ſcientias inquiramus. Non ſatis purgaret qui diceret: ergo nullos gentiles legendos. immo dicerem: omnes qui aliquid bonæ ſententiæ habent: ſed non propter eloquẽtiam obtinendam. Verum dicemus etiã eloquentiam amandam: ꝙ ea quæ concipimus melius exprimimus: & expreſſa ab aliis melius intelligimus. Neq; tamen hic tam eloquentiam q̃ elegantiam præcipi: ſine qua nemo uerus ſit theologus: cum ignoret uirtutem uocabulorum. Dilutum: ideſt intermixtum: uinum autem dilutum imperiti lymphatum uocant. Ille Græcus: uidelicet Plato. noſter Latinus: ſcilicet Cicero. Cauſæ forenſes ſunt quæ pertinent ad forum iudiciale. Omnes hæreſes. Id Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei: ſentire ex parte uidet: ubi Porphyrium taxat chriſtianæ pietatis acerrimum hoſtem. Quid ſup. de hoc dices: ꝙ ne diſſimulabit quidem: ideſt manifeſte patebitur ſe eloquentiæ ſtudioſum. Tunc figurata iuſſio, aut permiſſio, qua poetæ & oratores frequenter utunt pro occulta prohibitione Eſt autem in ſecunda perſona præſentis imperatiui ab eo qđ dico: quia quidam credens L. eſſe: fecit Lucium. Sæpe in teſtimonium aſſumit: etiam in prologis Bibliæ. Quid ipſe, ſcilicet uir: tam anxie ſanctus & doctus: & uerax. Nam in aliis inſpiciendum potius ex conſilio ſaluatoris quid doceãt q̃ qđ agent: dicunt enim & non faciunt. Eloquẽtiam mutuaretur: ideſt mutuo acciperet. Nam mutuatur qui mutuo accipit: mutuat qui mutuo dat: ut alibi docet auctor ipſe Studeo eloquentiæ potius q̃ eloquentiam dicemus. Apes q̃ Formicæ: Apes regem habent: Formicæ rempublicam. Vnde lepide dicit ſe ſub Apum rege malle militare: q̃ formicarum exercitum ducere. Nam licet Formicæ prudenter quidem rempu. adminiſtrent: terrena tamen dũtaxat congerunt: at apes aerei mellis cæleſtia dona. Cætera uti & iſta nota putem etiam mediocriter literatis imperitioribus: tamen multa familiarius explananda relinquimus: quale eſt probatum iri eſſe futuri infinitiui modi: pro quo dicere liceret probanda eſſe. Nam ſenes deſperandi: ideſt nulla ſpes habenda eſt de ſenum eruditione: quod graphice in præfatione Themiſtii ſic dicit Hermolaus Barbarus. Pſitacus eſt ſenex ferulam neſcit. quãquam non mihi differunt: ſic legendum eſt non differãt: ſiec contra præceptum ſuum faciet auctor. De uerborum ſignificatione: ideſt uocabulorum: non enim in ſequenti libro uerborum: ſed nominum ſignificationes tractat: ſed uerbum pro famine ſæpe ponit Hora. Verbum non amplius addam.

Nemo bonus artiũ interpres ſine eloquentia.

LIBER QVARTVS.

SCIO EGO NON nullos eoꝝ præſertim, qui ſibi ſãctiores, ac religioſiores uidẽtur: auſuros meum íſtitutum hoc, laboremq; reprehendere, ut idignum chriſtiano homine: ubi adhorter cæteros ad libroꝝ ſæcularium lectionem: quoꝝ quod ſtudioſior eſſet Hieronymus: cæſum ſe flagellis ad tribunal dei fuiſſe cõfitetur: accuſatumq;: quod Ciceronianus eſſet, & non chriſtianus: quaſi non poſſet fidelis eſſe, & idẽ Tullianus: eoq; ſpopõdiſſe, & id diris execrationibus, libros ſæculares poſtea ſe nõ eſſe lectuꝝ. Hoc crimen nõ magis ad præſens opus pertinet: q̃ ad meipſum, ac cæteros litteratos: quoꝝ ſtudium, ac doctrina lr̃aꝝ ſæcularium reprehẽditur. Rñdeamus igitur iſtoꝝ accuſationi: eoſq; uiciſſim, & quidem in præterito quoq; accuſemus: quoꝝ culpa nõ ex minima parte latinæ litteræ iacturã, naufragiumq; fecerunt. Quid ais tu? nõ eſſe legendos auctore Hieronymo ſæculares libros? Qui ſũt iſti quæſo libri? Oẽs ne oratores, oẽs hiſtorici, oẽs poetæ, oẽs philoſophi, oẽs iuriſcõſulti, cæteriq; ſcriptores? an unus Cicero? Si illos dicis: ut debes dicere: cur nõ cæteraꝝ quoq; litteraꝝ ſtudioſi abs te reprehẽduntur? cum quibus me aut dãnare debes, aut abſoluere? Sin ita nõ ſentis: & ſolum Ciceronẽ reum facis: uide ne ſtultum Hieronymum uideri uelis: qui neminẽ ſæcularium ꝑmiſit ſe lectuꝝ: cũ de Cicerone tm̃ promittere deberet. At non quid ille ꝑmiſerit, inquis, eſt intuẽdum: ſed qd accuſatus ſit. Fuit aũt accuſatus qd Ciceronianus foret. Ita ne? Ergo miſſum faciamus Ciceronẽ: relinquamus: abiiciamus. Quid de aliis auctoribus ſenties? quid de tot diſciplinis? certe oẽs ſæculares ſũt: atq; adeo gentiles: ideſt: a nõ chriſtianis, nec de chriſtiana religione cõſcriptæ. Si legẽdas ais: tibi ipſi repugnabis: qui mihi haꝝ obiicis lectionem. Si negas: etiam atq; etiam cõſidera: ne ſingulaꝝ diſciplinaꝝ familiæ in te impetũ faciant: teq; oẽs nemine auxilium ferente diſcerpãt. Minime, inquis, ita eſt. Sed cum Hieronymus, qd Ciceronianus eſt reprehẽditur: id reprehenditur: quod ſtudioſus eloquẽtiæ eſſet. Ideoq; dãnati, atq; repulſi intelliguntur: qui comparãdæ eloquentiæ gratia lectitantur. Iam uideo: times inuidiam: ſed ſero times: & in eodẽ hæſitas luto. Si tantum eloquentes excludis: cur modo in uniuerſum mihi uetabas, ut ſæpe facere ſoles: legendos ſæcularium libros? At poſtea accuſationem temperaſti: & de eloquẽtibus dũtaxat intelligis. Ita ſit. erraueris ſane: do ueniã imperitiæ: parco cupiditati feriendi, licet laceſſitus. Cur tñ ab Hieronymo diſſides? qui ſæculares, nõ autem eloquentes, ſe nolle tangere promiſit. Cur tu neq; cum iudice illo unũ Ciceronem ĩtelligis? neq; cum Hieronymo uniuerſos ſæculares? Quid ſibi uult iſta anceps, uacillãſq; ſentẽtia? Quanq̃ (dii boni) nihil ne in illis libris, niſi eloquentia eſt? non memoria temporꝝ, gentiumq; hiſtoriæ? ſine quibus nemo nõ puer eſt: non multa ad mores pertinẽtia? nõ omnium diſciplinaꝝ tractatio? Nunquid hæc omnia negligam ne forte, dum talia diſcere uolo: eloquentiam diſcam: & uenenum bibam hoc uino dilutum: malimq; aquam, & quidem cænoſam potare: q̃ hoc timore falerna dulciſſima. Porro q̃ ſunt iſti libri, in quibus uenena, eloquentiæ occultantur? certe nullos ego ſcio non eloquẽtes: niſi tuos, tuorũq; ſimilium: qbus nec robur ullum adeſt, nec ſplendor: contraq; cæteroꝝ opera pro ſua unumquodq; portione miram quandam præ ſe ferunt bene dicendi diligentiã. Ita aut eloquentes, aut nulli libri legendi erũt. An ex his duobus, de qbus Hieronymus meminit: aut ille Græcus infacundus fuit: aut noſter latinus: nulli dũtaxat Latinoꝝ in philoſophia ſecũdus: quoꝝ uterq; neſcias præſtantior ſit philoſophus: an orator. Quod ſi omnes libri ueteꝝ ita ſunt eloquentes: ut uel plurimum ſapiẽtiæ, ita tradentes ſapientiam, ut uel plurimum eloquentiæ habeant: quinam iſti erũt: quos ob eloquentiam damnandos putemus? Atq; cum eos duos lectitaſſe ſe Hieronymus fateať: uide ne non tam de oratoriis Ciceronis operibus, q̃ de philoſophicis dictum exiſtimare debeas. Certe ego de philoſophicis dictũ accipio: ubi ſoli philoſophi nominãtur: quod Platonicus eſſet, non ideo nõ obiectum, quaſi ſancte faceret Platonem legens: ſed tantum Ciceronianus: quod homo latinus magis Ciceronis ſtilũ cupiebat exprimere: ſtilum inquam: quali ille utebať in quæſtionibus philoſophiæ: nõ quali in forenſibus cauſis, concionibuſue, aut in ſenatu. Non enim orator cauſaꝝ ciuilium Hieronymus, ſed ſcriptor ſanctarum diſputationũ ſtudebat euadere. Cur non ergo credamus non minus Platonem nocuiſſe ei, quã Ciceronem? cur non magis philoſophos, q̃ oratores? At ornatus ipſe dĩcendi reprehenſus eſt, non ſcientia. Si ita eſt: omnes ad unum reprehenduntur. Quis enim caret ornatu: in quo tu intolerabili calumnia uteris? cum non ſit facta mentio de ornatu in illa accuſatione: ſed quod tantum Ciceronianus

Hieronymus Ciceronianus.

foret. Nunquid tãtum in Cicerone ornatus, & nõ philoſophia: non cęteræ artes? non (ut dixi) in Platone facundia? non in cæteris? cur nõ oẽs pariter exterminamus? cur non potius Ciceronis philoſophia nocuiſſe putanda Hieronymo eſt: q̃ ars dicendi? Nolo hoc in loco cõparationem facere iter philoſophiam, & eloquẽtiam: utra magis obeſſe poſſit: de quo multi dixerũt, oſtẽdentes, philoſophiã cum religione chriſtiana uix cohærere: oẽſq; hæreſes ex philoſophię fontibus ꝑfluxiſſe: rhetoricam uero nihil hẽre, niſi laudabile: ut iuenias: ut diſponas: quaſi oſſa, & neruos orõni des: ut ornes: hoc eſt ut carnem, coloreq; inducas: poſtremo ut memoriæ mandes: decenterq; ꝓnuncies: ideſt: ut illi ſpũ, actionemq; tribuas. Hæc ergo cuiq̃ nocere poſſe credã? niſi ei, qui cætera negligat: & præſertim ueram ſapientiam, atq; uirtutes: ut Hieronymus faciebat? Hanc ergo artem obfuturam putem? profecto nõ magis, q̃ pingendi, fingendi, cælandi: & (ut liberalibus dicam) q̃ muſices artẽ. & ſi ex his, qui bene canunt: pingunt: fingũt: cæteriſq; ex artibus multum uſus atq; ornamẽti diuinis accedat rebus: ut prope ad hanc rem natæ eſſe uideant: profecto multo plus accedit ex eloquẽtibus. Quare non fuit illa accuſatio: qđ Ciceronianus eſſet Hieronymus: ſed qđ non chriſtianus: qualem ſe falſo eſſe prædicauerat: cum lr̃as ſacras deſpiceret. Non ſtudium huius artis, ſed nimium ſtudium ſiue huius artis, ſiue alterius, ita ut locus non relinquat melioribus: rep̃henſus. Non cæteri, ſed ſolus Hieronymus accuſatus eſt. alioqn cæteri ſimili caſtigatione correpti fuiſſent. neq; enim una oĩbus medicina conuenit: & alios aliud decet: neque ſemper, & ubiq; idem aut ꝑmittitur, aut uetatur: neq; ille hoc aliis uetare auſus eſt ne facerent: contraq; plurimos laudauit: cum ſuperiorꝝ, tum ſuorꝝ tẽporꝝ eloquentes. Verꝝ qđ multis agimus? Quid Hieronymo ipſo eloquentius? qđ magis oratorium? qđ, licet ipſe diſſimulare uelit: bene dicẽdi ſollicitius? ſtudioſius? obſeruãtius? qđ quod ne diſſimulabat quidem? Nam obiiciente hoc ſibi ſomnium Ruffino, hoĩem deridet: planeq; fatetur ſe lectitare opera gentilium: & lectitare debere. Idq; cum in aliis multis locis, q̃q̃ etiam ſine cõfeſſione palam eſt: tum uero epiſtola illa ad magnum oratorẽ. I nunc: & uerere ne aliena accuſatio tibi obſit: cum illi nõ obfuerit ſua: & non audeas facere, qđ ille reſciſſa pactione ipſe facere nõ timuit: tãetſi non deſint, qui credant eum puerili ætate illa ꝑcepiſſe: ſemperq; poſtea memoria renuiſſe. O ridiculos hoĩes: et oĩs doctrinæ impitos: qui opinent eum tantam

Hæreſis unde fluxerit.
Rhetoricæ laus

rerꝝ copiam ac ſcientiam, qua nulli Chriſtianorum cedit: aut tam cito potuiſſe diſcere: aut tã diu non potuiſſe dediſcere. cum & rariſſimi reperiantur: qui centeſimam partem ſcientiæ illius aſſequi poſſint: & non minore labore (ut antiquitus dictum eſt) hæc facultas retineatur, q̃ paretur. & tamen quantulum intereſt inter furari, & furtum non reddere. Quid prodeſt aliis prohibere ne furentur: ſi tu furto tuo palam potiris? Si non debemus diſcere eloquentiam: nec uti certe: ſi didicimus. Quid? quod libros gentilium ſæpe in teſtimonium aſſumit? Quos ſi nõ licet legere: minus profecto legẽdos exhibere. & ſi nos dehortaretur a lectione gentilium: qđ non facit: magis intuendum putarem quid ipſe ageret: q̃ quid agendum aliis diceret. uerũtamẽ ſemper ipſe idem & dixit, & fecit. Nam poſtq̃ teneram illam ætatem ſaluberrimo ſacrarꝝ ſcripturarum alimento pauit: ac in ea, quam deſpectam habuerat, ſciẽtia ſibi uires fecit: iamq; extra periculum poſitus, ad lectionem gentilium rediit: ſiue ut illinc eloquentiam mutuaretur: ſiue ut illorum bene dicta probans male dicta reprehẽderet: quod cæteri omnes Latini, Græciq; fecerunt: Illarius, Ambroſius, Auguſtinus, Lactãtius, Baſilius, Gregorius, Chryſoſtomus, aliiq; plurimi: qui in omni ætate precioſas illas diuini eloquii gemmas auro argentoq; eloquẽtiæ ueſtierunt: neq; alteram propter alterã ſciẽtiam reliquerunt. At mea quidem ſententia, ſi quis ad ſcribendum in theologia accedat: parui refert an aliam aliquam facultatem afferat: an non afferat: nihil enim fere conferunt. Atqui ignarus eloquentiæ eſt: hunc indignũ prorſus, qui de theologia loquatur, exiſtimo. Et certe ſoli eloquẽtes, quales hi, quos enumeraui: columnæ eccleſiæ ſunt: etiam ut ab apoſtolis uſq; repetas: inter quos mihi Paulus nulla re alia eminere, q̃ eloquẽtia uidetur. Vides igitur ut in cõtrarium res ipſa recedit? nonmodo non reprehendendum eſt ſtudere eloquentiæ: uerũetiam reprehendendum non ſtudere. Et ego ſic ago: tanq̃ eloquentiæ contra calũniantes patrociniũ ꝑſtem: quod eſt maius propoſito meo. Non enĩ de hac, ſed de elegantia linguæ latinæ ſcribimus: ex qua tñ gradus fit ad ipſam eloquentiã. uerꝝ ſiquis eloquens non ſit: ita demũ nõ erit caſtigandus: ſi talis nõ potuit euadere: non ſi hũc laborem effugit. Qui uero elegãter loqui neſcit: & cogitationes ſuas litteris mãdat, in theologia præſertim: impudentiſſimus eſt: & ſi id conſulto facere ſe ait: iſaniſſimus. quanq̃ nemo eſt, qui nolit & eleganter, & facundæ dicere. Qđ cum ipſis nõ cõtingit: uideri uolũt, ut ſunt

Theologũ debere eloquentem eſſe.

peruerſi, nolle: aut certe non debere ſic dicere. Ideoq; aiunt: gentiles hoc modo locutos eſſe: non decere eodem loqui Chriſtianos: quaſi illi, quos nominaui, more iſtorų locuti ſint: & nõ more Ciceronis, cæterorũq; gentiliũ, qui qualiter loquãtur: nec cognitum iſti, nec expertum habent. Non lingua gentilium, non grãmatica, non rhetorica, non dialectica, cæteræq; artes dãnandæ ſunt: (ſiqdem apoſtoli lingua græca ſcripſerunt) ſed dogmata: ſed religiones: ſed falſæ opiniones de actione uirtutum: per quas in cælum ſcandimus. Cæteræ autem ſciæ, atq; artes ĩ medio ſunt poſitæ: qbus & bene uti poſſis, & male. Quapropter conemur obſecro eo peruenire, aut ſaltem proxime: quo luminaria illa noſtræ religionis peruenerunt. Vides q̃ mirabili ornamento ueſtes Aaron diſtinguantur? q̃ arca fœderis? q̃ tẽplum Salomonis? per hoc mihi ſignificari eloquentia uidetur: quæ (ut ait nobilis tragicus) regina rerum eſt, & perfecta ſapientia. Itaq; alii ornent domos priuatas: hi ſũt, qui ſtudent iuri ciuili, canonico, medicinæ, philoſophiæ, nihil ad rem diuinã conferentes: nos ornemus domum dei: ut in eam ĩgredientes nõ ex ſitu ad cõtemptum, ſed ex maieſtate loci ad religionem concitentur. Non poſſum me continere, quo minus quod ſentio dicam. Veteres illi theologi uidentur mihi uelut apes quædam in longinqua etiam paſcua uolitantes dulciſſima mella, cæraſq; miro artificio condidiſſe: recentes uero formicis ſimillimi: quæ e proximo ſublata furto grana in latibulis ſuis abſcondũt: ut ego, quod ad me attinet: non modo malim apes, q̃ formica eſſe: ſed etiam ſub rege apum militare: quam formicarum exercitum ducere. Quæ probatum iri bonæ mentis iuuenibus (nam ſenes deſperandi ſunt) confidimus. Nunc ad incœptum redeo: quãquam ea, quæ ſequuntur: non nihil a ſuperioribus differant. Tractabimus enim de uerborų ſignificatione: neq; de oĩbus uocabulis: ſed quaſi guſtum quendam, & corų maxime, quæ ab aliis tractata nõ ſunt: nam de omnibus dicere prope infinitum eſt.

¶ Epitome capitis primi.

ASCEN. ¶ LIBERTINVS adiectiuum eſt ſignãs hoĩeꝫ eius cõditiõis ut aliqñ fuerit ſeruus: aut ex ſerua natus: hẽtq; pro relatiuo ingenuũ: cuius cõtrarium ſignificat. Et qa eius correlatiuum generale eſt: & generalia facile ĩtelligunt: recte ſine eo ponit. Libertus uero ſubſtãtiuum ad patronum certũ refertur: ſignificatq; eũ qui adhuc patronũ habet: nec ſine eo: uel adiectiuo pro eo poſito, aut intellecto recte ponitur.

¶ Dicimus ergo Horatium liberum, aut libertinum fuiſſe: patrem uero eius etiam libertinũ: aut ſi ſciremus cuius etiã libertum: ſicut dicimus hunc libertum Cæſaris: illum Tullii: non tamen dicimus libertinum Cæſa. quia adiectiuum eſt: ut textus clare ſignificat. Oſtendens etiam quare dicantur conſerui & colliberti: non coingenui nec collibertini.

¶ De libertino, & liberto. Cap. I.

Libertinus, & libertus, ſola elegantiæ gratia habent differentiam: quam nec grãmatici, nec iuriſperiti, quod maxime pudendum eſt: ſciunt: quam ne eorum quidem aliquem, qui his temporibus merita bene ſcribendi laude celebrantur: inueni ſcientem: quod nolim uidere contumelioſe dictum: ſed neceſſario potius atque honeſte. Vereor enim ne per facilitatem, qua ſemper candide quæcunq; ſemper ſtudio inueſtigaſſem, cum amicis cõmunicaui: amici ipſi, ſi modo tales amici dicendi ſunt: laudem mihi præripiant. Quod crimen longe a me ſemper abfuit: & ex omnibus, quæ hoc in opere præcipimus: profiteor nihil omnino ex aliquo huius ætatis uel audiuiſſe, uel legiſſe. Itaque ſic meam mihi ab aliis gloriam præripi moleſte fero: ut illorum a me præripi nefas puto. Nemo autem litteratorum erit, quorum pauciſſimi mihi familiares non ſunt: qui ſe hoc antea ignoraſſe, & a me uel uerbo, uel ſcriptis didiciſſe, neget. Igitur libertinus relatiuum eſt ingenui: libertus relatiuum eſt patroni: licet unũ, idemq; ſit & libertinus, & libertus. Per libertinum ſignificamus conditionem hominis: ſicut per ingenuum: per libertum ſignificamus priuatum quendam reſpectum: ſicut per patronum. ideoq; libertinus adiectiuum eſt: ſicut ingenuus: eoq; nõ fit a libertina libertinabus: ut a liberta libertabus: ſed libertus ſubſtãtiuum: ſicut patronus. Illudq; ſolemus definire: hoc non ſolemus: ut in iure ciuili. Libertini ſunt, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: quemadmodum econtrario ingenui ſunt: qui libera matre nati: nec poſtea ſerui facti ſunt. Significatur enim (ut dixi) conditio hominis per ingenuum, & libertinum: ut libertinus homo, libertina mulier, libertinæ conditionis: non autem libertus homo, liberta mulier: libertæ conditionis. Hæc enim ſignificant priuatum quendã reſpectum, ad patronum, patronamue relata: id eſt: ad eũ, eamue, qui antea dominus, aut quæ domina huius fuit: cum ſeruus, ancillaue eſſet: ut libertus Cæſaris, libertus Meſſallinæ, liberta Claudii, liberta Agrippinæ: non autem libertinus Cæſaris: aut libertina. Ideoq; iterrogamus. hic ingenuus eſt? an libertinus? non autem, an libertus? & cum reſponſum eſt libertinus: interrogamus. cuius libertus? non: cuius libertinus? reſponderturq;. eſt libertus meus, aut tuus, aut illius, aut Catonis, aut nullius. atque libertus ſine patrono, patronaue non eſt: libertinus põt eſſe: quamuis neceſſe eſt eum aliquando habuiſſe.

Libertin° adiectiuũ

Libertus ſubſtantiuum.

Libertini qui ſint.

quo factum eſt, ut dicamus: colliberti, collibertæqꝫ: quemadmodum conſerui, conſeruæqꝫ: quod ii plures ſub umbra unius patroni ſint: ſicut illi ſub imperio unius dñi: non autem collibertini, aut coingenui. Ad nullá enim alterá priuatam pſonam plures hoꝝ referri poſſunt: nec alii ab aliis diſtinguunť. Colliberti a collibertis diuiſi ſunt: ut mei a tuis: & cõſerui a conſeruis: quéadmodum cõciues mei a conciuibus tuis: qui alterius ciuitatis es: condiſcipuli mei a tuis: cõmilitones mei a tuis: qui ſub alio uel pceptore, uel duce es. Libertinis uero, atqꝫ igenuis hoc non cõtingit: qđ non magis nexus mihi ſit cum ingenuis meæ urbis, & tibi cũ libertinis tuæ, q̃ cum aliis qbuſuis. Ideoqꝫ non dicunť cõgenui, & collibertini: & libertus, collibertuſqꝫ eſſe aliqñ quis deſinit: libertinus eé nõ deſinit. Deniqꝫ licet poteramus alteꝝ hoꝝ noium eſſe contéti: tñ diſtinguere ueteribus placuit priuatũ reſpectum a publico: & ideo libertinitas dicimus: nõ libertitas. Ex ſeruo tñ, nõ qđ ad priuatum dñm referť: fit ſeruitus: ſed qđ ad publicũ: dicimus enim nonmodo ſeruus tuus, ſeruus meus: ſed ét reſpectu dñi: ut. hic ſeruus, & homo ſeruus: qđ in liberto nõ fit. Cæteꝝ cogitanti mihi unde factum eſt: ut in tãta exéploꝝ copia elegãtiá hanc accuratiſſime cuſtodientium, tot hominũ milia nunq̃ annotauerũt: id uideť cauſæ fuiſſe: qđ frequéter inuenirent ſine mentione patroni libertũ noiari. quo falli, ſopitæ negligentiæ fuit. Si ení nunq̃ reperiebant liberto nõ apponi patronum: tñ reperiebant libertino nunq̃ apponi: q̃q̃ ſemp adhæret liberto patronus, uel noiatim, uel ſubintelligendo: ut in multis fit: quale eſt. Vendidi patrimonium: ſuppletur: meũ: collocaſti filiá: ſuppletur: tuam: publicauit opus: ſuppleť: ſuũ. Ita hoc loco: quale eſt apud Q uintilianũ. Licet & nihilominus amicum grauem uirum: aut fidelem libertum lateri filii ſui adiungere: uidelicet ſuum. Cicero pro Sextio: cũ ait. Quintum fratrem auxilio ſeruoꝝ, libertorũqꝫ ereptũ a ferro Clodianoꝝ. non genus ſeruile, libertinumqꝫ, nec cuiuſcũqꝫ ſeruos, libertoſqꝫ ſignificat: ſed ſuos ipſius. Q uid attinet plura ex iure ciuili exépla repetere? cum etiam diſtincti ſint tituli de libertis, & libertinis? Q uam differentiam qui ignorat: (omnes autẽ legulei ignorát) plurima, & capitalia in ipſo iure ciuili peccata cõmittit. Seruius grámaticus, ſi codex fidelis eſt: pro libertino poſuit libertũ in octauo æneidos. Feronia mater: nympha Campaniæ: quá etiá ſupradiximus: hæc etiam libertorum dea eſt: in cuius templo raſo capite pileum accipiebant. Adiiciam qđ ait Suetonius in uita Claudii in ipſum Claudium. Ignarus temporibus Apii, & deinceps aliquádiu libertinos dictos, non ipſos, qui manumitterentur: ſed ingenuos ex his procreatos.

Epitome capitis. ii.

VERBALIA in us & in io fere idẽ ſignificát: differunt tñ acceſſus & acceſſio: & nonnihil actus & actio: geſtus & geſtio In io quoqꝫ qd amplius ſæpe ſignificát: utpote rẽ & corpus: ut ſatio, oratio, poſſeſſio: & ſeſſio declarant. Et quædá in us pro pſonis: ut cõuentus, conſeſſus. Calepinus affert exéplũ Ciceronis: in quo ultra acceſſionẽ & deceſſionẽ pro acceſſu & deceſſu capi. Eoꝝ neqꝫ acceſſionem uitam meliorem fieri: neqꝫ deceſſione peiorem. Sed talis acceſſio adiectio quædam eſt incrementum: deceſſio ablatio: & detrimentum. ASCEN.

Inter acceſſum & acceſſioné, actum & actionem, geſtum & geſtioné, qd interſit. Cap. ii.

ACceſſus, & acceſſio differunt. Siquidem acceſſus eſt additio, atqꝫ appropinquatio: acceſſio autem adiectio, atqꝫ incrementum: quæ differentia rara eſt in conſimilibus nominibus. Satus enim, et ſatio idem ſunt: cultus, & cultio: motus, & motio: actus, & actio: niſi quod dicimus actionem cauſarum, non actuum: actum comœdiarum, non actionem: curſus, & curſio: abuſus, & abuſio. Geſtus quoqꝫ & geſtionem non parum differunt. Nam geſtus eſt actio quædam, & quaſi pronunciatio corporis: geſtio uero adminiſtratio, & actio: quáuis parum in uſu eſt. Hæc autem duo, de quibus dicere inſtitueram: ideo differunt: quod uerbum, unde deſcendunt: dupliciter & regit, & ſignificat: ut. accede ad ignem hunc: ideſt: adi: atqꝫ appropinqua. Et. hoc calamitatibus meis pondus acceſſit: uel: ad calamitates meas: ideſt: adiũctum eſt: & increuit. a prima ſignificatione naſcitur acceſſus: cuius contrarium eſt receſſus: a ſecunda acceſſio. ut Cicero. Acceſſionem adiunxit ædibus: ideſt adiectionem, & incrementum. Præter uſum tamen ſuperiorum Macrobius in cõmentariis naturalibus dixit. Aut enim acceſſio: aut in læuam, dexteramue reflexio: aut ſurſum quis, aut deorſum mouetur: aut in orbem rotatur. Et iteꝝ. Has ſolis portas phyſici uocauerunt: quia in utranqꝫ obuiante ſolſticio ulterius ſolis inhibetur acceſſio. Acceſſus ipſe dixiſſem potius, Ciceronem imitatus: qui. iii. de orato. lib. ita ait.

Acceſſus.
Acceſſio.
Accedere duo ſignificare

Vt luna acceſſu, & receſſu ſuo Solis lumen accipiat. Nam quod febris acceſſio ſæpe legiť: ego pro increméto accipio: nõ pro acceſſu: alioquin aliquando legeremus acceſſus febris: ſi idem eſſet: quod nunquam fit. Plini. lib. xxiii. Sed id dandum non niſi in acceſſione ſenſerit: alii in remiſſione: illi, ut ſudorem coerceant: hi, quia tutius putant. Acceſſionem, remiſſionéqꝫ pro cõtrariis poſuit: & ſi remiſſio iminutio

nem ſignificat:profecto acceſſio incremẽtum.
Quia dixi nomina in us,& in o,a ſupinis profe
cto fere eiuſdem ſignificationis eſſe:hoc exce
ptionis addo:quod ea, quæ poſitionem habẽt
Noia i io a ſupinis. in io:latius ſignificare ſolent:nec actionem mo
do,ſed rem etiam,ac corpus:ut aratio, poſſeſ
Aratio Poſſeſſio. Seſſio ſio,ſeſſio. Cicero in Philippicis. Hæ quondã
arationes Campani,& Leontini agri po.ro.pa
trimonio grandi fere,& fructuoſe ferebantur:
ideſt:hi agri ad arandum idonei. Idem in eiſ
dem. Quid poſſeſſiones datas? quid ereptas
proferam? Idem de oratore. Tot locis ſeſſio
nes gymnaſiorum. ideſt:tot ſedilia. Ea tñ, quæ
ſunt in uſu:pro perſonis accipi ſolent. Cõuentus
non eſt conuentio:ſed homines,qui in unum lo
Conſeſſio cum conuenerunt. conſeſſus non eſt conceſſio:
ſed homines uno in loco conſidentes.

¶Epitome capitis.iii.

ASCEN. ¶OBSERVO eſt,aut cuſtodio & annoto more ſpecu
latoris:unde fit obſeruatio talis annotatio. Aut ueneranter
ne quid contra uoluntatem faciam:oia ſeruo:unde obſeruã
tia talis ueneratio quæ obſeruando exhibetur. Licet a Leone
Papa pro obſeruatione dicatur. Scitis ad eternum uobis gau
dium profuturum diuinorum obſeruantiam mandatorum.
Quod inſtitutum minorum poſſit obſeruatio dici: probat
illud Valerii Maximi: Aut Marcello adiectio impenſe impe
dimento fuit:quo minus religionibus ſuis tenor:ſuaq; obſer
uatio redderetur.

¶Inter obſeruationẽ,& obſeruãtiam. Cap.iii.

Obſeruatio. Obſeruo OBſeruatio,et obſeruantia ſimili quo
dam modo, ut acceſſus & acceſſio,
differunt. Obſeruo nãq; duo ſignifi
cat:unum:quod eſt cuſtodio aliquid
oculis:animoq; in modum ſpeculatoris,ne nos
ſilentio taciteq; prætereat:ut obſerua tranſeun
tes:obſerua filium:obſerua Dauum quid agat:
quid loquatur:quaſi cuſtodi:& annota:& hinc
fit obſeruatio,quaſi ãnotatio:ideſt animaduer
ſio. Item obſeruo nõ ſpeculantis modo,ſed ad
mirantis,uenerantiſq;:& id tãtum in homines,
non in res: quotiens quem uel uirtute, uel di
Obſeruãtia gnitate ſuſpicimus,& colimus: unde fit obſer
uantia:quæ eſt ueneratio quædam, & honoris
exhibitio. Quare melius obſeruationem, quã
obſeruantiam hi,qui nominantur fratres:ſuum
inſtitutum nominarent.

¶Epitome capitis.iiii.

ASCEN. ¶POTVS eſt nutrimẽti cauſa:potio medicinæ:ſed uſur
patur interdum pro potu.

¶Inter potum,& potionem. Cap.iiii.

Potus POtus,& potio non differunt:niſi ob
huiuſmodi cauſam. Potus enim ui
Potio ni,aquæ, ſimiliumq; dicitur: potio
uero a medicis datur ægrotãti:quod
græce dicitur φαρμακον. Nõnunquam tamen
potio,pro potus. Seneca de tranquillitate. Ali
quando uectatio, iterq;,& mutata regio uigo
rem dabunt, conuictuſq;,& liberior potio.
Cicero in Tuſculanis. Quid? quod ne men
te quidem recte uti poſſumus, multo cibo, &
potione repleti? Et alibi. Tantum cibi,& po
tionis adhibendum: ut reficiantur uires: non
opprimantur.

¶Epitome capitis.v.

¶SENES dicuntur a propriis annis. Veteres ab anteacto ASCEN.
tpe. Antiqui ab utriſq;. ſed potius ab anteacto tempore.
¶VNDE ſenex dicitur quaſi ſeniens:q a maiore ſuæ æta
tis parte iam morti ꝓpinquior ſit:& eſt generis cõis ſm Priſ.
Var de lin.la. Et tua amica ſenex uſus: genitiuus eſt ſenex uel
ſenicis ſm q analogia. Plautus in Ciſ. Vos negocioli ſenicis
ſoletis eſſe. Cõparatiuum eſt ſenior:ut recitauit Laurẽ.q uel
de ſenex.ut Ouid.lib.12.Meta. Tu ſenior quis obſtet mihi lõ
ga uetuſtas. Idem Ouid. Donauiq; ſeniore uctauum.

¶Inter ſenes,ueteres,& antiquos. Cap.v.

SEnes uocantur, quantum ad priua Senes
tam ipſorum uitam:quod uſq; ad ſe
nilem ætatẽ uixerunt. Veteres quan Veteres.
tum ad publicum tempus:quod aliã
ætate uixerunt: etiam ſi ad ſenium non perue
nerint. unde quidam iuniores fuerunt ſeniores
ueteribus. Antiqui utriq; dicuntur: ſed magis Antiqui
ueteres,quam ſenes.

¶Epitome capitis.vi.

¶DEFECTVS eſt qñ quid deeſt ubi adeſſe deberet: de
fectio qua qs derelinquit per rebellionem cum cui militare
deberet:culpa noxa & uitium eius qui facit q nõ deberet.

¶Inter defectum,& culpam. Cap.vi.

DEfectu medicorum multi pereunt:plu Defectus
res tñ culpa medicorum. Is nanq; defe Culpa.
ctu medici perit:cui medicus præſto
nõ eſt:culpa uero medici: qui mori
tur:cũ nõ erat:niſi præſto medicus fuiſſet. q
maiorem partem eſſe arbitror. Hæc ideo dixi:
quod nõnulli pro culpa medicorum aiunt defe
ctu:& uitia hominum,rerũq; uocant defectus:
cum dicere debeant uitia,uel culpas, uel men
das:ut menda libri. Defectio plurimum a defe
ctu diſſentit:cum fit receſſio aut militum,aut ci
uitatis a domino,uel ſuperiore. Eſt enim defi Defectio
cere, & deſiſtere a ductu alterius recedere, & quaſi rebellio
quaſi rebellare:& defectio quaſi rebellio. quæ
exempla paſſim reperiuntur.

¶Epitome capitis.vii.

¶RVMOR & fama fere idem ſunt. Quintil.tñ diſcernit. ASCEN
Vnde Manel. Quinti.quidẽ auctore lib.5. Fama conſenſus ci
uitatis uelut publicum teſtimonium uocatur. Rumor uero
ſermo ſine ullo certo auctore diſperſus. Cui malignitas ini
tium dederit: incrementum credulitas. Hæc ille. Contra quẽ
adduci poſſet ab auctore noſtro Liuius.

¶Rumorem,& famam idem eſſe. Cap.vii.

RVmor,& fama idem ſunt:quorum alte
rum latinũ,alterum græcum eſt. Cicero Rumor.
in Philippicis. Improbiſſimis rumo
ribus diſſipatis,& nõ lõge poſt hoc tri
duo,uel quatriduo triſtis a Mutina fama manarat Fama
& ſtatim poſt famã iſtã Faſcium diſſipauerunt.

Significatur autem his duobus nominibus ſermo quidam in populo ſine certo auctore de re aliqua recenti, ſiue bona, ſiue mala. Exemplũ rumoris de re bona ponamus. Liui. lib. ii. Manat tota urbe rumor. Fabios ad cælum laudibus ferunt. Frequenter tamen fama etiam pro ſermone non rei recentis, ſed iã inueteratæ, & pro opinioñe quadã: ut. fama eſt Athenas iã plus annoꝝ. xx. milibus fuiſſe cõditas. & pro laude, & celebritate hoĩs: ut. fama Camilli, fama Scipionũ, Metelloꝝ, Fabioꝝ. & eorum quoq;, qui uiuunt: ut. fama tua, fama mea, fama illius. pro quo non recte dixeris rumor.

ℭEpitome capitis. viii.

ASCEN.
ℭMVrus eſt urbis, aut caſtroꝝ lapideus ambitus. Paries q̃ liſcũq; domus priuatæ. Moenia interdũ pro muris: eo qđ munimenta dicunť. Porta eſt in muris. Ianua in pariete.

ℭVidetur moenibus a munio ductum. mutando e in u: ſicut a poena punio: a Poenis punicus.

ℭInter murum, & parieté, & moenia: ité intra portam, & ianuam. Cap. viii.

Murus.
Paries.
MVrus & paries qđ differát, ſupuacuũ erat admonere: niſi his téporibus, ut ſunt oĩa deprauata, murus p paries, a pluribus uſurparet: quãquã & apđ Græcos eodé ſono pronũcietur utrũq;, diſtinctũ tamen & litteris, & genere. Murus eſt urbis lapideus ambitus: q græce dicitur τεῖχος: paries uero domorum: græce τοῖχος. Murus etiam non urbis, ſed urbis ſimilium: ut munitionum, caſtrorũq;. Moenia pro muris accipi ſolent: & pro ædificiis ipſius urbis. Porta murorum eſt, munitionũq;, atq; caſtrorum: ianua parietis, atq; domorum.

Moenia
Porta
Ianua.

ℭEpitome capitis. ix.

ASCEN
ℭGESTA ſunt in publica adminiſtratiõe reꝝ magnaꝝ. Acta ẽt priuataꝝ & familiarium p qbus actus reperitur: ut apud Salu. in Cati. De actibus Ciceronis q̃rereť &c.

ℭInter geſta, & acta. Cap. ix.

Geſta
Acta.
GEſta, & acta hoc differũt: qđ illa ſunt in admiſtratiõe magiſtratus, & ĩ reb⁹ maioribus, & ad rẽpu. uel ad plurĩos ſpectãtibus: ut geſta Alexãdri, & geſta Põpeii, geſta Cæſaris: acta uero ẽt reꝝ priuataꝝ, & minoꝝ, ac familiariũ. ut Cicero. An in cõmẽtariis, & chirographis, ac libellis ſe uno auctore platis, ac ne platis qdé, ſed tãtũmõ dictis, acta Cæſaris firma erũt? & q̃ illæ ĩ æs inciditi quo populi iuſſa, perpetuaſq; leges eẽ uoluit: p nihilo hebunť. Egdé ſic exiſtĩo: nihil tã eſſe in actis Cæſaris, quã leges Cæſaris. Quidã illud eiuſdé ita legũt in Saluſtiũ. Qui ſi aũt de mea uita, atq; actibus huic cõuiciatori reſpõdero: inuidia gloriã cõſequeť. Reor ſcribendum eſſe, actis. quod ſi ſcribi poteſt actibus: ut eſt apud Lucanũ: Licet ingẽtes abrupit actus: minus miror cur actus aploꝝ magis, q̃ acta dicamus. Idem tamen ſunt actus, & actiones.

Actus
Actio.
Idem.

ℭEpitome capitis. x.

ASCEN.
ℭNATALIS aut natale: ſi pluraliter natalia ſignificant diem natiuitatis: ſed natales claritateſ naſcentium.

PETrus de FON.
ℭNATALE neutri generis: ut ipſe nunc Lauren. perſpicue teſtatur: & hoc natalium ſumiť pro die quo quis natus eſt: in quo eſt ſignificatio de natalis. & hoc natale ſiſr natalitius, natalitia, natalitiũ: in qbus additur dies. Teren. in Phor. Porro alio ubi erit puero natalis dies. Leo Papa. Natalé igiť diem dñi celebremus. Subſtantiuum. Virgil. Meus eſt natalis Iola. idem Pli. Dum natales ſuos celebraret. Dicitur & natalis de rebus inanimatis pronaſcẽs. lib. xxxvii. Similis eſt huic quidem Arabicus minor tantum ſimiliter, & naſcens cæteris pallor gentis: & in auro non iuſte excellentiſſimo: natalis & natales populi conditionem ſanguinis ſignificat: ut Corne. Fuſcus uigens ætate claris natalibus.

ℭNatalia, natalis, & natales, qđ ſignificẽt. c. x.

Natalis
Natalia
Natales
NAtalia ſignificant idem, quod natalis: qui eſt dies natalitius: utrũq; conuerſum in ſubſtãtiuum ab adiectiuo hic, & hæc natalis, & hoc natale: ut talis horæ tempus apud Quintilia. in gladiatore. Natales uero magis conditionem ſanguinis, ac familię: ut. generoſi natales: obſcuri natales: ut idem Quintil. in eadem declamatione. Cuius interiecto mari nõ fortunam quiſq; noſſe, nõ natales, nõ patrem poterat. Plinius ad Meſſiũ. Nõnunq̃ candidatus aut natales cõpetitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Hic pro ignobilitate accipitur: illic pro nobilitate.

ℭEpitome capitis. xi.

ASCEN.
ℭPRAECEPTA & præceptiones idem ſunt: ſed inſtituta ſunt mores: inſtitutiones libri & præceptiones quibus inſtituimur.

ℭPRAECEPTVM nomẽ & pticipium eſſe põt. Nomẽ præcepti iuſſio dr: ut pcepta Priſ. docuere latine loqui. Aliqñ pro diſciplina ſeu documento & regula bene uiuendi: ut cum pcipitur qđ uir uxori debeat: aut uxor uiro debeat. Aut pro documẽto tradito ad aliquã artem pcipiendam participium ſignificat iñũ captum. lib. 1. Tpé illi pcepto Cice. lib. 3. Offi. Tu hoc cogitãtem fore beatũ præſertim ſi & ante præceptus eſſet, modo iuſſum: ut Præceptũ eſt tibi ne diſcedas.

ℭPræcepta, & præceptiones pro eiſdé accipi. Inſtituta, & iſtitutiones differre. Cap. xi.

Præcepta
Præceptiones.
Inſtituta.
Inſtĩões.
PRæcepta, & præceptiones indiffere ter utimur pro diſciplina: inſtituta, et inſtitutiones per differẽtiam. Inſtituta enim ſunt mores conſilio, & ratione ſumpti. Nã mores bonos, & malos dicimus: & in morem: id eſt ſimilitudinem: ut in morem leonis. In morem ſtagni, placidæq; paludis: inquit Virgilius. Inſtitutũ autem bonus mos: ut faciam meo inſtituto: licet inſtituti nõnunq̃ ſignificet inceptum pppoſitum: ab inſtituo: qđ eſt incipio. Inſtituta uero (ut iſtitueram dicere) boni mores ſunt cõſilio, & rõne ſumpti. Quintilianus. Nam is, q̃ triẽnium nutricibus dederit: iam tum formari optimis inſtitutis mentẽ

infantium iudicat Cur aũt ad lfas nõ pertineat ætas: quæ ad mores iam pertinet. eãdem rem appellans inſtituta, & mores. Apud Valerium Maximum titulus eſt de iſtitutis antiquis: quaſi de moribus antiquis. Inſtitutiones ſunt pceptiones, quibus inſtituuntur, & docentur hoĩes: ut libri ab eodem Q uintiliano, & Lactãtio, multiſq; aliis auctoribus inſcripti de iſtitutione oratoria, ſiue alio nomine, atq; materia.

℄Epitome capitis.xii.

AS CEN.
Aduocatus.

℄ADVOCATVS eſt ois qui alteri adeſt in cauſa officii gratia & ſi nihil dicat. Patronus qui agit cauſam accuſati non accuſantis: aut qui defendit: aut qui libertum hẽt. Cliens interdum litigator dicitur: eſt autem aduocati.

℄Inter aduocatum, & patronum. Cap.xii.

Aduocatus

ADuocatus, & patrõnus ſic differunt: quod illud generalius nomẽ eſt, quã hoc: ut non tantum ſignificet eũ, qui alterius cauſam agit: (ſiquidem quicũq; adeſt alteri in cauſa officii gratia: aduocatus appellaẽ: etiam ſi nihil dicat: neq; agat) ſed qui tãtum paratus ſit defendere. ut Terẽ. in Eunucho. Tu abi: atq; hoſtium obſera itus: idum ego hinc trãſcurro ad foꝝ. Volo ego hic adeſſe nobis aduocatos in turba hac. Et Cicero, cum in aliis multis libris, tum pro Cæcinna. Q ui ad poſſidendum prædium contulit ſe cũ aduocatis: quoꝝ præſidio ab aduerſarii iniuria tus eſſet: qui & ipſe uenit cum aduocatis ſuis, ſed armatis ad arcẽdum Cæcinnam a prædio.

Patronus

Patronus autẽ ꝓprie eſt, qui agit cauſam: ſed accuſati, nõ accuſantis. Quintilianus. Cum accuſatori ſatis ſit plerũq; ueꝝ eſt id, q̃d obiecerit: patronus neget: defendat: transferat: accuſator præmeditata pleraq; domo affert: patronus & inopinatis frequẽter occurrit: accuſator dat teſtem: patronus ex eo refellit. Ex quo colligitur accuſatorem nunq̃ patronum eſſe. Veꝝ q̃m non omnis lis circa accuſationem, & defenſionem criminum uerſaẽ: ut in mutuis, depoſitis, locato, & conducto, ſimilibuſq; ea re tã actor, q̃ defenſor ſolet appellari patronus: quippe cũ uterq; non alterius oppugnãdæ, ſed ſuæ defendendæ partis gratia dicat. ut idem. Nec imerito quidam, q̃q̃ in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præſtantia meruerunt nomẽ patronoꝝ. Patronus etiam dicit̃ reſpectu liberti. & neſcio an hic ab illo, an ille ab hoc nominatus ſit: utrunq; tamen a patre uenit. uterq; enim ſimile quiddam patris habet: & ut dñs manumiſſione ſerui liberat eum miſera conditione: ita aduocatus hominẽ obnoxium poteſtati iudicum, & periculo litis opera ſua liberat: propter quod clientem uocamus ipſum litigatorẽ, cuius cauſam agimus: & eum, qui ſectator eſt: & ſub tutela alterius, & pene famulus: quales ſunt liberti in patronos. & patrocinari tam uerbo, quam facto eſt imbecilliorem protegere. a quo ſit patrocinium.

Patrocinor

℄Epitome capitis.xiii.

ASCEN.

℄FACIES eſt quaſi factura & effigies corporis: uultus à uolendo dictus eſt: eſt tamen ubi utroq; uti liceat.

℄FACIES, & uultus modo aliquo differunt: quia uultus uoluntas ſit: quem pro motu animi in facie oſtenditur: unde ait Seruius. Vultus eſt uolũtatis indicium: qui pro uoluntatis uarietate mutaẽ. Virgi. Spem uultu ſimulat. pmit altum corde dolorem. Idem eſt etiam cæli, & terræ uultũ appellamus: quia mutari cõtingit. Facies uero ipſa eſt ſpecies. Saluſt. Prorſus in facie uultuq; uecordia inerat. Sumitur tamẽ facies pro forma totius corporis: ut Teren. O faciem pulchram: faciem modo non partem corporis ducit: ſed totam ſpeciem quæ apparet, & cernitur.

Teren.

℄Inter faciem, & uultum. Cap.xiii.

Facies
Vultus

FAcies magis ad corpus, uultus ad animum refertur, atq; uoluntatem: unde deſcendit. Nam uolo ſupinum habebat uultum. Inde dicimus irato, & mœſto uultu: potius quam facie: & contra, lata, aut longa facie: nõ uultu. à quo compoſitum eſt ſuperficies, non ſanè diſcrepans à ſuo ſimplici: ut facies maris, facies terræ, quaſi ſupficies: & facies hominis, quaſi primum illud, quod intuemur in homine. Eſt tñ aliquando ubi utroq; liceat: ut fœdata facie, & fœdato uultu: ſciſſa facie, & ſciſſo uultu: conuerſa facie, & conuerſo uultu. quæ exempla ſunt plurima.

uti

℄Epitome capitis.xiiii.

AS CEN.

℄ORDO eſt digeſtio & reꝝ in ſuo loco collocatio. Series autem rerum quædam continuata progreſſio: à conſerendo dicta.

℄Inter ſeriem, & ordinem. Cap.xiiii.

Series
Ordo
quo differant.

SEries ab ordine in ſignificatione differt. Nam ordo eſt digeſtio, & in ſuo loco cuiuſq; rei collocatio: ueluti in acie fit: ubi pedites, ubi alæ equitũ, ubi leuiter armati, ubi ſagittarii, ubi fundibularii, ubi cæteri ex utilitate rei diſtribuuntur: & in argumentatione: ubi ponenda ſunt firmiſſima argumenta, ubi infirmiora, ubi mediocria. Vnde in ciuitatibus, & Romæ præſertim, ordines ſunt. Ordo conſularis, prætorius, ſenatorius, equeſtris: adeo ut ordo quoq; pro ipſis hominibus accipiatur illius conditionis. Cicero in hoc ordine, pro ſenatu, aut pro equitibus romanis, frequentiſſime dixit. Idem quodam loco ait. Qui apud omnes ordines eẽt gratioſus: ideſt apud omnium ordinum homines. Series eſt rerum quædam continuata progreſſio: ut in ſerie orationis: ideſt continuato contextu. Q uintilianus. Q uod non niſi in contextu orationis, ſerieq; contingit. Virgilius. Ductæq; ab origine gentis Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum. Statius. Longa retro ſeries.

ASCEN.

De ꝓpoſitio cõtrarium ĩportat ſignificatũ qũ cõponitur cum ſimplici teſtis eſt uoueo & deuoueo.

¶Epitome capitis.xv.

¶DECVS. eſt honorificentia ex bene geſtis orta. Dedecus autem contrarium. Vnde decoro & dedecoro penultima breui. Decor eſt decens pulchritudo ex decentia proueniens. Decorum eſt ipſum honeſtum ac decens: quod græci uocant: eſtq; tam in uerbis q̃ in rebus. Vnde decoro uerbum media longa.

¶Quid ſit decus, dedecuſq;. Cap. xv.

Decus. Dedecus. Dedecoro

DEcus eſt illa (ut ſic dixerim) honorificentia ex bene geſtis rebus. unde decora, militiæ honores, laudes, honeſtamenta militi in bello comparata: cuius contrariũ eſt dedecus, prope ignominia quædam, aut ignominiæ genus, & infamis turpitudo. Vnde dedecoro. Cicero inquit de quodam. Magiſtratũ ipſum dedecorabat: ideſt turpificabat: & contumelia, atq; ignominia ipſum afficiebat. Transfertur etiam ad animum. Quippe decus pro honeſto, dedecus pro inhoneſto accipitur. ut idem. Sequetur decus, atq; honeſtatem. Quintilianus. Satis dedecoris, atq; flagitii caſtra ceperunt. Decor eſt, quaſi pulchritudo q̃dam ex decentia rerũ, pſonarũq; in locis, temporibuſq;, ſiue in agendo, ſiue in loquendo. Transfertur quoq; ad uirtutes: Appellamuſq; decorũ, nõ tã ipſum honeſtum, quam quod hominibus, & communi opinioni honeſtum uidetur, & pulchrum, & probabile. unde uerbum decoro, media longa. nam decoro, media breui, a decus uenit.

Decor

¶Epitome capitis.xvi.

ASCEN

¶IOCVS eſt fere in uerbo. Ludus in facto: ſed non ubiq; ſic accipiuntur: quia confundunt̃ ſæpe: ſicut iocari & ludere. Ludere autem eſt interdum uerſiculis ſcribere: ut in opuſculis & rebus leuibus. Alludere ẽ ad aliud latẽter referre ſniam. Ludus præterea periculum, & ſpem ſibi ꝓponit: ſed luſus & luſio meram uoluptatẽ. Eſt ad hoc ſchola ad gymnaſium. unde ludi magiſter dictus, & ludus armorum & ludi gladiatorii. quos potius q̃ luſum dicimus: & ludos Appollinares: Circenſes, Sæculares, & ſimiles dicimus ſpectacula publica: quæ olim in Deorũ fiebant honorem.

¶Inter iocum & ludum. Cap. xvi.

Iocus Ludus.

IOcus, & ludus quid ſignificent, tum ex Cicerone de oratore, tũ ex Quin. de ridiculis colligi poteſt: ut ſit iocus in uerbo: ludus in facto. Sed utrũq; tamen patitur exceptionẽ. ut Iuuenalis. Quoties uoluit fortuna iocari. uidelicet nõ de uerbo intellexit: ſed de facto. Ouidius. Hos ignara iocos tribuit natura puellis: Materia ludorum uberiore uiri. Mille fac eſſe iocos: turpe eſt neſcire puellã. Ludere: ludẽdo ſæpe parat̃ amor. Iocos pro ludo & ipſe poſuit. Ioca quoq;, pro iocos nonnunquam legimus. Cicero ad Atticũ lib. xiiii. Itaq; ioca tua plena facetiarũ: E diuerſo ludus ꝓ iocus. Horatius. Præterea ne ſicut qui iocularia ridens, percurram: quãquam ridẽtem dicere uerum Quid uetat? ut pueris olim dant cruſtula blãdi Doctores: elementa uelint ut diſcere prima. Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Plinius ad Valerium. Cũ alii diuinum me ab aliis rapinis meis, meæq; auaritiæ occurſum per ludum acceptũ dictitant. Hinc ludere pro iocari frequenter inuenitur. Cicero de natura deorũ. Cũ uero deos nihil agere, nihil curare cõfirmat: mẽbriſq; humanis eſſe præditos: aut eorum mẽbrorũ nullũ uſum hẽre: ludere uidetur. Pli. idem ad Fabiũ Iuſtũ. Ludere me putas: ſerio peto. Luder̃ dixit, ꝓ iocari, & ſe nõ ioco ager̃, ſed ſerio. Quæ duo cõtraria eſſe, Quint. auctor eſt, ingens. Iocũ uero accipimus, qd̃ eſt cõtrariũ ſerio. Idẽ in eodẽ loco inqt. Ludere nũquã uelimus. Qđ non tã ꝓ eo, qd̃ eſt iocari, puto dixiſſe: quã ꝓ eo, qd̃ eſt ſcurriliter, & leuiter loq: uel deludere alterũ, ſiue eluder̃. Nã cõpoſita a ludo ad uerbũ quoq;, orationẽq; ꝑtinẽt, nõ modo ad actionẽ. ut in eodẽ ope Cicero. Sed & uos ab illo illudemini: & ipſi illũ uiciſſim eludetis. Ludere ẽt dicitur uerſibus ſcribere: ſed non fere niſi in opuſculis: q̃lia ſunt epigrãmata: & hæc opuſcula dicũtur luſus: & hoc ita ſentire ſũmos auctores annotaui. Alludere eſt, cũ aliud dicimus ad aliud latenter referre ſentẽtiam: ut Virgilius. Actiaq; iliacis celebramus littora ludis. Dũ enim narrat ludos Aeneę: alludit ad Augusti uictoriam: quã cõtra Antonium in his locis potitus eſt. Ludus item differt a luſu, ſiue luſione. Ludus enĩ tum periculum, tum ſpem ſibi propoſitam habet: luſus nihil, præter meram uoluptatẽ. Itaq; qui pila, qui trocho, qui teſſeris, qui etiam quocunq; genere talorum delectationis gratia ludunt: luſum potius, quam ludum exercent. Cicero. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant, & teſſeras. De uoluptate uidelicet ſenili locutus eſt: nõ de ſpe lucri: cuius ſpei gratia plerique ludunt. Ideoque ludum talariũ dicimus: non luſum: & ludum aleæ: qui etiam lege prohibetur. Quidam etiam hunc luſum uocant: ut Suetonius lib. iiii. Ac ne ex luſu quidem aleæ compendium ſpernens. Dicimus etiam ludum ſcholam ipſam: ubi & periculũ, & ſpes ẽ: & certe labor, atq; uapulatio: ut. Dionyſus tyrannus regno eiectus factus eſt ludi magiſter. Et. Camillus ludi magiſtrum diſcipulos hoſtibus prodentem eiſdem pueris in urbem uſq; cædendum præbuit. Eſt igitur ludus tum aliarum quarũdam artium, tum ſchola grammaticæ: quã triuialem ſciẽtiã dicimus: quod in triuiis, & compitis docetur. Hoc ideo admonui: quod quidam imperiti triuialem ſcientiam appellant grãmaticam, rhetoricam, dialecticã:

Ludere

quadriualem alias quatuor liberalium artiũ. Ludus igit̃(ut dicebam)eſt alia quoq; artium ſicut muſicæ:ut apud Terent.de fidicina:quæ quottidie diſcebat in ludo. De grãmaticę ſchola(ut mea fert opinio)magis q̃ rhetoricæ intelligit Cicero de oratore:cum inqt. Hoc in ludo nõ præcipit̃:faciles enim cauſæ ad pueros deferunt̃. Et ſtatim poſt. Hæc eſt in ludo cãꝝ fere formula. Nam (ut inqt Q uintilianus.) rhetores ſuas partes omiſerũt:& grãmatici alienas occupauerunt.ſiqdem grãmatici latini etiã rhetoricã docent. Q uod indicãt ipſius quoq; Ciceronis uerba:cũ pueros,non iuuenes noiat. Ludus armoꝝ, qui idẽ(ut ſentio) gladiatorius dr̃:ubi diſcunt gladiatores.ut apud Quintilia.

Q uid me diu piratæ in carcere retẽtum, qui diuitẽ illis ꝓmiſeram patrẽ:in ludum uendiderunt,tanq̃ decepti. Et iteꝝ. Et iter dedita noxæ mãcipia cõtentiſſimus tyro gladiator,ut nouiſſime pderem calamitatis meæ inocẽtiam:diſcebã quottidie ſcelus. Ludos tñ gladiatorios frequẽtius, q̃ ludum dicimus:quotiens unũ,pluraue paria gladiatoꝝ ad ſpectaculum pugnatura producunt̃. quæ res munus gladiatoriũ appellatur:quia populo,tanq̃ munus donatur. Et qui donat:munerarius:& qui familiam gladiatoꝝ habet:gladiatoreſq; domi in diſciplina:& (ut dixi)in ludo exercet:ac poſtea uendit: laniſta. Vocantur autem ludi gladiatorii:ſicut ludi apollinares:ludi circenſes:ludi ſeculares. Nam ſpectacula publica utiq; in honorẽ deoꝝ ludos antiqui uocabant:ut nõ abſurdum ſit: ſolẽnitatem in natali die ſanctoꝝ,ꝓſertim cum apparatu illo,& põpa,ludos uocari. Nã quo alio noie uocemus illam ſpectaculi exhibitionem, qualis fit in multis Italiæ ciuitatibus, & (ut audio) in multis aliis prouinciis? Hæc de ludo,& ludis hactenus. De luſu quoq; aliquod afferatur exemplum. Q uintilianus. Nec me offenderit luſus in pueris, eſt & hoc ſignum alacritatis.

Luſus.

Et iteꝝ paulopoſt. Sunt etiam nõnulli acuẽdis puerorum ingeniis non inutiles luſus.

℄Epitome capitis.xvii.

ASCEN. ℄LIBERTAS in loquendo accipitur in bonum licentia ſere in malum. Similiter libere & libenter agere differunt Scholaſtici autem commeatum petere debent: non licentiã dum ludere uolunt.

℄Libertas in loquendo,agendoue,quid ſit:& quid licentia. Cap.xvii.

Libertas in agẽdo. Licẽtia in loquẽdo.

Libertas in loquẽdo,accipit̃ in bonum cũ quis non timide,qđ ſeruile eſt:ſed ingenue,& libere:hoc eſt,ut liberum hominẽ decet:loquitur:licentia uero in malum:qñ hac libertate abutitur uſq; ad temeritatem,& ꝓcacitatem. Vnde Quintilianus. Et quæ in aliis,inquit,libertas eſt: in aliis licẽtia uocatur. In agendo ſimili quoq; modo:ut libere fecit:libere egit:id eſt:digna libero homine.Cicero. Sæpe de libere dictis,ac factis loquitur:& de licentia Cludioꝝ querit̃. Q uintilianus. Porro qui confeſſum defendit: nõ abſolutionẽ ſceleris petit:ſed licentiam. Terentius: Deteriores oẽs ſumus licentia. Eſt autẽ huius nominis ſignificatio, impunita quædam facultas agendi qcquid uelis.de facto loquor. nam de uerbo non dixi: quod dubitationẽ non habet.Ideo hoc dico:quod uidet̃ uocari poſſe in dubiũ de facto. Siquidẽ Saluſti.in Iugurth. ita ait. Romam legatos ire iubet.agendaꝝ rerum, & quocũq; modo componendi licentiã illis permittit. Q uod neſcio an in malum accipi debeat:quaſi ut male,& cũ dãno,atq; dedecore regis poſſint componere.quale eſt Q uintilianus. An exiſtimas hanc legatis dari peccãdi licentiã:ut quæcũq; ſcelera i eo officio cõmiſerint:cũ his omnibus hac una lege decidant?

An ẽt i bonũ?ut ſolẽt dicere iuriſcõſulti.data eſt mihi licẽtia eundi,redeũdiq; q̃liter etiã pleriq; eccleſiaſticoꝝ ſcriptoꝝ locuti ſunt.

℄Epitome capitis.xviii.

ASCEN. ℄INDVLgẽtia eſt obſequẽs ꝓmiſſio & conceſſio:atq;(ut Quint.dicit)mollis educatio. Venia autem remiſſio culpæ: ſed quaſi pro indulgẽtia.& grã ſeu beneficio accipit̃. Potius autem dicemus:Facio tibi ꝑtãtem eundi:q̃ do licentiam Poenitere eſt interdum pudere,& parum uideri.

℄INDVLGEO ait Priſ. ſignificat obſequor & conſentio:ut Cicero in Lælio. Sed obſequium multo moleſtius q̃ peccatis indulgens.i.cõſentiens:ꝑcipitem amicum fieri ſinit, Idem Tyroni:Indulge ualetudini:quod uulgo dr̃ ſtudere rei illicitæ.Teren.in Heau.Nimium illi indulges. Ab hoc enim indulgentia datur & mollis promiſſio q̃ ſeueritati opponit̃: ut Quinti.Mollis illa educatio: quã indulgentiã uocamus neruos.omnes & mentis & corporis frangit, & infinitiuus indulgere eſt facilem & clementem eſſe:ut Cice.lib.iii.Offi.Magnus uir in primis & qui perindulgens in patrem:idem ſeuerus in filium,clemens ac facilis, & indulgentia clementi: & Sta.Vultus & egregiam tanta indulgentia formæ.Item indulgere adhuc eſt delicate intendere: & ſpaciu m maius dare, Virgi.Indulge hoſpitio cauſã in te morandi. Indulgere adhuc parcere ſignificat:ut Ambro.Vide q̃ bonus Deus & facilis indulgere peccatis.

℄Inter indulgentiam,& ueniã. Ca.xviii.

Indulgẽtia

INdulgentiã uulgo nunc accipiũt pro ueniã:ut.idulgentiã tibi deus tribuat: uel:deus tibi indulgeat:quod quis neget dici non latinæ? Indulgere enim eſt cõcedere: &(ut ſic dicã)obſequẽter,delicateq; tribuere. cuius rei admoneri certe debuerant illo trito uerſu neſcio cuius,ſed certe inter minutos auctores latiniſſimi: & quo mille annis nemo carmen ſcripſit elegantius. Indulgere gulæ noli:quæ uentris amica eſt. Nũquid in gulam nequã miſericordes iubemur eſſe antequã peccauit?anne committã:ut illa peccet?

Qnitilianus. Mollis illa educatio, quã indulgentiam uocamus: neruos omnes, & mentis, & corporis frangit. Non ergo indulgẽtia pro uenia accipienda eſt. eſt enim uenia remiſſio culpæ. ut idem. Peccauit: Et ueniã peto: & errare hominis eſt: & ignoſcere patris. Melius: q e contrario ueniã pro indulgentia accipiunt: ut Virg. primo æneidos. Orantes ueniam & templa clamore petebãt. Et Cicero pro Archia: Dabitis mihi hanc ueniam: ideſt: indulgebitis, concedetiſq; mihi hoc: ſi forte peccauero. Nam apud hunc uix unquã indulgentia reperitur. Terentius. Da pater ueniam: ſine te exorem: Hæc duo pro utroq; poſuit: ideſt da ueniam: & ſine ut hoc, etiã ſi improbum ſit: abs te impetrẽ. &. cũ uenia tua dixero: hoc eſt: ſi qd erro: tamen cum pace tua: & (ut iſti loquuntur) cum licentia tua dixero. Frequenter legimus: facio tibi poteſtatem eundi, & redeũdi: quem in modum mallem ego. dicere: quã, do tibi licentiam. Porro dare poteſtatem, plus eſt, quã facere poteſtatem. Eſt enim dare poteſtatem, rem alterius arbitrio cõmittere. Ex hoc ueniam dare, admoneo ut dicam de pœnitere: quod nonnunquã pro pudere, ſiue tedere accipitur, ut Liui. lib. i. Nec me eorum ſententiæ eſſe pœnitet. Cicero de ſenectute. Nũ igitur ſi ad centeſimum uixiſſet annum ſenectutis ſue eum pœniteret? Virgilius. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. quod quidam exponunt, pro parum uideatur.

Venia.

Dare ptãtem. Facere ptãtem.

Epitome capitis. xix.

AMBITIO in aĩo eſt: ambitus in actu quẽ comitaťid uitium quæ ſymonia diciť: ſed ea potius in ſpiritualibus eſt. Quicquid autem ambitus facit ambitio facere coegit.

Inter ambitũ, & ambitionẽ. Cap. xix.

Ambitus Ambitio.

Ambitio in animo eſt: ambitus in actu. Nam qui præter modũ cupit aut honores, aut laudem: ambitione peccat: qui uero di largitur pecuniam ſuã: aut populo muneribus, ludiſq; blanditur: aut cæteris artibus, quæ legitimæ non ſunt: ad publicos honores tendit: ambitum committit. cuius ſimilis eſt, quã hodie ſymoniam uocant, a Simone mago: niſi quod hanc tantum in rebus ſacris uolunt eſſe. Ambitus ab ambio uenit: ſiue his, qui non ſuæ uirtuti confidit: nõ recte graditur: ſed per circuitum: ſiue quod romani, qui honores peterent: ſingulos circuibant, prehenſantes, roganteſq; ut ſe in ſuffragiis adiuuarent: ſiue qđ qui pro adipiſcendis honoribus ſolliciti ſunt: cum togant: exordio quoq; lõgiore, & uerborum circuitu utuntur. Hæc omnia, quæ ambitus facit: ambitio faceř cõpellit: a qua ambitioſi dicunť: nõ ab ambitu. nõnunquã ambitus pro affectu ambitionis accipitur apud Quintilianũ, ſiue pro ſpe q̃dam fauoris, & quaſi captatione miſericordiæ: ut. Si iuenis innocẽtiſſimus iudices uti uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis: poterat allegař uobis amiſſam cũ oculis cogitationũ oĩum temeritatẽ. Ab hoc ẽt ãbitioſus dicitur. ut apud eundẽ lib. vi. Nõ ſum ambitioſus in malis: nec lachrimaꝝ augere cauſas uolo: utinãq; eẽt rõ minuẽdi. Ouidius lib. ii. de Ponto. Sed tamẽ hoc factis adiũge prioribus unũ: Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.

Ambitioſus.

Epitome capitis. xx.

VICVS eſt regio: urbis aut oppidi, aut etiam in agro frequentes uillæ & domus: quæ tamen in ſuburbio ſunt ſuburbana dicuntur. Caſtellum eſt diminutiuum caſtri. Caſtra autem ſunt ubi milites tentoria fixerunt. Oppidum de qualibet urbe dici poteſt. pterquã de Roma: q̃ tantũ urbs. Vicinia eſt multitudo uicinoꝝ, aut locus uicinitas ipſa ꝓpiqtas.

ASCEN.

Vicus quid ſignificet. Cap. xx.

Vicus.

Vicus pars urbis. diuiſa eſt enĩ urbs in uicos, q̃ſi i mẽbra minora: ſicut ſubura, carinæ, æſqliæ, uici Romæ (ut opinor) erãt. nã regiones circa uiginti fuerant: hodieq; tantũ tredecim ſeruant noĩa. uici autem & olim, & nũc ultra mille extra urbem uero frequẽter uillæ, ac frequẽtes domus iſtar uici urbani, uicus uocanť: ſi modo ſuburbanæ non ſint. tunc nãq; ſuburbana dicunť plurali quidem numero. nã ſingulari ſignificat prædiũ in ſuburbanis: ut ſuburbanũ meum: & ſuburbana mea: ſi plura ſunt: q̃le eſt i ſimilibus: ut fui i Cumano: in Tuſculano. i. in fundo meo Cumano, & ꝓdio meo Tuſculano: eramus in Formiano tuo: Põpeiano Varronis. i. in uilla tua, & Varronis. Cæterum (ut ad rem redeamus) hic uicus paganus fere muris caret. nam ſi haberet muros: caſtelli nomen acciperet: quod a caſtrum deſcendit: quo ſignificatur locus muris munitus, & (ut Seruius ait) urbs. In plurali notũ eſt appellari locũ, ubi milites tentoria fixerunt. Quãquam uarius mos eſt caſtramentandi. Veteres ſolebant illa foſſa, ualloque circundare, & aliis pro natura loci munitionibus. Oppidum, omnis urbs eſt, præter Romam: quæ peculiari nomine urbs uocari cæpta, fecit ut cætere urbes oppida uocarentur: quia iam ipſa oppidum amplius non eſt. Vnde dicatur urbs, & oppidum, cum alii dixerent: tum parum attinet de etymologia diſputare: quæ plerũque fallax eſt: & in primis, niſi fideli fundamento nitatur: friuola. Vicinia autem non tam homines, qui eundem incolunt uicum, ſignificat: quam qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem nõ homines, ſed propinquitatem proprie qui-

Suburbana.

Caſtellũ

Vrbs in plurali

Vicinia.

Vicinitas.

dem uicinorum, abuſiue uero etiam cæterarum rerum nõnunq̃ continens pro contento: ut. laudanda, uel potius amanda uicinitas.

❡Epitome capitis.xxi.

ASCEN.

❡COMMENTARIA ſeu cõmentarii ſunt libri capita rerum complectentes: aut rem compendioſe explanantes. Accipitur etiam cõmentarius pro homine. Cõmentum uero eſt ipſa compendioſa excogitatio & fictio.

❡Commentaria quid ſint. Cap.xxi.

Cõmentaria

Commentarii nomẽ quid ſignificet, tertio declamationum libro Seneca declarat: eum dicit. Sine cõmentario nunq̃ dixit: nec cõmentario contentus erat: in quo nudæ res ponuntur. Et Cicero in Bruto. Non eſt oratio, ſed capita rerum, & orationis cõmentarium paulo plenius. Et Quintilianus. Plerũq; autem multa agẽtibus, ut maxime neceſſaria, & utiq; initia ſcribãt: cætera, quæ domo afferunt: cogitatione cõplectãtur: ſubitis ex tpe occurrunt. qđ feciſſe M. Tullium ſuis cõmẽtariis apparet. Sed feruntur aliorum quoq;, & inuẽti forte, ut eos dicturus quiſq; cõpoſuerat: & in libros digeſti: & eorum, quæ ſunt actæ a Seruio Sulpitio: cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor, cõmentarii ita ſunt exacti: ut ab ipſo mihi in memoriã poſteritatis uideantur eſſe cõpoſiti. Per hæc Quintilia. uerba colligitur: nonmodo id, qđ dicebam: ſimulq; in plurali hoc nomẽ eſſe generis maſculini, cum in ſingulari ſit neutri: de quo mox etiã dicam: uerũ etiam cõmentarios idem eſſe, qđ libros. qđ Cicero confirmat, cum. iii. lib. de finibus, dicens: Tu ipſe, cum tãtum librorum hẽas: quos hic tãdem requiris cõmentarios? quoſdam inq̃ ariſtotelicos: tum ſecũdo oratore. Tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit: ex libro primo forte euenit: & cætera. Et ſtatĩ poſt. Vbi ſunt hi fundi Brute: quos tibi pater publicis cõmentariis conſignatos reliquit? qđ niſi puberem te iam haberet: quartum librum cõpoſuiſſet: & ſe in balneis locutũ cum filio ſcriptum reliq̃ſſet. Ecce eandem rem tribus uocabulis Cicero declarauit: libellis, libris, & cõmentariis. Quare ita ſentio: oẽs cõmentarios libros eſſe: ſed non cõtinuo libros cõmentarios. Nanq; ubi res ſunt late diffuſeq; explicatæ: & non breuius, q̃ poterant tractatæ: libri tñ ſunt: nõ cõmentarii.

Cõmentarii.

Vnde Cæſaris cõmẽtarii? in q̃bus ad exequẽdam hiſtoriam aliis uidetur ſubieciſſe materiam: qui ſi fuerint ſinguli cõmẽtarii: uel cõmentarius, uel liber dicetur. Liuius. xlviii. Quæri iuſſit ab eo, quem de his rebus cõmẽtarium a patre accepiſſet. Cum rñdiſſet: accepiſſe ſe nihil prius nec potius uiſum eſſet: q̃ regis ipſius de ſingulis rñſa accipe: librũ popoſcerunt. Si plures: primus, & ſecundus commentarius: non primum, & ſecundum cõmentariũ: ut Hircius, ſiue Oppius: qui acceſſionem adiecit Cæſaris commentariis ait. proximus, alterue commentarius. nunquam cõmentarium ita mihi annotaſſe in magnis auctoribus uideor. Quidam tamen aliter faciunt, utiq; in alia ſignificatione: quæ eſt (ut ſentio) expoſitio, & ĩterpretatio auctorum, utroq; genere promiſcue utẽtes: ut A. Gellius. Eſt adeo probi grãmatici commentarius ſatis curioſe factus. Et iterum: Nõnulli grammatici, qui commentãria in Virgilium cõpoſuerunt: Et iterum quoq;. Noſter Scaurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis compoſuit: ſcriptũ reliquit. Boetius. quod in his commentariis diligentius expediuimus: qui nobis in eiuſdem Ciceronis topica ſcripti ſunt. Et iterum. Quo autem modo de his dialecticis locis diſputetur: in his commentariis. quos in Ariſtotelis topica a nobis tranſlata conſcripſimus: expeditum eſt.

Quidam etiam talia huiuſmodi opera commentum uocauerunt: ut Nigidius, Donatus, Priſcianus, aliiq; nonnulli. Seruius commentariũ cõmentarioſq; p homine accipere uidetur: cũ inq̃t in. vii. æneidos. Dicit qdã cõmẽtarius: cõnexa legẽdum. & in Georgicorum primo. Superfluo mouent quæſtionem commentarii.

❡Epitome capitis.xxii.

❡Cœnaculum eſt proprie locus cœnãdi in parte ſuperiore domus: accipitur tñ p quocũq; loco altiore pauperibus locari ſolito. Cœnatio uero locus eſt ad cœnãdũ in imo ſitus.

ASCEN.

❡Cœnaculũ, & cenatio, quo differãt. C.xxii.

Cœnaculum. Cœnatio.

Cœnaculũ locus ad cenandũ in loco ſupiori: cœnatio locus ad cœnandũ: ſed in imo potius. Iuuenalis. Et algẽtem rapiat cœnatio ſolẽ: Verũtamen cœnaculũ nõ tã p loco cœnãdi, quã p pte domus ſupiore accipitur: quæ frequẽter hoſpitibus ad habitandũ locari ſolet: q totã domũ cõducere nõ poſſunt: & pte inferiore, ſiue illa taberna, ſiue officina ſit: non habent opus. cuius rei pferrem exẽpla: niſi abunde Varro ſufficeret, dicẽs.

Vbi cœnabant: cœnaculum uocitabant: poſt quã in ſuperiore parte cœnitare cœperũt: ſuperioris dom⁹ uniuerſa cœnacula dicta: poſtquã ubi cœnabant, plura facere cœperunt.

❡Epitome capitis.xxiii.

ASCEN.

❡EPVLAE ſunt cibi uulgares, & (ut dicimus) quotidiani in uſum noſtrum comparati. Epulum ſolennis cibus publicis conuiuiis: aut parentalibus aptus. Dapes aũt ſunt aut cibi Deorum, aut noſtri in ſacrificiis eorum.

❡Inter epulas, & epulum, dapeſq;. C.xxiii.

Epulæ Epulum.

Epulæ ſunt cibi miniſterio hominum, & in noſtrum uſum comparati. epulum ſolẽniores quædã epulæ, & ppe

publicum conuiuium in probatulo numeroſis ciuibus exhitū: ſiue i dedicatione tēpli alicuius: ſiue in honorem deorum: uel in magnificentiæ oſtentationem: ſiue in funere magni alicuius uiri: cui ſimile eſt, quod hoc tempore ſiticum publice paſcimus pauperes, pręſertim in mortibus propinquorum: quod idem eſt pene, quod parentare: ſi Hieronymo credimus: qui ita tertio lib. in Hieremiam inquit. Hoc autem & in gētibus ferre cibos: & præparare cōuiuium: quod Græci περιδειπνα uocant: & a noſtris uulgo appellant parentalia: eo qd parentibus celebrētur. Dapes uolunt eſſe uel deorū, uel noſtras in ſacrificiis deorum.

Dapes.

℄Epitome capitis.xxiiii.

ASCEN. ℄SEGES. eſt proprie unde panis fit: ſed nondum demeſſa: uſurpatur autem pro humo ipſa. Fruges uero quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus.

℄Vnde uina & poma inter fruges non inter ſegetes numerantur: ut patet in Liuio: qui Gallos dulcedine frugū (maxime uini) dicit captos, & arborem frugiferam.

℄Seges, & fruges, qd differat iter ſe. C.xxiiii.

Seges

SEges eſt eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis nondum demeſſa. nunquam contentum pro continēte uſurpantes, ipſam humū ad accipienda ipſa ſemina ſubactam ſegetem uocamus, ut Virgilius. Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ: bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Fruges uero quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Liuius. Eam gentē traditur fama dulcedine frugum, maxime uini noua tum uoluptate captam. Idem, Non arbore frugifera, non ſatis in ſpem relictis, Plinius. Libro titulū dedit de arboribus frugiferis.

Fruges.

℄Epitome capitis.xxv.

ASCEN. ℄SEMENtis. pprie eſt ſatio ſeu ſeminatio. Meſſis, aut ipſa meſſio, aut ſeges iam matura. Accipitur tñ ſementis etiam pro ſemine, & tempore ſerendi.

℄Vnde Mācinellus. Semētis pro ſatione & pro ſemine lib. i. Faſtorum apud Ouid. legitur. Ait enim: Villice da requiem terræ ſemente peracta: Da requiem terrā q coluere uiris. Et paulo infra: Vos date pperuos teneris ſementibus auctus: Ne noua p gelidas terra ſit uſta niues. Columella uero lib ii. ca x. Sementem pro ipſo ſerendi tpe poſuit. Ait enim ſic de lente: Sationes eius duas ſeruamus, alteram naturam per mediam ſementem ſeriorem, alteram menſe Februario.

℄Inter ſementem, & meſſem quæ differentia ſit. Cap. xxv.

Sementis Meſſis.

SEmentis eſt ſatio, ſiue (ut ſic dicam) ſeminatio. Liuius. Campani ſementem facere poſſent. Miror quare cum in aliis locis apud Hieronymum plurimis, tum in Geneſeos principio ſementis pro ſemine poſitum eſt. Meſſis tum ipſa meſſio eſt: tum ſeges iam matura. Cicero de oratore. Qualem ſementem feceris ita metes.

℄Epitome capitis.xxvi.

ASCEN. ℄MALLEOLVS. eſt pars ſarmenti formam mallei habens & plantationi apta: ſarmentū aūt totū quod ex uite reſecatur, aut eradicatur: quod areſactum tam ſarmentum quā malleolus uocari ſolet.

℄Differunt ergo: ut pars & totum: ſed ad combuſtionem reſeruata materies: nunc malleolus, nunc ſarmentum appellare reperitur.

℄Malleolus a ſarmento quo diſtet. C. xxvi.

Malleolus Sarmētū.

MAlleolus a ſarmēto ſic diſtat: ut pars a toto. Eſt enī malleol⁹ (ut placet Columellæ) in modum mallei roſtra habēs, aptus plantationi. Q ñ aūt areſacta ſarmēta ſunt cū malleolis igni reſeruata indifferēter uocant. Nā & Annibalē legimus ſarmēta cornibus bouū alligaſſe, atq incēdiſſe: ut hoſtes falleret: & nonnullis ciuibus Romanis, quod domos haberēt plenas malleolorum ad Capitolii, & urbis incendia: fraudi fuit.

℄Epitome capitis.xxvii.

ASCEN. ℄HERBA dici ſolet quæ terræ adhæret, & hieme demoritur. Frutex inter herbā & arborē media perennis qdē eſt: ſed ad iuſtā menſuram arboris nō accedit, aut nōdū acceſſit: nā ſoboles quoq arborū & plantula frutex dici ſolet.

℄Arbor a frutice quomō differat. Cap.xxvii.

Arbor. Frutex.

ARbor a frutice ita differt: ut frutex ab herba. Eſt enī frutex, q ad iuſtā magnitudinē arboris nō aſſurgit: & ſtatura ſimilis eſt multis herbis: ſed nō demorit: neq areſcit, ut herba: ſed perennis eſt. Inter frutices eſt ſoboles quoq illa arbor, & plātula. Ab hac fruticari uerbū: q̄ſi fruticē renaſci ex arbore. M. Tullius ad Atticū. Exciſſa eſt enī arbor nō euulſa Itaq quā fruticet, uides. Nam illud, qd ſæpe legim⁹: fruticari p lū trāſlatū eſt.

℄Epitome capitis xxviii.

ASCEN. ℄ACINI: baccæ, poma, & nuces arborum ſunt fructus: quibus ueſcimur: ſed acini minutiores denſius naſcentes. Baccæ etiam minutiores: ſed diſperſius & rarius naſcentes. Poma uero maiores ſunt arborum fructus, & corticem mollem habentes: ut mala & pyra & pruna. Nuces uero quæcūq principalem fructum ſeu nucleum teſta, aut cortice duriori concludunt.

℄Vnde caſtaneæ amygdalæ: iuglandes &c. Nuces ſūt. Prunia uero ſeruſa ſeu ſerbiſa, ſina, perſica, & ſimilia licet nucleū teſta concludunt, poma. Glans autem & quicunq alius fructus ſilueſter in numerum prædictorum non uenit. Sunt autē baccæ etiā gemmæ dictæ: q baccæ inſtar ſint: ac Bacchæ Bachi ſacerdotes.

℄Inter Acinos, & baccas, qd iterſit. C.xxviii.

Acini Poma.

ACinos inter, & baccas hoc itereſſe puto: quod acini iter fructus minutiores arborum, fructicūue dēſius naſcunt: baccæ uero diſperſius, & rarius. Inter acinos enī numerant uuæ grana, ederæ grana, ſambuci grana, ebuli grana, mali punici grana: addo etiam morum: & quicquid his eſt ſimile. Inter baccas uero, fructus lauri, fructus oliuæ, cotiloti: quam fabam ſyriacam uocāt: myrti, lentiſci, ſimiliumq. Supra hæc autem poma dicuntur duntaxat, quibus ueſcimur: ceraſum uero, uel (ut Seruio placet) ceraſium, & prunū,

& meſpilum,poma,non acini, neq; baccæ no/
minantur.Glans in numerum iſtorum non ue/
nit.Silueſtris eni,& paſtio pecoꝝ eſt.Caſtanea
Nuces in nuces refert. Vnde Virgilius. Caſtaneaſq;
nuces.ſicut pinus,corylus,ſiue,a loco, auella/
na,amigdalus,juglans:& ſiqua ſunt his ſimilia
non poma dicũtur:ſed nuces. Nõnunq̃ acini,&
baccæ indifferenter ponunt.ut Virgilius. San
guineis ebuli baccis,minioq; rubentem.

℄Epitome capitis xxix.

ASCEN. ℄CREPITVS ſonitus eſt uiolẽtus ex impulſu reſultãs: unde fit crepitare:qđ eſt cum uocis eruptione & ſonitu imani.i.feroci & modico repħendere.Speciali aũt crepitus eſt:q e natibus edit ſonitus. Strepitus uero fit ex corpoꝝ cõtactu: ex colliſione reꝝ & multaꝝ uocũ cõfuſione:ſed modica. Proprie aũt eſt ambulãtium pedũ:manuũq; aliqd ptractantiũ ſonus:unde ad fortunæ põpam trãſfert: ꝙ diuitum comitatus ſtrepitũ emittit.Fremitus aũt eſt uehemẽs hmõi ſonitus uel fluctuũ maris:& ppli obmurmurãtis:aut ẽt hois excãdeſcentis:& quaſi uocẽ præ iracũdia imitantis At ſtridor & acrior & quaſi ſibilans colliſio:ut dentium concuſſorum.

℄Inter crepitum,ſtrepitum,fremitum,ſtridorem. Cap.xxix.

Crepitus. Increpo CRepitus ſonitus eſt uiolentus ex im/
pulſu reſultans. Vnde icrepare eſt cũ
eruptione uocis,& imani ſonitu repħ/
hendere.cymbala,tympanaq; crepi
tant.unde fit crepitaculũ.Tubæ quoq;,& cor/
nua,ſimiliaq; crepant,ſiue crepitant. Crepitus
quoq; ſpeciali uocabulo quid ſignificet,malo
me tacente minus notum eſſe,q̃ me dicente ni/
Strepitus. mis.Strepitus fit ex corpoꝝ tactu,ex colliſione
Fremitus reꝝ,& multaꝝ uocũ in unum confuſione:ſi mo
do nõ ſit imodicus.tunc enim dicitur fremitus.
ut ex alto mari ſonus fluctuũ,& in populo mur
mur uocat,& fremitus:q̃q̃ & indignãtis,& ex/
candeſcẽris,& quaſi humanam uocem præ ira
Stridor. cundia imitantis. Vox,oratioq; fremitus dici/
tur.Stridor eſt acrior,& quaſi ſibilans colliſio.
Strepitus tñ proprie pedum ambulãtium,ma/
nuumq; aliquid pertractantium ſonus eſt. Ap/
Faſtus pellatur etiam faſtus,& pompa diuitiaꝝ:quaſi
a ſtrepitu comitantium.ut apud M.Fabium.
Hic cum me euocaſſet ſubito trepidum:totoq;
fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſet.

℄Epitome capitis.xxx.

ASCEN. ℄OFFICIVM eſt uirtutis actio pro loco: pro tempore:& pro rerum dignitate:quaſi id munus:ad quod exhibendum quicq̃ effectum eſt:unde magiſtratuum & honeſtorum opificum etiam uocamus officium:quinetiam beneficia atq; obſequia debite facta officia uocamus.

℄Officium quid ſit. Cap.xxx.

Officium OFficium eſt uirtutis actio:quod Græ
ci πρόσηκον uocãt:uel(ut latius ex/
plicem)pro loco,pro tpe,pro reꝝ di
gnitate,ſimilibuſq;.Inde illud eſt,qđ
dicitur a multis:in familia bene inſtituta oẽs in
officio:ideſt omnes agunt,quod debẽt.&.miſſi
ſunt legatis obuiam ciues officii gratia. Et.cir/
cunſtabant ſenatores Cæſarẽ ſedẽtem in aurea
ſella officii gratia:ideſt honoris gratia:quẽ lega
tis,Cæſariue exhibere debemus.Nihil enim tã
nos decet:quã merenti uel honorem exhibere,
uel opem ferre. Quo factum eſt ẽt ut officia ſi/
gnificent beneficia, ſiue obſequia. Vnde illud
Ciceronis. Odioſum ſane genus hominum eſt
officia exprobantiũ:quæ meminiſſe debet is,in
quem collata ſunt:non commemorare,qui cõ/
tulit. Et illud Quintiliani. Duxit me ſimi/
lis ætas:euicerunt officia:cepit fides amantem:
odiſſe non potui. Magiſtratus quoq; officium
dicitur: ſiue quia honoris cauſa factus eſt:ſiue
opis populo ferendæ:ſiue quia ius ſuũ cuiq;,&
quod cuiq; debetur, reddat. Cæteræ etiam
artes,quæ modo honeſte ſint: ſuam actionem
officium uocant:ut officium grammatici: offi/
cium medici:officium architecti.

℄Epitome capitis xxxi.

℄HISTRIO eſt qui perſonatus in ſcæna uoce & corporis geſtu fabulas agit.Mimus qui,uel intra,uel extra ſcænam geſticulationes quaſdam exercet:imitaturq; mores hominũ ac naturas præſertim obſcœne:& tam homines q̃ poemata. mimos uocamus a mimeome:ꝙ eſt imitor. ASCEN.

℄Inter Hiſtrionem,& mimum. Cap.xxxi. Hiſtrio

HIſtrio:qui perſonatus in ſcæna trage/ Mimus.
dias agit, comœdiaſq;,uoce, & cor/
poris geſtu:mimus q uel intra,uel ex/
tra ſcænam geſticulationes quaſdam
exercet:imitaturq; mores hominũ, ac naturas,
præſertim obſcœne.Nam mimorum ſcriptoꝝ
res obſcœnos amores tractant.Primum e tuſco
quodam homine tractum nomen eſſe,Titus Li
uius,ac Valerius Maximus auctores ſunt.Alte
rũ e græco uenit ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι. mimi/
tam homines,quam poemata uocantur.

℄Epitome capitis.xxxii.

℄ACTOR dicitur qui agit cauſam:ut orator,aut geſtũ uultus & corpis:ut comœdus,tragœdus, ac mimus omnis. Actio enim eſt tam ipſa pronunciatio q̃ oratio quæ habet: & q̃ oratio ſcripta. Actus autem ſunt fabularum quæ agũtur ptes. Auctor uero cõis gñris:ſine uerbi origine(nã neq; ab augeo latino:neq; ab uerbo græco deducitur) dicit quaſi factor & rei geſtor ac cõditor:ut qui bellum gerit,aut pacem facit,aut aliud opus eius auctor dicit:ſicut & is cuius nomine & auctoritate alit rem gerit: hoc eſt hõ in quo eſt ius:poteſtas ac dignitas.Quinetiam pupillorum auctores dicuntur qui eorum res adminiſtrant. Præterea duces militũ auctores uocabant.Vnde auctorate q̃ſi,obligare & ſubiiicere.Et inde auctoramẽtum quod eſt quaſi obligatio nexuſq;, uel q̃ſi ſtipendiũ quoddã ac pcium laboris. Auctio uero eſt uenditio in publico ac loco celebri. Vnde auctionari ſic publice quaſi ſub haſta uendere ſupellectilia præſertim. ASCEN.

℄Hæc ex Valla:addit Mancinellus ex Calderino dicens.Re/
feram hic quod Domitius in epiſtola Sapphus poetice ſcrip Auctorare.
ſit.Aſſerit enim ꝙ auctorare eſt eligere in militiam, mileſq;
auctoratus ab imperatore operam preſtat: receptus ſcilicet
in iura militaria,& in imperatoris fidem. Inde exauctorare Exauctorare.
diminuere eſt.Et Auctoramentum ſignificat illam aſcriptio/

nem ſimpliciter:non autem ſtipendium. Auctorat ergo imperator militem cum eum ſcribit. Nam quicquid deinceps agit miles auctoratus:ad imperatorem refertur: cui uictoriã parat. Hæc & plura ille. Seneca prçterea epiſtola.i.lib.xviii. ſic ait:Multum autem a fortuna petendum eſt. Deinde ſperãdæ opes auctoramenta ſunt ſeruitutum. Vbi quidem metaphoricos locutus eſt. hæc Mancinellus.

ℂ Actor, & auctor quomõ differãt. Ca.xxxii.

Actor Comœdus. Tragçdus ACtor, & auctor ita differunt: quod actor dicitur orator, qui agit cauſam quiq; geſtũ uultus, & corporis agit. unde tum ipſa pnunciatio, tum oratio, quæ habet: tum oratio ſcripta actio appellatur. Itẽ comœdus, & tragœdus, ideſt hiſtrio, qui agit geſtus in ſcæna: & (quod huic generi ſimillimum eſt) qui agit atellanas: & mimus omnis, actor uocari põt. & partes comœdiæ actus dicunt. Nam comicus, tragicuſq; poeta ipſe eſt

Auctor. comœdiarũ, tragœdiarumq; conditor. Auctor autem eſt (ut ſic dicam) factor. Nã factor in uſu non eſt niſi in quibuſdam e græco tranſlatis. & illud quottidianum. Credo in unum deum, patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ. græce eſt ποιητὴν: hoc eſt poetã. At nos poetas, cæteroſq; operum conditores, auctores uocamus: & illæ qui fecit aliquod opus: qui egit bellum: qui egit pacẽ: auctor eſt operis: auctor eſt belli: auctor eſt pacis: nunquã actor eſt. Quidam originẽ eius græco repetunt αὐξάνω: ſed a latino quoq; facilius formari poteſt: niſi quod nullum latinum in or a ſupinis deſcẽdens eſt cõmunis generis: ut auctor. Nam cũ eſt ab augeo: ſi modo unquã reperit: auctor, & auctrix facit: ut Seruio placet ſuper Virgiliũ ſcribenti. Idẽ ſuper Donati artem ita ait. Quæritur: auctor utrum per ſe? an de uerbo oriatur? Sed ſciendũ eſt quod a ſe naſcitur. nam illud, qđ eſt augeo: non nos deducat: quod inde ueniat. Aliud eſt enim augere: aliud auctorem eſſe. Ego uero a Seruio nõ oĩno diſſentio: cum huius uocis nõ uideat mihi origo eẽ, nec augeo, nec αὐξάνω: & inauditũ eſt ſignificationis illius, hic & hæc auctor eſſe. Nam nunquã aliud (quantũ ego ſentio) ſignificat, quã duo. Vnum, quod dixi: & alterum, quod eſt huic ſimile: hominem, in quo eſt uis, poteſtas, & dignitas: unde auctoritas dicta eſt: ut apud Liuium dicitur. Decreuerunt enim: ut, cum populus regem iuſſiſſet: id ſic ratum eſſet: ſi patres auctores fierent: hoc eſt auctoritatẽ (ut aiunt) ſuam, & decretum interponant: ratum habeant: atq; ratificent: ſiue comprobent. Et alibi. Maiores noſtri nullã, ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine auctore uoluerunt: in manu eſſe parẽtum, fratrum, uirorumq;. Et auctores pupilli uocant, in quorum adminiſtratione infirma ætas, reſq; eius ſunt. ideoq; filios regum pupillos ſub auctoribus fuiſſe legimus: Vnde Paulus iuriſcõſultus: Etiam ſi non interrogatus tutor auctor fiat: ualet auctoritas eius: cum ſe probare dicit id, qđ agitur: hoc eſt enim auctorem fieri. Et Põponius. Et ſi de pluribus datis tutoribus unius auctoritas ſufficiat: tametſi tutor auctoretur.

Quare auctores ſententiæ, alicuiuſq; conſilii uocantur ii, quorũ ſententiam, cõſiliũq; ſecuti ſumus. etiam duces militum auctores uocabãtur. Vnde auctorare. Liuius lib.xlvi. Signo ſuo impreſſas tabellas miſit: & uero pignore uelut auctoratum ſibi proditorẽ ratus eſt: ideſt obligatũ, & ſubiectum. Et Valerius Maximus lib.iiii. Auctorato ſociis officio. Suetonius lib.iii. De legẽdo, uel auctorãdo milite, ac legionũ, & auxiliorũ deſcriptione. Ex quo fit auctoramentũ, uel q̃ſi obligatio nexuq;, uel q̃ſi ſtipendiũ quoddã, uel præciũ cuiuſdã militiæ, ac pugnæ, actioniſq;. ut Quintilianus. Nec difficile ſane ſub illo pſertim auctoramẽto habuiſſet miſſionẽ: ſed noluit gladiator uiuere. Suetonius. Munus gladiatoriũ dedit: rudiariiſq; quibuſdã reuocatis auctoramẽto centenũ milium. Cicero. Quorũ ipſa merces auctoramentũ ſeruitutis eſt. Seneca lib.vii.epiſtolarũ. Nullum ſine auctoramẽto malum. Auaritia pecuniam promittit: luxuria uarias uoluptates: ambitio purpuram, & plauſum: & ex hoc potentiam: & quicquid potentia poteſt: mercede te uitia ſollicitant. Deniq; auctor nihil habere cõmune cum augeo, neq; cum αὐξάνω, auctio probat: quæ eſt uenditio quædam in publico, ac loco celebri: & hinc auctionari, publice ferre ſub haſta uendere: non ea, quæ ad eſum ſpectant: ſed quæ ad ſuppellectilem, atq; ad alios uſus: ne fere niſi quæ penes aliũ i uſu fuerũt. Differt aũt auctio, ab auctu: quia diuerſam originẽ ſortita ſunt. Auctus enim eſt incrementum, ab augeo deſcẽdens: ut hauſtus ab haurio.

ℂ Epitome capitis.xxxiii patet.

ℂ Pupillus qd differat ab orphano. C.xxxiii.

PVpillus eſt, q caret qdẽ patre: ſed tãtiſper, dũ eſt in ætate: cui detur tutor. Pupillus Orphan⁹. Orphanus: q caret patre, pſidioq; paterno: & qui ſummopere deſiderat illius opẽ: cũ ſine eo male habeat. Græcũ tamẽ nomen eſt, non ſane a ueteribus uſitatum.

ℂ Epitome capitis.xxxiiii.

ℂ TRICLInium eſt conclaue diſcubitorium: a tribus inclinatoriis ſeu lectis dictum. Cõclaue aũt ois locus ſecretior concluſus ueluti quod cõptorium uocãt: aulam noſtri atriũ uocant ueteſti aulam pro olla uſurpabant. ASCEN.

ℂ Aula tamen a Græcis pro tota regia ponitur: non ſolum pro ea parte quã ſolam: hoc eſt atrium uocant.

ℂ Triclinium

¶ Triclinium quid ſit. Cap.xxxiiii.

Triclinium

TRiclinium a tribus toris, mẽſiſue appellatum eſt. Ibi enim comedebant pręcipue in conuiuium accepti: cum res ipſa poſtularet tres toros: menſaſue extrui. Qui autem huic miniſterio præerat: architriclinium uocant. Quintilianus quidem triclinium uocat, quod Cicero conclaue. nam de eodem conuiuii loco, ubi Simonides artem memoriæ traditur inueniſſe: ille ſic ait. Vix eo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit. Hic ſic. Hoc interim ſpacio conclaue illud concidiſſe. Eſt igitur triclinium conclaue diſcubitorium. Nam cõclaue generalius eſt: quod etiam eſt pars quædam in penatibus remotior: in qua uel uiri colloqui, uel mulieres confabulari ſolent. Aulam autem, quod græcum eſt: noſtri ſemper transferũt atrium. Nam aulam, pro olla, Plautoque, uetuſtiſſimiſque dicendum relinquamus.

Aula
Atrium

¶ Epitome capitis.xxxv.

ASCEN.
Penus

¶ PENVS omnia quæ domi recondita ad uictum priuatum pertinent, continet: quorum repoſitorium penarium dicitur. Commeatus uero omnia, quæ ad publicum uictum ſpectant: ſed præcipue annonam: & quicquid annonæ uicem habet. Annona autem ſi tantum frumentaria eſt: oportet macellum etiam ubi frumentum uenditur apud Ciceronem ſignificare.

¶ Meminerimus autem quod reperiatur hic penus: & hæc penus: & hoc penus penoris: & hoc penu indeclinabile. Macellũ autem proprie ſignificat locum ubi obſonia ueunduntur.

¶ De penu. Cap.xxxv.

Penu

PEnu ea omnia contineri dicunt, quæ ad uictum pertinent: ſed priuatum: ſi modo domi recondita ſunt, ac repoſita. Nam locus, ubi iſta reponuntur: Varrone teſte penarium appellamus. Quæ uero ad uictum publicum ſpectant: ſicut alio loco dixi: cõmeatus uocantur: ſed ex paucioribus conſtat: ut ſumus diligentiores pro re priuata, quam pro publica. Fere nihil aliud continet commeatus, quam annonam, & quicquid annonæ uicem habere poteſt: quáquam (ut iterum dixi) etiam priuatorum cõmeatus eſt: nec annona tantum frumentaria: Cicerone dicente libro ſecundo de diuinatione. Aut ſi Epicuri de uoluptate liber roſus eſſet: putarem annonam in macello cariorem fore. Neſcio tamen an macellum non tantum pro loco, ubi caro uẽditur accipiatur: ſed ubi & annona.

Cõmeat⁹
Annona

¶ Epitome capitis.xxxvi.

ASCEN.

¶ CERVIX poſterior pars colli eſt: iugulus anterior: collum totum illud inter caput & humeros: & quia in ceruice ſunt nerui: qui ſuperbis rigeſcunt: ideo duræ ceruicis hominem rebellem ac ſuperbum uocamus. Et quia in iugulo ſunt uenæ: quibus læſis uita exhalatur: ideo iugulare & iugulum petere interficere, & mortem inferre dicimus.

¶ Ceruix, iugulus, & collum, qd ſint. c.xxxvi.

Ceruix
Collum
Iugulus

CEruix poſterior colli pars: unde origo eſt oĩbus neruis: iugulus anterior: unde uox, anhelituſque pcedit: collũ oẽs partes in ſolidum cõplectitur. Et qm̃ nerui, qui corpus erectum, rigidũque faciũt: in ceruice ſunt collocati: dicimus hoĩem duræ ceruicis: quaſi ĩdomabilẽ, more ferociũ boum: uel qui ceruice erecta & rigida contumaciam quãdam, & rigorem mentis præ ſe fert: tanq̃ nemini caput inclinare uelit: tali nomine uocatur. quaſi duri capitis, duræque mẽtis. Ceruices etiã dicimus pro ceruice. Immo in ſingulari numero neminem ante Hortenſium dixiſſe, Quintilianus eſt auctor. Similiter qm̃ in iugulo mortifera ſtatim plaga eſt præ cæteris membris: eadẽque pars uulneri obnoxia, ad quam mucro inter arma ipſa facile ſubit: a ueteribus dicebatur petere iugulum: ferire iugulum: pro eo, qđ eſt petere mortem: inferre mortẽ. Quintilianus. Initurusque forẽſium certaminum pugnam, iam in ſchola uictoriã ſpectet: & iugulũ petere, & ferire uitalia, aut tueri ſciat. Cicero in Verrinis.

Sua cõfeſſione ĩducatur, ac iuguletur neceſſe eſt.

¶ Epitome capitis.xxxvii.

ASCEN.

¶ SINVS in complexu eſt brachiorum: gremium uero femorum: utrunque autem ad aliud transfertur.

¶ Non ergo tenet nutrix infantem ſtantem ſuper ſinum: ſed ſuper gremium: nec admouet lactentem ad gremium: ſed ad ſinum. Eſt etiam ſinus oculorum. Eſt præterea ſinum priori longa uas: de quo in Buco. Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt.

¶ Inter ſinum & gremium. Cap.xxxvii.

Sinus

SInus eſt intra pectoris, brachiorumque cõplexum. Inde ſinus ueſtium, quales erant tunicæ Romanorum, & modo quorundam religioſorum, ſupra cincturam laxitas illa ueſtis, quæ cingulũ operit. Littora quoque curua, & quaſi brachiis mare amplectentia, ſinus uocamus. Gremium eſt intra complexum femorum, fœmininumue: quo in complexu mulieres concipiunt. Et per tranſlationem gremium terræ appellamus: cum ſemen ſuſcipit: conceptumque retinet: quaſi uiuentem fœtum poſtea paritura. Quare cũ lactantur infantes: ad ſinum admouentur: pueri uero iam facti a ſedentibus matribus, utique cum illis blandiuntur: ad gremium excipi ſolent. ut Virgilius de Cupidine ſub imagine pueri Aſcanii.

Gremium

Hæret: & interdum gremio fouet inſcia Dido. Quin etiam matres nutriceſue, cum ſuper genua collocãt infantem: aut extremis ueſtibus repoſitum, & ad uterum uſque ſublatum geſtãt: gremio magis, q̃ in ſinu tenere, aut geſtare dicũtur. ut idem de eodem. Et fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos.

¶Epitome capitis.xxxviii.

ASCEN. ¶SOCIVS ſocio dr:quia inter ſe pares ſunt : comes co/
miti nunq̃,aut perq̃raro dicitur.Nam comes minor eſt du/
ce eo.ſ.cui comitatum pręber·ſaltem ſub ea rõne qua comes:
Metaphorice ſoci pro comite accipiť quiuis alioqui maior eſſe poſſit.Cõmilitones aũt pares ſunt
ſub duce militãtes.Reperiť aũt comes pro ſocio:ſed attẽden
dum ẽt dum per methaphorã loqmur:ut comitem dicamus
rem ſubſequẽtem & minorẽ:ut intẽperantiam ebrietatis:nõ
e diuerſo.In rebus tñ perſona carẽtibus potius magiſtrũ,aut
magiſtram:patrem aut matrem: materiem aut materiam:ca/
put aut fontem dicimus:q̃ ducem quod perſonis cõuenit.Eſt
prætera comes in quibuſcũq; rebus : ſocius fere in arduis &
ſeriis ac fortunæ ſubiectis.Sodalis autem fere in uoluptuoſis:
& ad conuiuium pertinentibus.Cæterum comis homo beni
gnus eſt:& facilis:qui aliis grate inſeruit.

PETrus de FON. ¶SOCIVS enim dr qui eiuſdẽ eſt ſortis : uel qđ ſecet.i.
diuidat laborem alterius:uel qñ eum in labore ſequiť . Sunt
aũt.ſocii qui pari cõſilio & auctoritate rẽ ſimul aggrediunť:
unde ſocii pplĩ Ro.dicebanť:ita cum his fœdere cõiuncti:ut
pacis ac belli participes eẽnt:q̃uis plus ſit ſocius q̃ particeps:
comites qui conſulendo & præſtando ſubſequunť : & ꝓprie
in itinere qui non ſua cauſa iter capiunt:ſed ut alium proſe/
quentur.Cæſar cum ſe uictoriæ Pompeii comitem &c.

Socius Comes ¶Socium ſocio dici:comitẽ comiti raro.c.38.

SOcius ſocio dicitur : comes comiti
raro dicitur. Nãq; ſocius eſt parico/
mes uero minor:quippe qui ſequiť:
& ducem habet.ut Cicero, Nõ co/
mitem ſe,inquit : ſed ducem præbuit. Et ali/
bi. Neq; enim princips tunc ad ſalutem eſſe
potuiſſem:ſi eſſe alii comitẽ noluiſſent . ideoq;
duces in bello,quotiens milites alloquunť con
ciliandæ beniuolentiæ gratia : non fere appel/
lant comites,ſed ſocios:cõmunicantes quodã/
modo ipſorum dignitatem cum illis:ut e diuer
ſo cum eoſdem cõmilitones uocant : cõmuni/
cantes eorum conditionem , atq; ſortem cum
ipſis.Neq; enim dux cõmilito eſt militum:ſed
milites iter ſe cõmilitones.ut apud Virgilium.
Aeneas comites ſuos conſolans,ait.O ſocii.Et
auctor ipſe ſua perſona loquens de Achemeni/
de inquit. Comes infelicis Vlyxi. Et iterũ.
Vno graditur comitatus Achate. Neq; recte
dixeris de Vlyxe,& Aenea,hũc eſſe comitem
Achate,illum comitem Achemenidis . Idẽ ta/
men ait. Arma , deoſq; parant comites . Et
iterum. Sacra deoſq; tibi cõmendat Troia pe
nates: Hos cape fatorum. Nunquid dii erant
comites Græcoꝝ,atq; Aeneæ?an duces ? Cer/
te dii penates comites erant confeſſione tũ Ae/
neæ,tum ipſorum quoq; deorum.Nam primo
libro Aeneas ait. Victoſq; ex hoſte penates
Claſſe ueho mecum. Et in tertio Dii aiunt.
Nos te Dardania incenſa , tuaq; arma ſecuti,
Nos tumidum ſub te permẽſi claſſibus æquor.
Sub te:ideſt duce te:& te ſecuti ſumus : ideſt
tui comites fuimus . Idem de græcis quoq; di/
cendum eſt:& de eorum deis . Idem etiam de
Sybilla,& Aenea:quãquam modo hic , modo
illa dux erat , aut comes : tamen quia ſequeba/
tur Aeneæ uoluntatem Sybilla : & quaſi mini/
ſtram ſe præbebat : comes erat . quia uero du/
cebat præmonſtrans iter,& declarans ea , quæ
ille ignorabat:dux eadem dicitur : tametſi ali/
quando comitem pro ſocio dicimus . ut Cice/
ro in rhetoricis de illo uiatore , qui , cum ante
lucem ſurrexiſſet : comitem ſuum , inquit , in/
clamauit ſemel , & ſæpius : cum de eodem an/
tea dixiſſet. In itinere quidam proficiſcentem
ad mercatum quendam,& ſecum aliquantum
nummorum ferentem,eſt comitatus: ideſt in/
ſecutus.Q uare peccauit tum Priſcianus ad Iu
lianum ſcribens: (Tibi ergo hoc opus deuo/
ueo omnis eloquentiæ præſul:ut quantãcunq;
mihi deus annuerit ſuſcepti laboris gloriam,te
comite,quaſi ſole quodam,dilucidius creſcat.
quid magis abſurdum?quam quem dicas tuũ
ſolem:eundem appellare comitem tuum, hoc
ipſo,quod ſol eſt?) tum ille(parco nomini ſa/
croſancti uiri)qui dixit. Ebrietas eſt comes li/
bidinis , & intemperantiæ : ſuperbia eſt comes
odii:diuitiæ ſunt comites ſuperbiæ. Nam po
tius dicẽdum erat.Libido,& intemperantia co
mes eſt ebrietatis.ſequitur enim libido,& intẽ/
perantia:ebrietas antecedit:odium comes ſup/
biæ eſt:ſuperbia comes diuitiarum. Cicero.
Eſt gloria comes uirtutis.gloria enim ſequitur
honeſtatem:ſicut umbra corpus. In eodẽ ope
re nuper a quodam perdocto uiro illud, Ira/
cundiam laudant:comitem fortitudinis eſſe di/
cunt: emẽdatum ſic erat:comitẽ fortitudinis:
ut ſciremus ueꝝ eſſe , quod ait Q uintilianus.
Dum librarioꝝ inſcitiam ſectari nolunt:ſuã cõ
fitentur.Idem Cicero alio loco. Cupiditas di
cendi pacis eſt comes,ociiq; ſocia. ſiquidẽ pa/
cem ſequitur dicẽdi cupiditas. Q uid ergo?
ſi hæc comes eſt:illa dux erit? Dicemuſq;. pax
eſt dux cupiditatis dicendi:& ebrietas dux libi
dinis,& intemperãtiæ.Non eſt hic ſermo qui/
dẽ uſitatus : ſed potius per alia uerba : quorum
tria nunc in mentem ueniunt . magiſter , magi/
ſtraue,mater,patreſue,materies,materiaue:ut.
Ebrietas magiſtra eſt libidinis , & intemperan/
tiæ.Superbia eſt mater odii.Diuitiæ ſunt ma/
teria ſuperbiæ. Quibus tribus fere indifferẽter.
uti poſſumus . In perſonis uero magis conuenit
dux:aut in his rebus , quæ pſonæ ſunt ſimiles:.
qualis eſt fortunæ:quæ dea fingiť . Cicero non
ſemel dixit,fortunam,nõ ducem,ſed comitem
fuiſſe qbuſdam impatoribus. Eſt prætera (ut
eo redeam , unde egreſſus ſum) alia differentia
inter comitem,& ſocium:quod comes eſt,qui
utrũq; ſequitur alterius ductum:ſocius plerũq;

in negociis, ſetiiſq; rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis.ut Cæſar in cõmentariis. Itaq; Androſchenes prætor Theſſaliæ, cum ſe uictoriæ Pompeii comitem eſſe mallet, q̃ ſocium Cæſaris in rebus aduerſis: omnem ex agris multitudinem ſeruorum, ac liberoꝝ in oppidum cogit. Verum huiuſmodi differentia apertior eſt iter

Sodalis

ſocium, & ſodalem. Eſt enim ꝓprie ſodalis in rebus leuioribus, ac ſæpe uoluptuoſis. Q uintilianus. Quo tandem patereris animo: ſi delicatus adoleſcens, præſertim ſplendidis opibus, uel ex ætate mores, uel ex fortuna traxiſſem: & tempeſtiua conuiuia, & peruigiles iocos aduocata ſodalium turba, ſolutus, atq; affluens agerem. M. Tullius. Epulabar modice cum ſodalibus. ſodalitates enim me quæſtore ſunt inſtitutæ. Idem alibi. Ego Plancium Laterenſis, & ipſum gratioſum dico: & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos: quos tu ſodales uocas: officioſam amicitiam nomine inquinas uitioſo. Caius autem, ſodales, inquit, qui eiuſdẽ collegii ſũt: quos græci ομοτιμοοσ uel σουέσλοοσ uocant. A quo non ſane diſcordat apud M. Tullium Antonius: qui Norbanum quæſtorem ſuum appellat ſodalem. Comis eſt benignus homo, & facilis: qui aliis non grauare inſeruit.

℃Epitome capitis.xxxix.

ASCEN.

℃POMPA eſt ſolẽnis quidam apparatus & oſtentatio iã in proſperis, ut in triumphis, q̃ in aduerſis, ut in funeribus. Spectaculum uero eſt quicquid ſpectatur: aut ipſa ſpectatio: aut locus unde ſpectatur. Quocirca omnis pompa ſpectaculum eſt: ſed non omne ſpectaculum pompa.

℃Pompa, & ſpectaculum. Cap.xxxix.

Pompa

℄LAMINA denſior eſt maſſa: ut ex ferro, ex plũbo, ſtãno, aut ſimili. Bractea tẽuis & plicabilis: ut aurea aut argẽtea crepitãs præ tenuitate: nã craſſior ẽt ex auro lamina dicet. ASCEN. ℄Cæterum Mãcinellus dicit ſic. Prima ſignificatio uerior habet. Au. Gellius enĩ lib. i. cap. iii. ita ſcribit. Sicuti eſt magnum põdus æris parua lamĩa auri fit pcioſius. Cæterum lignea quoq; lamina dici põt. Pli. eni lib. xviii. ca xxxix. ſic ait: Dolia q̃ſi a ſarcire: ipſorũq; laminas ſcabendo purgare, aut nouas facere. Bracthea pter ea ex alia quoq; materia: q̃ ex prędictis dici põterit. Pli. nãq; lib. xvii. ca. v. ubi terrarum & certa gña explicat in qt. Colũbinã Gallia ſuo nomine Glaucopelon appellat glebis exiceaſ lapidũ modo ſola gelatione ita ſoluiſ: ut tenuiſſimas bractheas faciat: hæc ex æquo fertilis.

℄Inter laminam, & brachteam. Cap.lxxiiii.

Lamina. Bractea.

LAminam tam ferream, æream, plumbeam, ſtãneam, q̃ auream, argenteã, electream, auricalceam, dicimus: brachteam potius ex his poſterioribus: aut certe brachtea tenuis eſt, & ſua ſponte plicabilis: lamina uero craſſior: ex qua armatura conficitur: & qua incẽſa olim homines torquebantur: nec crepitat, ut bracthea, præ tenuitate. Virg. in. vi. Talis erat ſpecies auri frondẽtis opaca. Ilice: ſic leni crepitabat brachtea uento. Veruntamen ita. tenuis nonnunq̃ brachtea eſt ut crepitare non poſſit: ut illa, ex quã fit aureatura, & argentatura.

℄Epitome capitis.lxxv.

ASCEN. ℄MVNImẽta ſunt munitiones a muniẽdo. Monumenta admonitiones a monẽdo: eo q alicuius rei præteritæ admoneant: ut ſepulchra defunctorum. pſertim cum titulos habẽt.

Differentia inter munimẽta & monumẽta

℄Inter munimenta, & monumẽta. C.lxxv.

Munimẽta. Monumẽta.

MVnimenta ſunt munitiones caſtrorũ, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hoſtium maniunt: ſiue uallo & foſſa, ſiue alio quouis modo quo ſint milites ab hoſtium (ut dixi) aduentu muniti Monumenta, i mutata ĩ ũ, ſepulchra, ſtatuæ, tituli, libri, cæteraq;, quæ nos alicuius rei præteritæ moneant recordari. Nam de futuro (ut quidam uolunt) ideo ſepulchra appellari monumenta: quod nos noſtræ, ipſorumq; mortis admoneant, falſum eſt. In honorem enim mortui illa tantummodo fiunt: non in publicam

præceptionem.uix
ꝗ monumenta dixerimnıſi litteræ,aut alii tituli appareãt:quæ ſi deſint:magis ſepulchrum,ꝗ monumentum erit.Liui.lib.xlvii. Vtrobiq; monuméta oſtéduntur,& ſtatuæ.Nam & Linterni monumétum,monumentoq; ſtatua ſuperimpoſita; ꝗ tẽpeſtate diſiectã nuper uidimus ipſi:& Romæ extra portã Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt:quarum duæ Publii, & Lucii Scipionum dicuntur eſſe:tertia poetæ Q uinti Ennii.

¶Epitome capitis.lxxvi.

ASCEN. ¶OPERA operæ,eſt opatio:labor aut diuinum officiũ, ſeu interdũ opans.Opus eſt effectus:fructuſq; opæ. Sed dum ad laborẽ corpis;aut animi & artem,aut induſtriam reſpicimus potius opus ꝗ operã dicimus:& pro opatione.Opæprecium.i.fructuoſum quaſi quod precium affert operæ.

¶Inter opus,& operam. Cap.lxxvi.

Opera Opus — OPera eſt actio:ut dabo operam:& in iure ciuili:de operis libertoꝝ. Cice. de offi. Non male præcipiunt: qui ſeruis uti iubent ut mercenariis:iuſta præbenda:operam exigendam: idest laborẽ, & operationem corporis.Siue(ut ait Vlpianus) operæ ſunt diuinum officium. Opus eſt finis, fructuſq; operæ. unde opera auctorum dicuntur:& opera publica ipſa publica ædificia.Nõ nunquã uidetur opus pro opera accipi, ut Virgilius. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit: quaſi ad operas.Sed(ut uidere uideor)nõ quotiens ad laborem corporis,ſed ad laborem animi,& artem ĩduſtriamq; reſpicimus:magis opus,ꝗ opera dicendum eſt: ut.in opere ruſtico:in opere faciundo: in opere fabrili:in opere textorio. Hanc differentiã ita ponit Seruius.

Hoc opus,& hæc opera,tunc dicimus:quando negocium ipſum ſignificamus: quod geritur.Si autem fœminino genere dixerimus operas:ipſas perſonas,ꝗ aliquid faciunt:ſicut cuſtodia dicit,quæ cuſtoditur:et eos cuſtodia qualis.Nam ut hi,qui cuſtodiuntur,cuſtodia dicantur uſurpatũ eſt:unde male eſt in uſu: cuſtodiæ audiuntur. Hæc Seruius. Sed non abſolute definiuit opus,& operam.utrunq; autẽ nomen horum in eodem loco poſuit Terẽtius. Quid in opere faciundo operæ cõſumiſtiq;ſi ſumas in illis exercendis:plus agas. Operæ autẽ precium,ab opera eſt:ut uerſus ĩdicat Iuuenalis.

Eſt operæ precium penitus cognoſcere toto Q uid faciant,agitétq; dies: idest fructuoſum eſt,& ad rem pertinens:ideoq; decens:uel quia utile:uel quia glorioſum: uel quia iucundum. Ab hoc nomine Liuius exorſus eſt dicens. Facturus ne operæ precium ſim: ſi res geſtas populi Romani ab initio perſcripſerim:nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam,dicere auſim.

¶Epitome capitis.lxxvii.

¶SOLATIVM. eſt & in re ſicut & ſolari.Conſolatio in uerbis ſicut & conſolari.Solamen pro ſolatio uſurpant poetæ & etiam Boetius. ASCEN.

¶Solatiũ,& cõſolatio,& ſolamẽ.Cap.lxxvii.

SOlatium,& conſolatio, idem ſunt: niſi quod illud re, hoc uerbis fit. ut. Quintilianus. Cæcitatis miſeræ ſolatium eſt hẽre rem uidentium. Idẽ. Solatium Cõſolatio

Itis obuiam cõſolationibus:&,quod oẽtn modum feritatis excedit:captatis in magna calamitate laudari. Nec mirum: cum conſolari fit oratione:ſolari uero fere. ſemper aliter. Nolo afferre plura male utentium exempla:quæ facile qlibet ſibi inueniet. Cicero tamẽ de Amicitia ait. Ipſe me cõſolor:& maxime eo ſolatio: cõſolor:quod eo errore careo:quo amicorum deceſſu plærīq; angi ſolent. Vtrunq; recte dictum eſt. Quid enim non recte Cicero dicat? Nã cũ ſe tanꝗ alterum quaſi colloquio a mœrore reuocet:debuit dicere conſolatur.quia uero oratione non utitur: ſolatium dicere potuit. Solamen idem,quod ſolatiũ eſt:ſed magis poeticũ. Virgilius. Solaméq; mali de collo fiſtula pẽdet. quo tamẽ Boetius,& qdam alii utunt. Solamen.

¶Epitome capitis.lxxviii.

¶AFFECTVS nunꝗ apud Cice.ſed affectio reperitur ſæpe.Contra apud Quin.Eſt autem affectio animi & corporis ex tempore aliqua de cã mutatio: uel(ut auctori placet) pars illa animæ qualitatis quæ e regione rationis eſt:quicqd enim in anima præter partem illam memoriæ non eſt: affectus eſt,& rurſus quicquid non affectus ratio. Ab affectu uenit affecto uerbum:quo Cicero quoq; utitur: licet affectatio apud eundem non legatur: ſicut apud Quintilianum & cæteros. ASCEN.

¶SOLAmen idem eſt ꝙ ſolatium: ut Cice.in Lælio:Et ſi illis plane orbatuſ eſſet:magnũ tñ ferret mihi ætas ipſa ſolamen,& Virg.Solaméq; mali de collo fiſtula pendet:& eſt neutri generis ſolamen ſolaminis PETrus de FON.

¶Affectus & affectio. Cap.lxxviii.

AFfectum nuſquam uideor reperiſſe apud M.Tulliũ: frequentiſſime affectionem:cõtra apud Q uinti.frequẽtiſſime affectum: raro affectionem ut illo loco,ſi modo nõ eſt mẽdoſus:ubi ait: Cupiditas eã ſceleris fuit:quæuis eius ira quantum efficiat in animis hominum:talis affectio neſcio an ſit affectus. & in alio loco. Illa frigida & puerilis in ſcholis affectio. Affectionem modo Cicero ſic deffiniti Affectio eſt animi & corporis ex tempore aliqua de cã mutatio:ut lætitia,cupiditas,metus,moleſtia,morbus,debilitas: & alia,quæ in eodem genere reperiuntur. modo ſic. Affectio eſt quædam ex tempoꝛe, aut negociorum euentu, aut adminiſtratione, aut hominum ſtudio cõmutatio rerum: ut nec tales,quales ante habitæ ſunt: aut plerunq; haberi ſolent: habendæ uideantur. In Tuſcula- Affectus. Affectio.

nis idem auctor. & albi. Voluntatem hominis affecti ad uirtutem, atq; ipſam uirtutem animi appellari affectionem ait. qualis nõ eſt affectus: qui græce dicitur πάθος: quod ipſe Cicero interpretatur, ꝑturbationem malens dicere, quã morbũ: quo nomine ſæpiſſime utiť. At Quit. non perturbationem, ſed affectũ nominat: neq; ipſe aut ſolus, aut primus: ſed plęriq; ante eum: ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, aliiq; multi. Ita eñi ille ait. Quod Græci uocant πάθος nos uertentes, & recte, & proprie affectum dicimus. Illa igiť (ut ego quidem ſentio) affectio græce διάθεσις diciť: quam noſtrates philoſophi in latinum uertentes appellant diſpoſitionem. Aliquibus tamen uideri poſſet deffinitio illa Ciceroĩs hũc quoq; ſignificatum, qui eſt πάθος complecti: quibus quia ad rem non multum attinet: non ſane repugno: cum præſertim fere omnes iuriſconſulti, omneſq; eccleſiaſtici ſcriptores affectionem ꝑ affectu accipiant. Eſt auté affectus pars illa animæ, quæ e regione rationis eſt. Quicquid eñi in anima præter partem illam memoriæ ratio non eſt: affectus eſt: & rurſus quicquid nõ affectus, ratio. Ab hoc fit affectio: quo etiam Cicero ipſe in libris ad Herẽnium utitur. Nõ tam affectanda, quã ſuperiores: ſed tamen adhibenda nõnunq̃. Apud eundem nunq̃ (niſi me incuria fefellerit: aut memoria fallat) legi affectationem: frequenter apud Quintilia. & cæteros; ut ibi. Nihil eſt odioſius affectatione ideſt affectu, conatuq; æmulãdi alterius uirtuté: quã aſſeq nequeat refragante natura, uel nimio affectu, nimioq; conatu alterius uirtutem æmulãdi: ita ut turpe ſit ac deforme ſic auide æmulari.

Epitome capitis. lxxix

ASCEN. LATEbræ proprie ſunt hominum: latibula ferarũ: ſed interdum confunduntur.

Latebræ & latibula ꝑ utroq; ſignificato ſæpiſſime accipiuntur.

Inter latebras, & latibula. Cap. lxxix.

Latebre hominum dicuntur proprie: latibula uero ferarũ. Quintilianus. Et quamuis odio euerſoris noſtri euocet[9] e latebris ſuis populus ſubſellia non implet. Cicero. Videant ne quæratur latebra periurio: ideſt excuſatio periurii. Latibula nõnunq̃ hominum latebræ etiam ferarum. Liui. libro. xlviii. Inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit.

Latebræ. Latibula

Epitome capitis. lxxx.

ASCEN. LVX pro die, & tenebræ pro nocte poni ſolet: ſed prima luce: non primam diem: ſed principium diei ſignificamus. Sicut nec primis tenebris primam noctẽ: ſed principiũ noctis. Conſuetius autem ante lucem q̃ ante diem dicas: niſi de certo die loquaris: ut ante diem decimum. Non tamen cõſuetius dicas ante tenebras q̃ ante noctem. Luci pro luce: & ueſperi pro ueſpere, & ruri pro rure reperitur ſecundum auctorem noſtrum. Dies pro diurno & certo tempore maſculini fere eſt generis: pro tempore acceptum ſemper fœminini: unde diecula parua tempeſtas.

Dixi ſecundum auctorem noſtrum. Quia Seruius uult ad illud. iiii. Aeneid. Aulidæ iuraui. Aduerbia in loco in i & de loco in e: a tertia declinatione finiri, ut uixi ruri, & ueni rure. Et conſimile iudicium uidetur de aduerbiis: ut in tempore dicatur ueſperi & luci aduerbialiter. Dixi quoq; ſero maſculini eſſe: quia certum eſt poetam etiam in fœminino uti: ut Aenei. v. Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies.

De luce, & tenebris. Cap. lxxx.

Prima luce. Dia prima.

Luce, & tenebris, pro die & nocte, accipere ſolemus. Differt tamen prima luce a prima die. Nam ibi intelligitur prima pars diei, & q̃ſi diluculo: hic autem prima dies. Ita primis tenebris, & prima nocte. ibi de prima parte noctis loquimur: hic de nocte ipſa. Ideoq; ante lucem dicimus melius, quã ante diem: ſi diluculum ſignificamus. nãq; ante diem pro ante tempus dici ſolet: præterquã ſi de certo die loquamur: ut ante dié decimum: uel ante ſextũ calendaꝝ Nouẽbrium. i. ſexto die ante calẽdas Nouẽbris. In quo qdem loco præceptum Pauli inſerere nõ inutile fuerit: qui ait. Ante diem decimum calendaꝝ, & poſt decimum diem calendaꝝ, æque utroq; ſermone undecima dies ſignificatur. Veꝝ, non quemadmodum ante lucem melius, quam ante dié, pro diluculo dicimus: ſic ante tenebras quã ante noctem pro crepuſculo: ſed e diuerſo potius. Reperiť autem luci pro luce: ut ueſperi pro ueſpere: & ruri ꝑ rure. Cicero in philippicis. Quis enim audeat luci, & in militari uia? Diem pro diurno tempore, itemq; pro certo tẽpore uolũt eſſe maſculini generis: notauerũtq; Virgilium indifferenter accepiſſe. Ego tamen & apud hunc, & apud cæteros pro tẽpore ipſo annotaui ſemp eſſe fœminini: ut. ipſa dies facit hominẽ prudẽtem: & multa dies dat magnam hominibus rerum experientiam. Vnde Pædianus uult fieri dieculam pro paruo tempore. & apud iuriſcõſultos bima, trima, quatrima dies, pro tempore biennii, trienii, quadriennii: quod iuriſperiti nõ intelligunt. In tempore certo, Pædianus idem conſentit debere eſſe maſculini generis. Dicemus ergo heſterno die, & craſtino die: non heſterna die, & craſtina. ad diem nõ uenit ad diem non affuit: ideſt die præſtituto.

Luci pro luce. Veſperi ꝑ ueſpere Ruri pro rure.

Epitome capitis. lxxxi.

ASCEN. ORATOR cauſas ueras agit aut concionať. Rhetor docet. Declamator ſe exercet: ut poſtea oret.

Orator, rhetor, declamator. Cap. lxxxi.

Orator Rhetor

Orator eſt, q cauſas orat, uľ i iudiciis, uel in concionibus: qui græce dicitur ῥήτωρ: ideſt: rhetor. nos tamẽ rhetorem ꝓfeſſorem rhetoricæ uocamus:

non oratorem. Miror͡q; cur in hoc tam facili, peruulgato͡q; nomine exponendo Victorinus errauerit. Declamator eſt, qui ſtudet apud rhetorem in conuentu͡q; ſcholaſticorum fictam cauſam orati id agens ut in ueris poſtea cauſis poſſit orare. Ipſe quo͡q; rhetor, & quicun͡q; alius et extra ſcholam hoc genere utitur: ſiue ut alios, ſiue ut ſe exerceat, declamator uocatur. Nonun͡q̃ tñ more græco reperimus poni ut Cicero li.ii. de natura Deorum. Hæc cum Cotta dixiſſet, tũ Velleius, ego, inquit, incautus qui cum academico, & eodẽ rhetore congredi conatus ſum. Nã ne͡q; indiſertum academicũ pertimuiſſem: ne͡q; ſine iſta philoſophia rhetorẽ: quaſi eloquentẽ rhetorem dixit: uel oratorem, uel rhetoricum.

Declamator.

¶Epitome capitis.lxxxii.

ASCEN. ¶PEREGRINVS eſt qui in ciuitate ſua nõ eſt: aut ex noſtra non oriundus. Hoſpes qui in aliena eſt: aut qui in noſtra non ſua eſt: quem forenſem: aut extraneum imperiti uocant. Sunt͡q; hoſpites tam qui in priuato alicuius hoſpitio: q̃ qui in publico ſunt: quod diuerſorium, aut tabernam meritoriam uocamus: & tam qui recipiunt, q̃ qui recipiunt. Hoſpitium autem pro amicitia familiariter ſe mutuo recipiendi: quam hoſpitalitatem uocant: interdum accipitur. Item pro loco recipiendi tam publico q̃ priuato: id eſt pro diuerſorio.

PETrus de FONte. Quõ differũt peregrinus aduena, & alienigena. ¶PEREGRINVS aduena & aliena loca peragrans: a peragro peragras dicitur: & eſt iata differentia inter hoſpitẽ & peregrinum: peregrinus qui nõ eſt in eius ciuitate: hoſpes qui in aliena ciuitate. Antiqui tamen peregrinos dicebãt hoſtes aduerſarios: molli ueteres appellatione nominant: peregrina ſacra dicta ſunt: quæ ex aliis urbibus religionis gratia q̃ ſunt aucta: inde peregrinor uerbum dicitur.

¶Peregrin9, & hoſpes, quo differãt. c.lxxxii.

Peregrinus. Hoſpes.

PEregrinus, & hoſpes hoc differunt: quod peregrinus uocatur, qui in ciuitate ſua non eſt: hoſpes qui in aliena eſt: uel pegrinus qui ex noſtra ciuitate oriundus nõ eſt: hoſpes, qui in noſtra eſt. Cicero. Vos ſoli in hac urbe hoſpites eſtis: ueſtræ peregrinantur aures. Quintilianus. Attica anus Theophraſtum, hominẽ alioquin diſertiſſimũ, annotata unius affectatione uerbi hoſpitem dixit. nec alio id ſe deprehendiſſe interrogata rñdit, q̃ quod nimium attice loqueretur. Pro hoc imperiti dicunt forenſes, aut extranei. Loquendum enim mihi barbare eſt: ut barbariem emẽdem. Hoſpites igitur ſunt tam qui in priuato alicuius hoſpitio ſunt, q̃ qui in publico: quod diuerſorium, uel tabernã meritoriã appellamus: tam qui recipit, q̃ qui recipitur. Vnde Ouidius. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cicero. Per dextram iſtam, quã hoſpes hoſpiti porrexiſti. Sed ille receptor ꝓprie uocatur: qui priuatim, & amicitiæ cauſa recipit. ut idem. Fuit mihi cum illo uetus hoſpitium. id eſt amicitia familiariter uel mihi hoſpitandi apud illum, uel illi apud me. unde hoſpitales hoĩes: qui amore, nõ precio hoſpitium ſuum cõmunicant. Hoſpitiũ & priuatum, & publicum dr. Liuius, Tarento Annibali per dolũ prodito ait: Hoſpicia tantũ modo Romanorum a militibus fuiſſe direpta: certe priuata, non publica. Cicero. Ex hac uita ſic diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. commorandi enim natura diuerſorium, non habitandi dedit. Pro eodem poſuit hoſpitium, & diuerſorium.

Hoſpitiũ Diuerſorium

¶Epitome capitis. lxxxiii.

ASCEN. ¶CONCIuis eſt eiuſdẽ ciuitatis: conterraneus eiuſdẽ terræ. Quãdo͡q; aũt de pari loquimur: ut q nobiſcũ id' qď dicimus eſt ꝓponemus particulã con: ſi poſſeſſiuũ addiderimus: ut ſi ſim ꝓceptor Ioãnis: dicã cõdiſcipulũ meũ: ſi cum eo diſcipulus alterius diſcipulũ. Et id in reliquis quo͡q; obſeruabo: dicã tñ hic municeps meus eſt, pro eo quod eſt cõciuis: qa cõmuniceps non reperit. Sine pronomine aũt loquar et ſine con: ut Audite ciues, ꝓceres, magnates: et ſi unus illorum ſum. Et ſi loquimur p con: intelligitur poſſeſſiuum.

¶Inter conciuẽ, & conterraneũ. Cap. lxxxiii.

Conciuis Conterraneus.

COnciuis, q eiuſdẽ ciuitatis eſt: cõterraneus, q eiuſdẽ terræ, hoc eſt, territorii. maior.n. eſt terra, q̃ urbs, opidũue cuius habitatores uocant ciues. Cicero. Eorum, q in hac terra fuerũt: magnã͡q; Greciã, quæ tũc florebat, iſtitutis & ꝓceptis ſuis erudierunt. Plini. tamen Catullum cõterraneum ſuũ uocat, uel quod ex dioceſi illa, uel quod ex urbe ſit Veronenſi. uter͡q; autem dictus eſt Veronenſis. Nam illius nepos, & per adoptionem filius, fuit Nouocomenſis. Ideo Plini. ſecũdus & ipſe dictus eſt. Quidam nuper librum ſic inchoauit. Fauonius ciuis meus, optime princeps & conſul ruus, cum dicere debuiſſet conciuis meus. Dominus enim ciuitatis ciuem ſuũ uocat: q a non poteſt appellare cõciuem: quẽadmodum miles ſocium in militia, non militem ſuum uocare poteſt, ſed commilitonem: & diſcipulos eum qui unam eidem præceptori dat operam: non diſcipulum ſuum: ſed condiſcipulum. E diuerſo præceptor non uocat auditores ſuos condiſcipulos ſuos: ſed diſcipulos. & dux in bello non commilitones, ſed milites ſuos appellabit: licet Cæſar, ac quidem alii appellauerint milites ſuos commilitones, comparandæ beniuolentiæ gratia: ut apud Virgilium. Aenas qui ſub eo erant, ſocios uocat. Hic ergo homo priuatus non debuit quẽquam ſuum ciuem appellare: ſed conciuem: nec rurſum aliquem principem conſulem dicere. Nonnunquã tamen inuenitur ciuis pro conciuis: ut Lælius apud Lucanum. Nec meus eſt ciuis, quem tua claſſica Cæſar Audiero. Dicam tamen municeps ꝓ eo, quod eſt conciuis meus quia communiceps non inuenitur. At quotiens apponimus pronomen: rectius ſine appoſitione loquimur. Audi

Cõmilito Cõdiſcipulus.

Municeps

te ciues: ſuccurrite milites: legite diſcipuli: et ſi
mei fuerint cõciues, cõmilitones, cõdiſcipuli:
quod ſi qñ p hæc poſteriora ſine pnomine lo-
quor: tñ pnomen ſubintelligendum eſt: ut. oẽs
me cõciues amãt: tu nõ das partem cõmilitoni-
bus: ille ſemper exagitat cõdiſcipulos qſtioni-
bus: ſubintelligitur: mei, tuis, ſuos. Dicimus tñ,
uos eſtis ciues noſtri: q̃ſi reipu. noſtræ: non q̃ſi
ſingularium aliquorum ciuium.

Epitome capitis lxxxiiii.

ASCEN. Nomina magiſtratuũ.

PRAetor, conſul, qſtor, ædilis, cenſor, tribunus, primi-
pilus, & ſimiles dicuntur qui magiſtratum ſui gerunt. Sena-
tor, & triũphator qui eſt & qui fuit. At ptorius, conſularis,
quæſtorius, ædilitius, cenſorius, tribunitius, primipilaris, &
triũphalis qui geſſerunt: ſed priora ſubſtantiua ſunt. poſterio-
ra adiectiua. Sicut & ſenatorius: ideſt ſenatorii ordinis: aut
de domo ſenatoria: ideſt patricius. Quando uero præponi-
tur pro: ut pro prætor, procõſul &c. non ſignificant geren-
tem magiſtratum pro alio: ſed extraordinarium: ut abunde
declarat textus.

Sed Mancinellus nonnulla addit dicens. Conſularis qui
conſulatum geſſit dicitur & conſulatu dignus. In prima ſi-
gnificatione teſtis eſt Liuius lib. v ab urbe condita: ubi de
Gallis ait: Senes triumphales conſulareſq; ſimul, & Cice. de
claris oratoribus de Hortenſio dicens: Nam is poſt conſu-
latum credo q uiderit ex conſularibus neminem eſſe ſecum
comparandum: negligeret autem eos qui conſules non fuiſ-
ſent: ſummum illud ſtudium remiſit quo a puero fuerat in-
cẽſus &c. In altera uero teſtis quoq; idem Cicero lib. decimo.
Epiſt. ad Plantium ita ſcribens: Conplures in perturbatione
reipu. Conſules dicti: quoq; nemo conſularis habitus: niſi q
animo extiterit in reipub. conſularis. Paulo item inferius in-
quit: Hæc ſi ages & ſenties: tu eris non mũ conſul & conſula-
ris: ſed magnus ẽt conſul & cõſularis. Et pro Milone ſic ait:
Tribunum uirtute conſularem.

Prætor, cõſul, q̃ſtor, ædilis, cẽſor, tribunus,
primipil⁹, ſenator, ptorius, & cętera. C. lxxxiiii.

Prætor Conſul Quæſtor. Aedilis. Cenſor Tribunus Primipilus. Senator Prętorius Triũphator.

PRætor, qui pturam: cõſul, q cõſula-
tum: qſtor, qui quæſturam: ædilis, q
ædilitatẽ: cẽſor, qui cẽſuram: tribu-
nus, qui tribunatum: primipilus, qui
primipilatum gerit: ſenator, qui ſenator eſt: aut
qui fuit: prætorius, qui præturam: cõſularis, q
cõſulatum: quæſtorius, qui qſturam: ædilitius,
qui ædilitatem: cẽſorius, qui cenſuram: tribuni-
tius, q tribunatum: primipilaris, qui primipila-
tum geſſit. Senatorius non dicitur ſenator: ſed
(ut dixi) uel ſenatorii ordinis, aut de domo ſe-
natoria. Triũphator, qui triumphat pprie: ſed
etiam aliquãdo qui triũphauit: ut uictor exerci-
tus, qui uicit: triũphalis, qui triumphauit. Cæ-
teꝝ illa priora nomina ſunt ſubſtantiua: eo quia
iungunt cum adiectiuis: ut diligens conſul, bo-
nus tribunus, iuſtus prætor, ſeuerus cẽſor. hæc
poſteriora ſunt adiectiua: eo quia iungunt cum
ſubſtantiuis: ut homo conſularis, tribunitia mu-
lier, prætoria familia, cenſorium dictũ. Quod
ſi abſint ſubſtantiua: ſubintelligunt: ut conſula-
res rogantur primi ſententiam in ſenatu: pximi
prætorii: deinde tribunitii: intelligimus homi-
nes. quẽadmodum in illis: plebæi, nobiles, po-
tentes, ingenui, libertini. Proconſul, non pro
alio cõſule præeſt puinciæ: ſed qui eũ poteſta-
te cõſulari extra ordinẽ, & ad aliquã puinciam
adminiſtrandam mittit: præterquãquod non
xii. faſces eũ præcedunt, q præcedũt cõſulem:
ſed ratum ſex: ut ẽt ptorem, & pſidem. Propræ-
tor, non q pro alio præturã, ſed extraordinariã
gerit. Itaq; dicit proquæſtor: & ſiqui ſunt alii
huiuſmodi nominum magiſtratus.

Epitome capitis. lxxxv.

ASCEN. Deriuatiua diuerſorum nolum locoꝝ.

DIVERſoꝝ locorum noĩa licet fere aut penitus coin-
cidant, diuerſa tamen faciant deriuatiua. Vnde ſunt: Rhegi-
ni, & Rhegienſes, Albani, & Albẽſes &c. quæ textus declarat.

Sed caſtigat Manci. nonnihil dicens. Non Campaniam
terram laboris appellant: ſed Campaniæ partem. Neq; nunc
duntaxat: ſed iamdiu priſci ipſi Laborias appellarunt. Te-
ſtis eſt Pli. lib xviii. de agro Campano ſic enim ſcribit: In
Campania tamen laudatiſſimus campus eſt montibus ſubia-
cet nimboſis: totis quidem. xl millibus paſſuum planicie.
poſtea ſubiicit: Autem uniuerſas terras campus hic Campa-
nus antecedit tantum ipſum pars eius quæ Laboriæ uocan-
tur: quem Phlegreon græci appellant. Finiuntur Laboriæ
uia ab utroq; latere conſulari: quæ a Puteolis, & quæ a Cu-
mis Capuam ducit. Hæc ille. Vbi autem Lauren. ait. Campa-
niam uero eam regionem: quæ illi finitima eſt Romam uer-
ſus. Sciendum eſt duplicem eſſe Campaniam: nouam & ue-
terem. Nam apud Strabonem libro quinto ſic legimus. Pi-
centes autem uſq; ad Silarim perueniunt fluuium: qui ab
hoc agro ueterem ſeparat Campaniam. Cui quidem fluuio
proprium illud ineſſe traditur: ut in eius aquam demiſſa
uirgulta ſaxificentur.

Inter Rheginos, & Regienſes, Albanos, &
Albenſes: & cætera. Cap. lxxxv.

Rhegini Regienſes Albani Albenſes

RHegini ex oppido Calabriæ: Regiẽ-
ſes ex oppido Galliæ Ciſalpinę: quo-
rũ oppidoꝝ utriq; uocat Regiũ. Al-
bani, & albẽſes: ex oppido Alba i La-
tio Albani: ex oppido Alba ad lacũ Fucinũ Al-
bẽſes: q a qbuſdã Albani dicunt. Cumani ex op-
pido Cumaꝝ in Cãpania: quã nũc praue uocãt

Cumani

terrã laboris: Cãpaniã uero eã regionẽ q̃ illi fi-
nitima eſt Romã uerſus. Comenſes ex oppido
Como i eadẽ gallia: quã Lombardiã nũc nomi-
nãt: q̃ ipſa Gallia, & finitimũ Como eſt Bergo-
mũ: unde Bergomẽſes. Pergamũ: ex qua Perga-
meni in Aſia: a qua urbe q ob penuriã chartæ
ab Attalo rege miſſa eſt mẽbranaꝝ copia: mem-
branæ pgamenæ ſunt nominatæ: in Aſia puin-
cia itelligo. Nã i ea, q̃ eſt tertia pars orbis terraꝝ
regio q̃dam eſt eodẽ noie: quã Turchiã nũc uo-
cãt: nõ aũt (ut qdã uolunt) teucriã: quẽadmodũ
in Africa, quæ & ipſa tertia pars orbis dicitur:
eſt regio eiuſdẽ noĩs: niſi Afros dicimus hoĩes,
non aũt Africã regionem. Thebani a Thebis in
Græcia: Thebæi a Thebis in Egypto: ſed The-
bæi ſecũdum Græcam formã fit. nã & Theba-
ni græce Thebei dicuntur: non tamen occurrit
ubi in libris gentilium legerim Thebæos.

Comenſes Bergomẽſes Pergamenę chartæ Thebani Thebæi.

Priſcus,

¶Epitome capitis.lxxxvi.

ASCEN. ¶PRISCA dicuntur quæ ſuperioribus ſæculis:priſtina quæ ſuperioribus annis aut menſibus fuerũt certe in noſtra memoria. Verum res non ſeneſcentes:licet ſæculis nos præceſſerint:non priſcas:ſed priſtinas dicemus.

¶ Priſcus,& priſtinus,quo differãt. C.lxxxvi.

Priſca / Priſtina

PRiſca,quę ſupioribus ſæculis,aut ſupiore ætate:ut priſci Latini, Priſcus Tarquinius,priſca tpa:priſtina, quæ fuerunt ſupioribus annis, menſibus, diebus:& quæ noſtra memoria fuerũt:ut priſtina nr̃a amicitia:priſtina beneficia noſtra.neq; recte hic dicas priſca:neq; illic priſtina. At uero ſi de rebus,quæ non ſeneſcunt,loquaris:priſtinum,nõ priſcum diceremus:ut Pharos,& Tyrus nunq̃ in priſtinum ſtatum redibũt. Maria in freto meſſanenſi laborant:ne montes (ſi Lucano credimus)repetant priſtina confinia. Atqui tantum temporis eſt:ex quo illuc mare irrupit: ut memoriæ non inueniatur proditum. Padus poſt quingentos,& eo amplius annos ſolet reuerti in priſtinum curſum.

¶Epitome capitis.lxxxvii.

ASCEN. ¶PROSPER qui dat:fœlix qui recipit proſperitaté ꝓprie dicuntur:ſed nõnunq̃ confuſa leguntur.

¶Inter proſperum,& felicem. Cap.lxxxvii.

Proſper / Felix

PRoſper,qui dat:felix, qui recipit ꝓſperitaté. Sidus Veneris (ſi credimus mathematicis)proſperũ eſt:natus ſub illo ſidere felix eſt. Dicim⁹ ergo homines ꝓprie quidẽ felices:deos autem,tẽpora, loca,actiones,fines,ſucceſſus ꝓſperos:& ſiqua ſunt ſimilia. Vtrunq; tamen aliqñ recipit exceptionem.nam & non ſemel legimus proſperá alicuius ualitudinem.ut Suetonius de Cæſare fuiſſe eum proſpera ualitudine:ideſt bona, & quaſi felici.Et de Tiberio:ualitudine proſperrima uſum eum eſſe ait. Saluſtius. Sed poſtq̃ res ciuibus,muris,agris,ſatis aucta,ſatiſq; proſpera uiſa eſt. Rurſus Vırgilius. Sis felix:noſtrumq; leues quæcunq; laborem. pro eo,qđ eſt:ſis proſpera,& benigna.

¶Epitome capitis.lxxxviii.

ASCEN. ¶SALVBRE eſt quod ſalutem & incolumitatem affert quaſi ſalutiferum,aut ſalutare.Sanum quod recipit aut continet:ſed confunduntur iterdum:ut corpus ſalubre dicatur: non tñ dices cum Boetio æger an ſaluber:ſed an ſanus.

¶Saluber,& ſanus,quo differant. C.lxxxviii.

Saluber / Sanus

SAluber,ſiue(quod uſitatius eſt)ſalubris dicit̃ aer,cibus, pot⁹,locus,multaq; hmõıdem fere,quod ſalutifer,ſiue ſalutaris.Sanus homo dicit̃,cæteraq; aĩalia.res ſalubris præbet ſanitatem:homo uero recipit.Poteſt & præbere:tuncq; ſaluber,quaſi ſalutifer dici.Sed in utroq; etiam aliqua reperit̃ exceptio.Siquidem ſanum aerem, ſanũ cibum,ſanum locum uocamus:quaſi ſalubrem,& præbentem ſanitaté:contraq; ſalubris pro ſano.Saluſtius. Genus hoĩum ſalubri corpore,uelox,patiẽs laboꝝ:plæroſq; ſenectus diſſoluit. Liuius. Grauiore tẽpore anni iam circũacto,defuncta morbis corpora ſalubriora eẽ incœperunt.Martialis,dum deſcribit uitã beatam:inquit. Lis nunq̃:toga rara:mens quieta: uires igenuæ:ſalubre corpus:prudens ſimplicitas:pares amici.Hi tres,quos produxi,loci idẽ nomen habent cõiunctum cum corpore.Quare nõ auſim dicere,ut dixit Boetius in tráſlationibus ſuis:æger,an ſaluber.nam de æquali ſuo Caſſiodoro:qui apud nõnullos in precio eſt nũquam ideo faciam mentionem:quia cum regibus ſuis Theodorico,& Allarico,quoꝝ ſcriba fuit:gotthicum ſonat,& barbarum.

¶Epitome capitis.lxxxix.

ASCEN. ¶IVCVNDVS eſt qui iuuat in lætis:gratus qui cõmodum facit etiam in aduerſis.

¶Inter iucũdũ,& gratũ,qđ ĩterſit. Ca.lxxxix.

Iucundus / Gratus

IVcundus,& gratus ſic differunt:qđ iucũdus ꝓprie in proſperis:gratus in aduerſis.Iucũdum uoco,non qui lætus eſt:ſed qui lætitiæ eſt alterutri ꝓſper,& ſaluber.uſq; adeo põt quis triſtis, mœſtuſq; eẽ:& tñ iucũdus:ueluti cum hoſtis meus in dolore eſt:tunc mihi iucũdus eſt:& ego gaudens ſum:illi minime iucundus. Quare nõ recte locutus eſt,qui ait.Iucundos nos facias ſuæ intereſſe cõmemorationi.ſed ad dñam. Cicero ad Sulpitiũ cõſolãtem de morte filiæ, inqt.

Seruius tñ tuus oĩbus rebus interfuit:cuius officia ſi aliqñ iucundiora:nunq̃ tñ gratiora. Idẽ ad Lucceium. Amor tuus ex oĩbus partibus ſe oſtendit in iis litteris:quas a te proxime accepi: non ille quidem mihi ignotus:ſed tamẽ gratus, & optatus: Dicerem iucũdum:niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. Idem ad Atticum. Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucũda:& timoris cõſolatio grata. Idẽ tamen lib.iiii.inuectiuaꝝ. Eſt mihi iucunda in malis,& grata in dolore ueſtra erga me uoluntas. Iucunda dixit:quaſi lætitiæ plena,& uoluptuoſa:qualis eſt in ꝓſperis grata:quaſi plena affectus,& fructus.In iucũdo enim quædã gratia eſt delectationis:in grato uero etiã cõmodi. Quippe aſpectus roſarum,liliorum, uiolarũ, florumq;, ac ſimilium iucundus eſt. Aſpectus plenę meſſis,uberum olearum,grauium fructu uitium,pinguiumq; pecorum,gratus.Et pueritia filiorum,atq; infantia iucundior:adoleſcentia uero,ac iuuentus gratior:utpote utilior.Idẽ de offi.lib.ii. Quanq̃ enim quod præſens tanquã in manu datur:iucundius eſt:tñ hæc in po

ſterum gratiora:muri, naualia, portus, aquarũ ductus, oĩa, quæ ad uſum reip. pertinent: Hieronymus nonnunq̃ his duobus noĩbus cum ea, quá oſtendi, ꝓprietate, & diſtinctione uſus eſt.

℄Epitome capitis.xc.

ASCEN. ℄PLVRA comparatiuum de duobus dici poteſt: complura abſolutum non niſi de pluribus q̃ de duobus. Pleriq; aut pro maxima parte: ideſt fere omnes aut nonnulli dicuntur. Plerunq;: ideſt ut plurimum aut fere ſemper: aliquando tamen accipitur pro nõnunquam: ſed id apud omnes (præterq̃ apud Seruium) rarius.

℄Inter plura, & complura. Cap.xc.

Plura Cõplura — PLura, & cõplura ſic differunt: qđ plura poſſunt eſſe duo: cõplura duo eſſe nõ poſſunt: illud cõparatiuũ eſt: hoc uero minime: ideoq; nõ regit caſum. Pleriq; Pleriq; auctores modo pro maxima parte accipiunt: mõ pro nõnulli. Saluſtius in diuiſione orbis terræ. Pleriq; in parte tertia Africá poſuerunt: pauci tm̃modo Aſiam, & Europá. Paulopoſt. Plæroſq; ſenectus diſſoluit: niſi qui ferro, aut beſtiis iteriere. nam morbus haud ſæpe quenq̃ ſuperat. Quintilianus. Videas plæPlerunq; roſq; ita paratos: ideſt nõnullos. Plærũq; magis a priore ſignificato, q̃ a poſteriore uenit. i. ꝓ eo, qđ eſt fere ſemp. Quintil. in amatore. Excuſſa ſunt plerũq; languẽtium uitia uerberibus: ideſt nõnunq̃. Tñ in hunc ſenſum hæc dictio, ſiue nomé, ſiue aduerbiũ ſit; rariſſime repit. Seruius quidem neſcio an unq̃ utatur aliter.

℄Epitome capitis.xci.

ASCEN. ℄CLARVS & præclarus figurate accipiuntur pro illuſtri ac ſplendido. Sed ꝑclarus pro bono: luculentus pro magno: & præclare pro optime apud Ciceronem uſurpantur.

℄Clarus, & præclarus. Cap.xci.

Clarus Præclar⁹. — CLarus, & ꝑclarus figurate accipiunt pro eo, qui tanq̃ fulgore quodá famę & gloriæ reſplédet: unde clariſſima, & ꝑclariſſima geſta dicimus. Sed ꝑclarus pro bonus, nõnunq̃ reperit apud Ciceronem: ſicut apud eundé luculentus pro magnus: ut in philippicis. Luculẽtum uulnus accepit: In eodé ope ait. O præclarũ cuſtodé ouium (ut aiunt) lupum. Nõ claritas deſideraẽ in cuſtode: ſed probitas: ergo præclarũ pro bono poſuit. Idem in Lælio. Cum illo uero quis neget actum eſſe præclare? & paulopoſt. Cum illo quidem (ut ſupra dixi) actũ optime eſt: mecum incõmodius. Nam ſupra nõ dixerat actũ cum illo optime: ſed præclare. Verum ideo ſic dixit: quia ꝑclare, & optime idem roboris ac uirium in ſignificatione optinẽt: eoq; κρατιστον, quod eſt optimum: & apud græcos accipi ſolet: & a nobis transferri præclare.

℄Epitome capitis.xcii.

ASCEN. ℄DIES proprie feſtus dicitur: res feſtiua: ideſt iucunda & lepida: ſed res ad feſtum ſpectans dici poteſt feſta.

℄Feſtus, & feſtiuus. Cap.xcii.

Feſtus Feſtiuus — FEſtus dies potius, q̃ feſtiuus: res feſtiua potius, q̃ feſta. ná feſtus feſta feſtũ ad diem feſtum ꝑtinens: feſtiuus feſtiua feſtiuum res iucunda & lepida: ut. oratio feſtiua: dictum feſtiuum: frondem feſtiuam legitimus mõ quæ ad feſtum comparata ſit: ſed quæ iucunda, & læta: nam & feſtam frondem uocamus: quæ feſtis adhibetur. Feſtiuum multi pro feſto accipiunt.

℄Epitome capitis.xciii.

ASCEN. ℄VENALE dicitur uenditioni expoſitum: uẽdibile qđ facile uendi poſſit: etiam ſi non dum expoſitum ſit.

℄Venale, & uendibile. Cap.xciii.

Venale Vẽdibile — VEnale, & uẽdibile hoc hñt dñiæ: qđ illud ſignificat rem uẽditioni expoſitam: hoc eſt, rem, quæ facile põt uẽdi. Hæc domus eſt uenalis, i. proſcripta, uel expoſita uẽditioni. Et hoc de Curione ſignificat Lucanus: cũ dicit. Venali Curio lingua: ideſt ꝑcium: non ueritatem, honeſtatẽq; ſequens ex ſuæ linguæ facũdia. Cice. in Bruto. Hoꝝ ætati ꝓpe coniunctus L. Ge'ius nõ tam uẽdibilis orator: q̃ ut neſcires qđ ei deeſſet. & in eodé. Nam ꝑplo nõ erat ſatis uẽdibilis præceps quadá, & tũ iccirco obſcura: qa peracuta, tum rapida & celeritate cæcata oratio. Et alibi. Nã ut ſint illa uendibiliora: hæc uberiora certe ſunt. Vẽdibile dixit, pro gratũ, & quod aĩos hoĩum ſolicitet ritu reꝝ, quæ ad ſe alliciũt emptoré. hoc a uendo uenit: illud a ueneo.

℄Epitome capitis.xciiii.

ASCEN. ℄SCIENS ac prudens facit qui ſe facere ſcit & ꝓuidet. Inſciens & ignorans qui ſe facere neſcit. Sed ſcienter & prudenter. i. cum ſcientia & prudentia. Contra imprudẽter. i. ſtulte & temerarie. At per imprudentiam, aut ignorãtiam ſit aliquid ſine merito ac demerito interdum. Nemo ergo ſcienter, aut prudenter peccat: ſcientes fere omnes.

℄Sciens feci: & ſcienter feci. Cap.xciiii.

Sciẽs feci — SCiens feci: & prudẽs feci: Itẽ inſciẽs, & imprudẽs, atq; ignorans feci: hoc eſt: qđ cum facerẽ aliqđ: ſciui me facere: illud aũt ignoraui. At ſciẽter feci: Scienter fec idẽ eſt, qđ cũ ſciẽtia ac doctrina feci: ſempq; in laude eſt ſciẽter qđ feciſſe. tum laudare, tum uitupare ſolemus pro rei q̃litate. Si ergo ſciẽter facere ſemp laudabile eſt: e diuerſo iſciẽter facere ſemp eſt uituperabile. Prudenter quoq; facere opus nimirũ prudẽtiæ eſt: imprudẽter uero, tũ ſtulte, tum qđ iprudẽter facere. Ignorãter ueIgnorans feci ro raro in uſu eſt: in cuius locũ uelut ſuccedit ꝑ ignorãtiam, & ꝑ imprudentiá factũ: per ſe neq; laudi, neq; uitio dandũ. Idẽ enim eſt per imprudẽtiam, ſiue ꝑ ignorãtiam feciſſe aliquid boni, maliue: qđ iprudẽter, ignorãterue feciſſe: quoꝝ neutrum aut ꝓmium meretur, aut pœnam.

ℭEpitome capitis.xcv.

ASCEN. ℭMARINVM dicitur ad mare pertinens: aut in eo natum. ſeu ipſum incolens. Maritimum mari uicinū quod mare accolit: aut ad mare eſt: aut fit: ſed cum trans dicitur marinum non maritimum.

ℭInter marinum, & maritimum. Cap.xcv.

Marinus — MArinum piſcem dicimus: & auē marinam, ac deum marinum, uel deam, uel nympham marinam: nominatim quoq; titulum marinum, lupum marinum, turdū marinum, turturē marinum, præterea aquam marinā, caſum marinum, piculum marinū, ſonum fluctuum, aquā marinam: non maritimā: nauem marinam: qd etiam nauē maritimā. Maritim⁹ Rurſus oram maritimā, gentem maritimam, res maritimas: non marinas: bellum maritimum: non marinum: item hominem, gentem, urbem, triumphum tranſmarinum, non trāſmaritimum. transmarinum. Hoꝝ oīum hæc dfia eſt: qd marinum uocat: quod incolit mare: aut ex mari eſt: maritimū, qd mare accolit: & ad mare eſt: uel ad mare fit: trāſmarinum: quia trans mare eſt. trāſmaritimum enim foret, quod trans loca maritima eſſet: idem prope, quod mediterraneum.

ℭEpitome capitis.xcvi.

ASCEN. ℭFREQVENS dicitur quod a multis frequentat: aut perſona crebra & aſſidua: aut turba copioſa & multa: aut ciues & ſenatores: cæteriq; tales numeroſi ac multi in uno loco. Sed homo dicitur frequens actiue: locus paſſiue. Celebre autem paſſiue accipitur pro eo quod celebratur ac colitur: ſiue locus, ſiue perſona. Vnde celebritas loco, aut perſonę honoratæ frequentia honoratorum nō quorūcunq;. Nam quia balulis: ſimilibuſq; frequentatur: locus frequens quidem eſt. ſed non celebris: niſi ut meretrix nobilis: & latro inſignis: & improbitas ſingularis: & turpitudo unica: & cætera eiuſmodi dicuntur.

ℭFrequens, celebris. Cap.xcvi.

frequens — FRequentem locum dicimus: quē frequētare multi ſolent: ut urbs frequēs, oppidū frequens, platea frequens, ubi multi hoīes aut habitāt, aut diuerſantur. Quādo autem de pſona: aut de re aīata loquimur: duobus modis dicitur: uel de ſola, ſic: Sit miles frequens ſpectator prælioꝝ. i. creber, & aſſiduus: uel de turba, ſic: frequens populus, frequens ſenatus. i. copioſus, & multus: & quidem cum noīe collectiuo in ſingulari: cum cæteris uero in plurali: ut frequentes ciues: frequētes ſenatores: hoc eſt, multi, & numeroſi. Verūtn̄ cum dico: ſis frequens: inuo actionem: cū dico frequens locus: paſſionem. Ille frequētat: hic frequentatur. Celebris Cui ſimile eſt celebris, ſemp paſſiue poſitum, tam ad rem, q̄ ad perſonam relatum. Locus Locus celebris, qd celebratur: homo celebris: quod cum honore celebratur, & colitur. propter quod in hanc ducor opinionem: ut locus celebris proprie ſit honoratoꝝ frequentia cultus: non ita frequens, neq; frequentia: quo nomine qualiſcunq; hominum multitudo ſignificatur: quod ex uocabulo hinc ducto probatur: quod eſt celebritas: qua tum hoīum cœtū honoratum declarat: tum dignationē ipſam, atq; honorem. Quintilianus. Ante oīa futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media rep. uiuēdum eſt: aſſueſcat iam a puero nō reformidare hoīes: neq; illa ſolitaria, & uelut umbratili uita palleſcere. Cicero. Itaq; nos, qui in maxima celebritate, atq; in oculis quondā ciuiū uiximus: nūc fugientes cōſpectum ſceleratoꝝ hominū, qbus oīa redūdant: abdimus nos: & ſæpe ſoli ſumus. Idē in alterā ſignificationē. Hac celebritate famæ cum eſſet iam abſentibus notus: Romā uenit, Mario & Catulo cōſ. Quare improprie, licet frequētiſſime, dr̄ locus celebris: an deſertus: quaſi cōtrarius ſit celebrē eē, ab illo, deſertum eſſe. Vbi enim baiuli, aut aleatores, aut lenones, ſcortaq; eſſe cōſueuerunt: qs eum locum proprie dixerit celebrem? non aliter, q̄ celebrem meretricem, aut nobilem: ut ſæpe legitur: & ſingularem improbitatē: & unicam turpitudinem: ut in bonū, ita & in malum.

ℭEpitome capitis.xcvii. Patet. ASCEN.

ℭFerus, & ferox. Cap.xcvii.

FErus homo, qui animū ferinum optinet: ut leones, urſi, lupi: ferox, qui pręaīoſus eſt ad decertādum cū altero: & ad uim alteri faciendā, atq; nocendū. Ferus Ferox:

ℭEpitome capitis.xcviii.

ℭCORPOREVM dicitur quid exiſtens ex ſubſtantia aut materia: contra incorporeum. Vtrunq; autem iungitur, aut expreſſe, aut ſubintellecte cum nomine res: aut ſubſtantia. Corporale uero exiſtens in materia ſeu ſubſtantia: & e diuerſo incorporale. ASCEN.

ℭCorporeus, corporalis. Cap.xcviii.

COrporeum eſt exn̄s ex materia, atq; ſubſtātia corpea: & e diuerſo icorporeū: ut lapis eſt res corpea: uirtus incorpea: corpale uero exiſtēs in materia, ſubſtātiaq; corpea: & e diuerſo incorpale: ut domus, fundus, mancipiū: corpalia ſunt: non corpea, legatū, hæreditas, iura, incorpalia ſunt: non incorporea. nāq; hic de qualitate agimus: quæ ineſt ſubſtātiæ: ibi de ipſa ſubſtātia. q̄s res diligentius exequemur in dialecticis noſtris. & ſanitas, uires, pulchritudo bona corporalia appellant, nō corporea. Præterea (ut alia ratione hanc dr̄iam diſtinguam) corporeus, & incorporeus nō niſi cum hoc noīe res, aut ſubſtantia cōiunguntur: aut ubi res ſubintelligit: ut. lapis eſt res, ſiue ſubſtantia corporea: non aūt eſt corporeus: uirtus eſt res incorporea: non autē uirtus īcorporea. Omnia aūt corporea aut tanguntur, aut uidentur: id eſt omnes corporeæ res. Corpeū Corpale

ℭEpitome capitis.xcix.

ASCEN. ℭLASSVM, ideſt labore fatigatum tãtum fatigabili cõpetit. Laxum uero dicitur lentum & molle: nõ rigidum nec durum aut tenſum: & potius ad inanimata ſpectat. Lapſum a labendo tam animo q̃ corpori attribuitur. Feſſum dicitur fatigatum, ſiue animo, ſiue corpore. Defeſſum & defatigatum quod præ laſſitudine non amplius poteſt.

Laſſus, & laxus, lapſus, feſſus, defatigat⁹. c. xcix

Laſſus — LAſſum, qd labore fatigatum eſt, tam aĩo, q̃ corpore: ideoq; ad ea demum ſpectat, quæ laboris moleſtiam ſentiũt: Laxus — laxus uero magis ad inanimata: quæ ſunt lenta, mollia, flexibilia, non dura, nõ rigida: ut laxi rudentes: laxi funes: laxæ chordæ. Lapſus — Lapſus a labendo: quod uel corpore, uel p tranſlationem aĩo, & opinione labitur. Feſſus — Feſſus, idem quod fatigatus, ſiue animo, ſiue corpore. Defatigatus — Defeſſus, defatigatuſq;: qui ita feſſus, atq; ita fatigatus eſt: ut non quæat amplius: & ſæpe a labore, atq; incœpto, quod iſtituerat, deſiſtat, ut in Bruto Cicero. Et ne defatigaretur, orauiſſent. Et de Oratore. Profecto nunquam cõquieſcam neq; defatigabor, antequã illorũ ancipites uias, rationeſq;, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero.

ℭEpitome capitis.c.

ASCEN. Bonũ qd ſit. ℭBONVM dicitur quod honeſtum: quod utile: quod peritum. eſt enim generale nomen: bonitas autẽ eſt quaſi benignitas. Vnde clementes & pii ac iuſti quoq; boni dicũtur: aut induſtria, aut uirtus naturalis, aut iuſtitia, aut æquitas.

ℭQuæ omnia textus declarat: ſed ut quiuis intelligat quid ſit dignum eſſe qui cum: ideſt cum quo: mices in tenebris: ſciet micare digitis micantibus: ideſt celeriter nunc erectis, nunc depreſſis: quaſi ſcintillantibus diuinate quot quicum micas erectos habet una cum tuis: quod in tenebris, niſi cũ iuſtiſſimo non tute facias.

ℭBonum, bonitas. Cap.c.

Bonum — BOnum generale nomen eſt, honeſta pariter, atq; utilia complectẽs: ut bonum animi: bonum corporis: bonum fortunæ: bonitas uero non (ut multi Bonitas — opinãtur) idem utiq;, quod bonum honeſtum: ſed idem, qd benignitas. a primo fit bonus uir: bonus ſeruus: bonus iudex: ideſt iuſtus, & exequẽs officii ſui. Ab hoc bonus pater: bonus dominus: bonus deus: bonus Aeneas: hoc eſt, benignus, & clemẽs. quam alteram iuſtitiæ partem eſſe conſtituunt, uocantes eãdem beneficentiã. Nam iuſtitiam partiuntur in duas partes: iuſtitiam, quæ eſt ſeueritas: & beneficẽtiam: quam ego uoco bonitatem. Ergo qui plane bonus eẽ uult: planeq; iuſtus: bis bonus ſit, neceſſe eſt. Et hoc quidem ad uirtutem pertinet. Eſt autẽ & alia bonitas: non ex induſtria, ſed ex natura, tã homini, q̃ quibuſdam aliis rebus attributa. Cicero. Quæ & bonitate naturæ multi aſſequũtur: & progreſſione diſcendi: ideſt excellentia, & dote naturæ. Quintilianus. At in ſolo fœcundo plus cultor, q̃ ipſa per ſe bonitas ſoli efficit. Non dixit: plus bonitas cultoris, q̃ bonitas ſoli: quia excellens cultor induſtria fit: nõ natura naſcitur. Nõnunquã tamen bonitas pro iuſtitia, ſiue honeſto accipitur. Cicero de Officiis tertio. Cum enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant: dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. Quintilianus in duodecimo.

Quod ſi mediocribus etiam patronis conuenit hæc, quæ uulgo dicitur bonitas: cur nõ orator ille, qui nondum fuit: ſed poteſt eſſe: tam ſit moribus, quã dicendi uirtute perfectus? Nõnunq̃ etiam bonum accedit ad naturam uirtutis, & bonitatis. nam cum dicimus de æquo, & bono: non de rigore iuſtitiæ, & ſummo iure loquimur: ſed quaſi de bona æquitate.

ℭEpitome capitis.ci.

ASCEN. Lubricus quid ſit. ℭLVBRICVS dicitur locus in quo propter lubricitatem ac glabritatẽ inſiſtere: aut ingredi nequeas: aut qd in lubrico ſitum: ut pes & oculus. Transfert aũt a multis ad libidinoſum: q bñ curata cute & luxu abũdantes lubrici fere ſunt.

ℭLubricus. Cap.ci.

Lubricus — LVbricus locus eſt, in quo nequeas inſiſtere: nec ingredi. quales ſunt herbæ perfuſæ ſanguine: ut apud Virgil. de Niſo, & Homerũ de Aiace Oileo. Aut aliter humectata marmora leuigata, lapideſq;, uel humore cõſperſi, terra glaciata, aqua gelata, pauimẽta, cæteraq; huiuſcemodi lubrica dicuntur. Inde per tranſlationem adoleſcentiam uocamus lubricam: in qua qui ſunt: uelut in glacie, facile labuntur. Anguilla quoq;, congrus, murena, ac ſimilia lubrica ſunt. Alio tamẽ modo uidetur Cicero dixiſſe lubricos oculos: & imitatus eum Lactantius in libro de hominis opificio. ita enim ait ille de natura deorum.

Sed lubricos oculos fecit, & mobiles: ut declinarent, ſi quid noceret: & aſpectum quo uellent, facile conuerterent. Dicti ſunt oculi lubrici eo modo, quo a quibuſdam pes lubricus: pro eo, quod eſt in lubrico. ita oculi quaſi in lubrico poſiti ſunt: ut uix queant conſiſtere: quale eſt cum dicimus. Spargo humũ floribus: pro eo, quod eſt ſpargo humi flores: & ſterno lectũ pallio: pro eo, quod eſt ſterno pallium lecto.

ℭEpitome capitis.cii.

ASCEN. ℭAEQVALIS dicitur æque magnus atq; coætaneus, ſeu coæuus. Aequabilis idem quod æque magnus, aut in magnitudine comparabilis.

ℭAequalis, & æquabilis. Cap.cii.

Aequalis — AEqualis quid ſit, notum eſt: ut in illo. Sintq; pares in amore, & æquales. ſæpe accipit̃ pro coætaneo, ſiue coæuo. ut Virg. Aequaleq; ab humo miſerãs Aeq̃bilis — attollit amicũ. Cicero. Ego. Q. Maximum eũ, qui Tarẽtũ recepit: ſenẽ adoleſcens ita dile-

xi ut: æqualé. Et iteꝝ. Nec cum æq̄libus ſolum, qui pauci admodũ reſtant: ſed cum ueſtra etiá ætate, atq; uobiſcũ. Aequabilis, idem qđ æqualis, in priore ſignificato. ut idé. Non ius æquabile, qđ aliquid utilitatis haberet, acceperat. Et iteꝝ. Et uox reducitur in ſonum quédam æquabilem, atq; conſtantem.

ℭEpitome capitis.ciii.

ASCEN. ℭPERFIDVS peruerſæ fidei: qui fidem uiolat. Infidus cui non eſt fidendum: quia fide caret.

ℭ Inter perfidum, & infidum. Cap.ciii.

Perfidus
Infidus

PErfidus, qui fidem uiolat: īfidus, cui non eſt fidendum. hoc a fido deſcédit: quod habet primá longam: ſiue fido a fidus: illud a fides: qđ habet primam breuem. ideoq; hæc duo adiectiua uario accentu efferuntur.

ℭEpitome capitis.ciiii.

ASCEN. ℭMORATVS qui moribus bonis eſt præditus: morigeratus qui morem geſſit. Morem aũt gerere eſt obſequi & inſeruire: ita ut ad uoluntatem alterius morem geras.

ℭ Moratus, morigeratus. Cap.ciiii.

Moratus
Morigeratus

MOratus eſt, qui moribus bonis eſt p̄ditus: morigeratus participiũ eſt ex morigetor: qđ eſt morem gero: ideſt obſequor, & obedio. Vnde morigerus, obſequés, obediens, & facile moré gerés: quod Accurſius non intelligens (quid aũt intelligat: ſi ignorat quid ſit moré gerere?) pro gloſa ſcriptum reliquit: ſoluat Apollo: quaſi aut enigma eſſet: aut Apollo ſoluere enigmata ſoleret, magis q̄ ſoluenda ꝓponeret: & alibi. Primipilus, inquit, nomen græcum eſt.

ℭEpitome capitis.cv.

ASCEN. ℭPROTERVVS a proterendo uidet̃ durus, & cedere neſcias ac repugnans dictis & factis. Procax qui præoccupat oĩa ſuperbis dictis & factis. Petulans dictis ac factis laceſſens, & petens unũquéq;. Vnde proteruitas leuior quædam eſt cõtumelia: procacitas maior: petulantia maxima.

ℭ Proteruus, procax, petulans. Cap.cv.

Proteru⁹
Procax
Petulatus

PRoteruus, procax, & petulás, multũ ſimilitudinis hñt: & quaſi aliud alio magis īcreſcit. tá in factis, q̄ in dictis tria hæc tũ quádam laſciuiá, libidinéq; declarát: tum iniuriam. Ná & ꝓteruam, petulantemq; eodem loco de inhoneſta fœmina apđ Ciceroné legimus pro Cælio. Si uidua, libere: ꝓterua, petuláter: diues, effuſe: libidinoſa, meretricio more uiueret. Proteruá minore gradu, q̄ petulátem ſignificauit. Petulás pro libidinoſo, laſciuoq; accipi, notum eſt: ut Petuláſq; iuuéta. & Ouidius. Quin etiá ut poſſes uerbis petulátius uti: Nõ ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi: ideſt laſciuius, ac licétius. Procaces quoq; meretrices legimus: q̄lis Bacchis Terétiana. Cæteꝝ qa ipudicæ mulieres, quæ pudori ſuo, quæ una dos fœminaꝝ eſt: nõ parcunt: ne uerbis quidem mordacibus ſimul, & turpibus parcũtia ſe ipſis, ſuæq; cõditionis fœminis capiétes principium. Proteruia leuior quædá cõtumelia: procacitas maior: Petulãtia maxima. Cicero in Saluſtiũ. Ne in idé incidá uitium ꝓcacitatis: qđ huic obiicio. Et iteꝝ. Nõ enim ꝓcacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. Atq; iteꝝ. Ná qđ iſta inuſitata rabie petuláter in uxoré, filiamq; meá inuaſiſti. Et iterum in eadé. Deſine bonos petulátiſſima inſectari lingua: deſine morbo procacitatis iſto uti. Saluſti. in Ciceroné. Grauiter, & iniquo aio maledicta tua paterer M. Tullii: ſi te ſciré iudicio animi magis, q̄ morbo petulátia iſta uti. Et iteꝝ. Bibulũ petulãtiſſimis uerbis lædis. Hæc eadé noĩa in factis quoq; nõnunq̄ capiunt̃. ut ſi qs ambulans per impotétiam mẽtis obuiũ cubito feriat: aut cum cõtumelia ſibi cedere cogat: hũc proteruum dicimus. Et Virg. auſtros ꝓcaces uocat. Et ab eodé, Hædiq; petulci Florib⁹ inſultẽt: dictũ eſt: qđ hædi ſoleãt iniuriam facere per aĩoſitaté quãdam tráſcendendo ſepes: & in alia loca penetrádo: quę iniuria petulãtia eſt.

ℭEpitome capitis.cvi.

ℭORBVS dicitur quicũq; re aliqua chara priuatus eſt: ut oculis ac liberis: ſed proprie liberis. Sed & liberi dicuntur orbi parentibus. Inde orbitas talis priuatio. Cælebs auté dicitur non (ut quidam putant) caſtus: ſed ſine coniuge etiam ſi libidinoſius uiuat. Inde cælibatus ſtatus ſine cõiuge. Hiero. tamen, Auguſti. & Priſcia. a cælo deducunt. ASCEN. Orbus uł orbat⁹ dé filius qũ caret utroq; paréte.

ℭ Orbus. Cap.cvi.

Orbus

ORbus, quicũq; aliqua re cara priuatus eſt: proprie autem parens amiſſis liberis, quaſi amiſſa luce oculorum. Vnde illud frequens. parens liberorũ? an orbus? Et hinc orbitas: quæ eſt illa qualitas patrũ poſt amiſſos liberos: ut uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum. Quint. de patribus, in ipſos loquens pro uxoribus, ait. Nõ habet orbitas ueſtra lachrymas ſuper ardétes rogos. tenetis inconcuſſam, rigidamq; faciem. Contrarium huic eſt: cum dicit̃ orbus, quaſi orphanus: ut apud Terentium. Orbæ qui proximi ſunt, uxoré ducant. Et hinc orbitas apud M. Tulliũ lib. iii. de orato, quaſi orphanitas. Deplorauit enim cauſam, atq; orbitatem ſenatus: cuius ordinis a cõſule, qui quaſi parens bonus atq; tutor fidelis eé deberet: tanq̄ ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. Cælebs tam, qui caruit ſemper uxore: q̄ qui nunc caret: & inde cælibatus.

ℭEpitome capitis.cvii.

ℭDIVTVRNVS & diutinus dr̃ per longum tẽpus durás: aut qui durauit. Serotinus aut ueſpertinus: aut nimis tardus: quaſi poſt tempus debitum: ſicut præcox ante tempus ſuum coctum dicitur. At præmaturum contra ante maturitatem. Maturum auté eſt, q neq; ſerius, neq; citius coctum ASCEN. Diuturn⁹ & diutin⁹ tpis ſpacium important.

eſt:ut perſona ſenilis ſeu perfectis moribus. Inde maturo maturum facio ſeu feſtino.

In illo tamen.1.Aeneid.Maturate fugam: uolunt peritiores non eſſe idem ꝙ feſtinate:ſed mature agite.q.d.ne ſitis nimium præcipites:ſed audiatis quæ dicã.Vnde addit: Regiq; hæc dicite ueſtro. Multi præmaturum putant ante tempus maturum:cum ſit nondum maturum:& quod officio fungitur priuſquam ſit maturum.Homo ſenilis recte a Seruio cenſetur maturus æuo:ſed perfectis moribus:maturus qui quaſi maturans æuum.

Diuturnus, diutinus, ꝑcox, ſerotinus.c.cvii.

Diuturn[9]

Diuturnus,& diutinus nihil differunt. utrunq; in bonum,& in malum reperitur:& utrũq; a diu,ſiue diutius uenit.ſed unum eo modo format:quo a dic diurnus:et a nocte nocturn[9]. Alter quoq;. A ſero ſerotinus:a mane,ſiue a Matura,quæ eſt dea i matutinus:&(ut aliqui uolunt) a ueſpere ueſpertinus. De diuturnus plurima exempla ſunt.de diutinus apud Ciceronem ppauca. ad Brutũ ſic ſcribit. Libertatis deſiderio,rediorq; diutinæ ſeruitutis. Quintilianus. Non ſic ꝙ fundunt obuios grauibus cathenis colla ſtridẽtia nec diutino ſqualore cõcreta facies. Quia dixi ſerotinus a ſero:uideor ſignificaſſe ſero ꝓ ueſpere:non pro eo,quod tarde,ſiue poſt tempus. Hæc enim tria ſero ſignificat:quæ tamen pene idem ſunt. Vna & uera ſignificatio eſt pro ueſpere:qđ eſt poſt occaſum. Altera:quæ hinc naſcitur:quæ eſt poſt tempus. quod enim poſt ſolis lucem eſt:id uere poteſt poſt tempus dici. Cicero,cum accuſator Milonis identidem interrogans inſtaret: quo tempore Clodius eſſet occiſus?urbane reſpondit:ſero:nõ tam horam intelligens,ꝗ tardius occiſum,& poſt tempus, quo debuiſſet occidi. Tertia ſignificatio eſt ꝓ tarde:non pro tardius:ut apud Senecam in tragœdiis. Sero nos illa referat ſenect[9]:nemo ad id ſero uenit:unde nunꝗ,cum ſemel uenit,potuit reuerti. Serotinus igit tum a primo ſignificato(ut quibuſdam placet)uenit: qui dicunt horam ſerotinam:tum a poſterioribus. Appellamus enim ut præcoces uuas,præcoces ficus, præcocia poma:quæ ante legitimum,conſuetũq; tempus,ſiue cito matureſcũt: ita ſerotinas uuas,ſerotinas ficus,ſerotina poma:quę poſt tẽpus legitimum,conſuetũq; cæteris pomis, uel tarde matureſcunt. Præcox quoq; ingeniũ per tráſlationem dicimus:quod nimis cito maturitatem cõſecutum,nimiſq; cito uidet adoleuiſſe. Ideoq; ait Q. uintilianus. Illud igeniorum uelut præcox genus non temere unꝗ peruenit ad frugẽ: ideſt non fere unꝗ ad pfectiõé,tanꝗ ad frugem fructũq; puenit. Præcox,quaſi ante tps excoctum. Huic ſimile,ac diſſimile eſt præmaturus:quod eſt anteꝗ ſit maturus,et ante maturitatem:ut ſegetes præmaturæ:frumẽta præmatura:poma præmatura.i.nõdum matura:et per tráſlationem præmaturus ſum militiæ:præmatura ætas:præmatura legatio:prematura allocutio:præmatura poſtulatio.i.immatura:ꝗꝗ matur ipſum in frugibus proprie dicitur:& id uno modo. In pſonis uero figurate:& hoc duobus modis. Vno ſic. Ego ſum maturus audiendæ philoſophiæ. Tu es maturus rei militari.i. perfectionem tẽporis habeo ad hanc rem. Vnde ætas ſenilis uocatur matura,quaſi oĩno perfecta,& tẽpus debitum aſſecuta.altero ſic.Ego ſum homo maturus.i.perfectis moribus. & in hac ſignificatione nõ cõponitur. Inde mature ſco:maturus fio:& maturo,matur facio:uel pficio,atq; feſtino:ut Virg. Maturare fugã. Cicero ad Herẽniũ,in ætate maturrima dixit:pro in ætate feſtinatiſſima. & mature,pro cito.

Diutinus

Sero

Serotinus

Præcox

Præmaturus

Maturus

Epitome capitis.cviii.

ASCEN.

ANNVVM dicetur,aut quod per totum annum: aut quod ſemel ſit peracto anno.

Vnde annuus penus a Plauto:quæ annũ duret dr. Et ãnua ſacra a Virg.quæ pacto anno ſingulis annis ſemel fiant.

Annuus. Cap.cviii.

Annuus

Annuus eodem modo dicimus:quo diurnus. Spacium diurnũ,ſpaciũ annuũ,unius diei,uniuſue anni. Annuus quoq;,quo quotidian[9]. febris quotidiana eſt:quæ ſingulis diebus uenit. Ita apud Virgiliũ. Atq; annua magnæ Sacra refer Cereri: ideſt ſingulis annis. & duo illi Epicurei philoſophi annua febri,quo die nati fuerát corripiebantur:qua febri & mortui ſunt:atq; eodẽ quidẽ die.dictũ eſt ergo annuũ, quaſi anniuerſarium. Nam & feſta,& febris quibuſdá,quorũ etiam Auguſtus fuit:anniuerſaria ſunt.

Epitome capitis.cix.

ASCEN.

CAPITALE odium aut ſuppliciũ,ſeu morbi genus dicitur;quod caput alterius petit. Capitalis homo cuius caput petitur:Capitale uitium propter quod caput petitur.

Capitalis. Cap.cix.

Capitalis

Capitale odium,qđ caput & uitá petit alterius. Cicero. Cũ is tribunus plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat cõſul,diſſideret. Item capitale ſuppliciũ:capitalis morbus:qui caput alterius petit. Capitalis aũt hõ,capitale uitium, capitale peccatum:nõ quod petat alterius caput:ſed cuius caput,aut propter qđ caput committentis peti debeat ad pœnam.ut idem. Capitalis Eteocles,uel potius Euripides: & alibi,fieri,ait,in ciuitatibus uitia capitalia.

Epitome capitis.cx.

ASCEN.

MERITORIA taberna:quæ pro mercede patet:meritorius puer ſtupro a mãgone pro mercede expoſitus. Puella aũt non meritoria:ſed proprio uocabulo meretrix dicit. Ingenui autem dicũtur:qui quia liberi, ſic non pſtituuntur.

puer meritorius dr q ꝓ mercede ſtuprũ patit.

Mango eſt qui pueros, puellas, equos, canes: aut ſimilia uendat. Mereri autem: aut merere eſt ſtipẽdia facere: ſeu pro mercede militare. Luca. Aere merent paruo.

PETrus de FON.

¶ TABERNA dr̃ q̃ſi trabea: ut a ualidioribus trabibus: ut ait Dõna. quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa: ita uoluerit dicere pro omni ædificio qđ eſt utile ad habitandum: ideo dr̃ taberna proprie: ubi cætera opera uenditantur: & tabernaꝝ quædam lanaria: & alia uinaria: reliqua olearia: & hmõi.

¶ Meritoria taberna. Cap.cx.

Taberna meritoria

MEritoriam tabernã, diuerſorium atq; hoſpitiũ mercenariũ uocamus: quo cuiq; intrbire licet danti mercedem. Nã mereri mercede opari, laborare, atq; alteri iſeruire eſt. ideoq; merere in militia, eſt exerceri: ꝓprie tñ ſpe ſtipẽdii: ac ꝑmii: quod dr̃ ſtipendia facere. Hinc meretrices dictæ, ſuã & ipſæ militiam exercẽtes, ac ſtipendia ſua facientes. & adiectiuũ meritorius meritoria meritoriũ. unde ſcorta maſcula pueri meritorii uocantur. nam puellæ non uocanť meritoriæ, quippe ꝓprium ſuum habentes nomẽ: qđ eſt meretrix. Q uidã aiunt hos pueros dici catamitos: quod mihi non uideť: ſed potius cõcubinos. meritorii nãq; ut meretrices precio merent. Cicero in Antoniũ. Ingenui pueri cũ meritoriis, ſcorta cũ matribuſfamilias uerſabanť. Ingenuos liberos dixit: meritorios ergo non liberos: quos mãgo, qui ideo hoĩes mercať, ut uendat: cõmodare etiam abutendos precio ſolet: ſiue illi dominoꝝ permiſſu, aut ipſi ſuo iure proſtant: appellamus corpus meritorium tam puerum meritorium, q̃ meretricem: rationem quoq; meritoriam quaſi uilem, & male correptam.

Meritorius

¶ Epitome capitis.cxi.

ASCEN.

¶ INFENSVS uehementer iratus: quaſi multum offenſus. Infeſtus uim inferens. & ita multum moleſtus: unde infeſtare quo frequentius q̃ moleſtare utuntur docti.

¶ Infenſus, infeſtus. Cap.cxi.

Infenſus

Infeſtus

INfenſus uehementer iratus, & odiũ gerẽs: infeſtus uehemẽter moleſtus, atq; in aduerſum uadens. inde infeſtare, incurſibus crebris moleſtia afficere. Et ſigna infeſta, quæ in aduerſum tẽdunt: hoc eſt uexilla in hoſtem euntia: ut moleſtiam inferant. Moleſtare autem rarius reperitur, quã infeſtare. Modeſtinus iuriſconſultus ait. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo.

¶ Epitome capitis.cxii.

ASCEN.

¶ PRAESENS dr̃ non ſolum quod nũc adeſt: ſed quod prius affuit: aut qđ aderit: unde uſus ſum, utor: & utar ꝓſentibus uiribus meis in prælio. Præſens aliqũ in præſentiaꝝ eſt. Præſens item ſubitum & non dilatum in alterum tempus: & quod cito exit in opus ſuum: quaſi præſentaneum. Vnde & præſtans dicitur, & cito auxilians. In rem autem præſentem locum non tempus cõnotat. Ad tempus uero, aut pro opportunitate, aut uſq; ad certum tempus intelligitur.

¶ Pro cito auxiliante quaſi ꝓſens numẽ habente dicit Virg. in Buco. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.

¶ Præſens, ad tempus. Cap.cxii.

Præſens ad tẽpus.

PRæſens nõmodo quod eſt huius tẽporis: ſed etiam alterius. ut Cicero: Ego icolumitati ciuium primum, & poſtea dignitati, ille præſenti potius dignitati, q̃ futuræ cõſulebat: de mortuo loquitur. Ergo nõ nunc præſenti: ſed tũc. Quintilianus de ipſo Cic. iam defuncto loquẽs ait. Poſtea uero q̃ triũuirali proſcriptione cõſumptus eſt: paſſim qui oderãt: qui inuidebant: qui æmulabanť: adulatores etiã præſentis potentiæ non reſponſuꝝ inuaſerunt. Præſentis potẽtiæ, quæ tũc erat præſens. Neq; in ꝑteritum modo: ueruẽetiã in futuꝝ. ut Cicero. Si conſtitueris cuipiam te in rem ꝓſentem eſſe uenturum: ideſt: qñ res erit præſens: & qñ rei agendæ tempus aderit. Horatius. Hoc amet: hoc non: hoc præſens in tẽpus omittat: ideſt in ſuum tempus: (ut dixi) & quando tempus rei dicendæ aderit. niſi accipiatur pro in præſentiarum. ut idem. ii. carminum. Lætus in præſens animus, quod ultra eſt, oderit curare: & amara lento temperet uſu. Nihil eſt ab omni parte beatum. Præſens quoq; dicitur ſubitus, & nõ dilatus in alterum tempus. ut Virgilius. Præſentemq; uiris intentant oĩa mortem. Iuuenalis. Poena tamen præſens: et præſens ultio. Vnde præſentiſſimum periculum: præſentiſſima medicina: & præſentiſſimũ remedium: præſentiſſimum uenenum: qđ etiã præſentaneum uocatur. Præſentiſſimum: quia ſtatim aut ſanat: aut occidit. Et quoniã ea, quæ præſentem uim, effectumq; exhibent: præſtantiora, ac potentiora cæteris uidentur: ideo in hunc quoq; ſenſum accipi ſolent. Vnde præſens animus dicitur præſtans, atq; excellens: & præſens remedium, præſenſq; uirtus: ideſt potens, & in primis efficax. In rem præſentem, non tempus, ſed locum ſignificat. ut Cicero offi. lib. primo. Vt ſi conſtitueris cuipiam te in rem præſentem eſſe uenturum: ideſt ad locum, de quo controuerſia eſt. Liuius lib. xxxiii. Reſpõderi legatis utriuſq; partis placuit: miſſuros ſe in Africam: qui inter populum Carthaginenſem, & regem in re præſenti diſceptarẽt. Idem. lib. xlviii. Eodẽ anno inter populum Carthaginẽſem, & regẽ Maſaniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt. Valerius Max. li. vii. Q. Fabius. Labeo arbiter a ſenatu finium cõſtituendoꝝ iter Nolanos, & Neapolitanos datus, cũ in rem præſentẽ ueniſſet: utroſq; ſepatim monuit. Ad tẽpus duobus modis ſumiť: uno ad conditionem temporis, neceſſitatem, oportunitatẽ. Cicero pro Milone. Q uam ad tempus aptæ ſimulationes.

Pñs pluribus modis ponť

Quintilianus. Fingere nimirum ad tempus ui debori & rem nimium manifeſtam impudenter complorare. Altero ad ſpacium temporis: ut ſilebo ad annum: latebo ad tempus: ideſt uſq; ad annum: & uſq; ad tempus quoddam: uel in tempus. ut Quintilianus. Optimum emendandi genus: ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur: ut ad ea poſt interuallum, uelut noua, atq; aliena redeamus: ideſt uſq; ad aliquod tempus. Ná ſæpe ſubintelligitur uſq;. ut idem. Neq; id ueteribus Romanis dedecori fuit: argumentum eſt, ſacerdotum nomen, ac religione duras ad hoc tempus ſaltatio: ideſt uſq; ad hoc tempus.

Epitome capitis.cxiii.

ASCEN. Stultus & fatuus qd importet.

STVLTVS qui improui de agit: licet inſipiens plane non ſit. Fatuus plane inſipiens eſt. Stolidus ad naturam pecudum accedens.

Stultus ab aliis dicitur: qui alicui rei nimium ſtudet, & ita imprudenter agit: ut qui mercationi rerum inutiliũ: aut amoribus nimium intendit. Fatuus non a fatua: ſed a fando, ut faunus, & fatua ab aliis deducitur: qui plus æquo & inconſiderate fatur. Stolidus qui ſtupore pecuino corripitur: ita ut tardius intelligat. Simo Terentianus: Vix tandem ſenſi ſtolidus.

Stultus, fatuus, ſtolidus. Cap. cxiii.

Stultus

STultus, qui imprudens eſt, & improuidus: multiq; non inſipientes homines aliquádo ſtulte agunt. Fatuus plane inſipiens eſt: tractum eſt a ſapore ciborum. Ná cum illi non ſapiunt: fatui dicuntur: ita homo, qui non ſapit: fatuus uocatur. Martialis.

Fatuus

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia beræ:
O quá ſæpe petet uina, piperq; coquus.

Melior huius uocabuli uidetur hæc cauſa: quam ea, quæ quibuſdam placet: fatuos dictos, qui furore quodam, qualis uxor regis Fauni Fatua nomine corripi ſolebat: futura prædicũt: ut illa faciebat. Stolidus eſt, qui proxime accedit ad naturam, ſenſumq; pecudum.

Stolidus

Epitome capitis.cxiiii.

ASCEN.

BEATVS. dicitur bene habens, ea uidelicet omnia quæ ad uitæ uſum: ornamentumq; ſpectant: unde & alias res: ut uxor abundás, & omnis numeros ſuos habés beata dicitur. Beati quoq; ſunt ſuperi: qui idem felices.

Beatus.

Sed de hac re latius Mancinellius ex Beroaldo colligit dicens: Beatus proprie qui dici poſſit a Sene. a M. Tul. ab Horatio: ab aliis pluribus docemur. Seneca enim epiſtola .i. lib. vi. ita ſcribit: Si utiq; uis uerborum ambiguitates deducere: hoc nos docet beatum non eum eſſe quem uulgus appellat: ad quem pecunia magna cõfluxit. Sed illum cui bonum omne in animo eſt erectum & exciſum & mirabilia calcantem: qui neminem uidet cum quo ſe commutatum uelit: qui hominem ea ſola parte exiſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur: ad illius leges componitur: ſic uiuit, quomodo illa præſcripſit. Cui bona ſua nulla uis excutit: qui mala in bonum cõuertit: certus iudicii: incõcuſſus, intrepidus, quem nec aliqua uis mouet: nulla perturbat, quẽ fortuna cũ in eũ quod habuit telum nocentiſſimum: ui maxima intorſit: pungit non uulnerat, & hoc raro. Nam cætera eius tela quibus genus humanum debellatur: grandinis more diſſultant: quæ incuſſa tectis ſine nullo habitatoris incõmodo crepitat ac ſoluitur. Apuleius etiam in lib. de philoſophia ſic ait: Verum enim uero illum omnibus beatum uideri, cui & bona ſuppetunt, & quemadmodum carere uitiis debeat, calet. Et M. Tul. lib. 5. Tuſcula. ita ſcribit: Videamus qui dicendi ſunt beati: equidẽ hos exiſtimo: qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Horatius uero lib. 1. epiſtolarum ad Quintium inquit. Neu putes alium ſapiente bonoq; beatum.

Beatus eſt ille ſolus cuius uolũtas tẽdit ad ultimum finẽ optimũ ultra quem nihil poteſt deſiderari.

Boetio teſte.

Beatus: felix. Cap. cxiiii.

Beatus

BEatus, qui rebus oĩbus ad uitę uſum, ornatũq; ſpectãtibus abũdat. Ideoq; locupletes ſæpe homines beatos uocamus: ut apud Iuuenalem: Vetulæ ueſſica beatæ: & Ciceronem. Sint florentes: ſint beati. & alibi. Crotoniatæ quondam cum florerent oĩbus copiis: & in Italia cum in primis beati numerarentur. Vnde apud inferos in helyſiis campis beati uocantur: & a nobis, qui apud ſuperos uiuunt: ut pene iidem ſint felices, & beati: felicitas, ac beatitudo. felices inq̃ omnium bonorum compotes ſunt: & aliæ res pro ſua quoq; natura beatæ, feliceſq; ueluti de uoce apud Quintilianum. Ornata erit pronunciatio: cui ſuffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aera, auribus ſedẽs. Beata dixit, pro eo, quod eſt plena, & perfecta. & alibi. Nã uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas.

Felix

Epitome capitis.cxv.

MOLLICIES pro rerum qualitate laudi, aut uitio datur. Nam mollis homo uituperatur: molle ſignum laudatur: quaſi flexibile & uiuam effigiem habens. Eſt autem ſignũ fuſa, ſculpta, aut cælata effigies. Tabula quæ picta eſt.

Mollicies eſt q̃dam uolũtaria fœminis effuſio

Mollis homo: molle opus. Cap. cxv.

Mollis hõ Molle opus

MOllis homo dicitur, & molle opus: hoc in laudem: illud in uituperationem. Virgilius. India mittit ebur: molles ſua thura Sabæi. Idẽ. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus. Quod non ſine ratione factum eſt. Nam qui nõ fuerit ſeuerus, fortis, conſtans, & in morem rei duræ patiens, reſiſtẽſq; fortunæ, uel aduerſæ, uel blãdæ: hic mollis eſt, ſimilis ceræ, aut tenellis plãtis: eum præſertim qui mollicula membra hñt: fere molli ſunt mente: ut pueri, fœminæq;. cõtra autem, milites, nautæ, agricolæ, ut corpore, ita animo indurati putantur. Hoc igitur modo mollis accipitur in uitium. In laudem uero, qđ, ut durus cibus, durum cubile, durum ſolũ, ita durum ingenium, ueluti durus equus ad domandum, durum ingenium ad docendum, & (ut ſic dicam) ſculpendum: eadem ratione molle dicetur, quod non eſt durum: eritq; laudabile. Quintil. de ſignis loquens inquit. Illius opera duriora: molliora huius. Dicuntur autem ſigna opera ſculptilia, ſiue fuſilia, ſiue cætera

Durus

Signa

ad eiuſmodi effigiem animaliũ fabricata : quē admodum tabulæ opera pictorum. Siquidem in tabulis antiqui pingebant: non in parietibus, hæc talia magis dicentur mollia, quæ ſiunt : q̃ ingenium, quod facit.

ℭ Epitome capitis.cxvi.

ASCEN. ℭ CRVDVS cibus nõ coctus dicitur. Crudus homo qui cibũ difficulter digeſtibilem comedit: aut qui nõdum digeſtum habet. Item qui ex hoc truci aſpectu eſt. Præterea crudum dicitur recens & non maturum.

PETrus de FON. ℭ CRVDVS cruda crudum recens: & recrudeſcere quaſi renouari: ut Quintil. Crudo oratori declamandum non putat. & idem: Quod in coenam non ueniret q̃ eſſet crudior.

ℭ Crudus. Cap.cxvi.

Crudus C Rudus uocatur, non qui cibum indigeſtum habet in ſtomacho: ſed qui ægre difficileq; digeſtibilẽ : ex quo offendit, uel tanq̃ nimio, uel tanq̃ noxio. ut Cicero de Roſcio. Q uod in cœnam non ueniret: quod eſſet crudior. Et Q uintilianus crudo oratori declamandum non putat. At cibo idigeſto fere & oramus, & negocia agimus, uel magis, q̃ digeſto. Siquidem digeſto, & modificato cibo, iterũ refici malumus, q̃ cætera facere. Appellamus autem hominem crudum pſertim, qui eſt truci aſpectu: & eius aſpectu oculi noſtri offenduntur: ut ſtomachus cruditate cibi: uel quod facies crudum habẽtis animum, inſuauis & fœda eſt: ut facies cruda ſtomachum habentis, ſiue crudum cibum in ſtomacho. Eſt etiam crudum idem, quod recens: unde crudus dolor: crudũ uulnus. & recrudeſcere dolor, ac uulnus dicitur : quaſi renouari. Et cruda poma dicimus, quæ non ſunt matura. Cicero. Poma, quæ cruda ſunt : ui auelluntur: quæ autem matura, & cocta: decidunt.

ℭ Epitome capitis.cxvii.

ASCEN. In diẽ uiuere. ℭ IN Diem uiuere: nõ eſt curare de craſtino: quaſi ad pñtẽ dũtaxat diem cogitare: ac ſi non ſit alius futurus. In dies eſt quotidie: ſed petit dictionẽ incrementi: cum qua, & ſine qua quotidie ponimus: ſed cũ diſcrimine. Nam ut quotidie plures moriant̃: ſatis eſt ſi heri quinq; & hodie ſex mortui ſunt; ut cras ſeptem moriant̃: at ut in dies, aut in ſingulos dies neceſſe eſt ſi heri qnq; mortui ſũt: hodie moriant̃ ſex: cras octo: perendie.xi. &c. Et ſicut in diem, & in dies differũt : ita in horam & in horas. Propediem. i. ſtatim quaſi ppe ſit dies. Propemodum. i. pene quaſi prope ſit modus, qui exigitur.

ℭ In diẽ, in dies, in horã, in horas. Cap.cxvii.

In diem I N diem, aliud multo eſt, q̃ in dies: illud plerunq; cum hoc uerbo, uiuit, iungitur. ut Q uintilianus. Non ut fere uolucres præſentis modo cibi memores in diem uiuunt: duraturus in hyemẽ reponere uictus. Aliq̃, ſed raro cum alio iungitur uerbo. ut Saluſtius. Panem in diem mercari. quaſi dicat præſentis diei habere rationẽ: nihilq; cogitare de craſtino. In dies In dies, eſt idẽ, quod quotidie: ſed proprie cum quodam incremento. Ideoq; plerunq; cum comparatiuo: ut. Cum in dies malum arctius prameretur. Et: Cum in urbem infinitum malum ſerperet : idq; manaret in dies latius. Etiam ſine cõparatiuo: ſed tamen per uerbum ſignificans incrementũ. ut Liuius. Creſcente in dies multitudine. Q uod non liceret dicere concurrente in dies multitudine: Sed quottidie, aut in dies magis: cum tamẽ liceat ſuperiora exempla dicere per quottidie. Cum quottidie malum arctius prameretur: & cum in urbem infinitum malum ſerperet: idq; manaret quottidie latius. Et per ſingulos dies. ut Cicero ad Atticum. Q uottidie, uel potius in dies ſingulos breuiores litteras ad te mitto: idest non modo quottidie breuiores: ſed etiam in dies. Nam hæ quottidianæ litteræ ſunt breuiores his, quas antea mittere ſolebam: quæ poterãt eſſe omnes pari breuitate. Atq; hæc, quæ in dies ſingulos, ſiue in dies mitto breuiores: tales ſunt: ut hodiernæ ſint breuiores heſternis: & craſtinæ hodiernis: & perendinæ craſtinis: & ita aſſidue. & peſtilentia in dies ſit maior: & quottidie ſit maior. Sic poſſunt uideri hæc duo differre: quod in hoc poſſunt hodie ſuper numerũ heſternũ deceſſiſſe quattuor: cum heri deceſſerint decem ſupra numerũ eorum, qui deceſſerant nudiuſtertius. Non ita in illo: ubi ultimus quiſq; dies maxime increſcit: ut ſi nudiuſtertius deceſſerunt duodecim: heri q̃tuordecim: hodie neceſſe eſt decedant ſaltem decem & ſeptem : cras ſaltem unus & uiginti: perendie ſaltem ſex & uiginti. Eandem differentiam habent in horam, & in horas : quam in diem, & in dies. Cicero in Philippicis. Nec, q̃ in horam uiuunt: nõmodo de fortunis, & bonis ciuium, ſed ne de utilitate quidẽ ſua cogitauerunt. In horam Vergilius. Gallo: cuius amor tantũ mihi creſcit in horas: In horas Q uantum uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus. Siquis autem in dies, & in horas, ſiue in dies ſingulos, & in horas ſingulas ſine illa exacta ratione incrementi accipere uelit: non denegandum ſibi hoc puto. Propediẽ eſt, quaſi prope ſit dies, q̃ñ hoc fiet. Cicero. Et præſens ppediem (ut ſpero) & dum aberis, abſens loquar. Eodem mõ, quo dicimus propemodum: quaſi ppe mẽſuram : quod accipit̃ pro pene: ſiue prope: cum eſt aduerbium.

ℭ Quæſtio.

ℭ QVAERITVR utrum omne uerbũ poſſit teneri abſolute. Quæſtio optima Arguitur q̃ non: quia repugnat trãſitiuo teneri abſolute: ergo non omne uerbum põt teneri abſolute. Añtecedens patet: quia teneri abſolute & tranſitiue ſunt repugnantes. Secundo ſic: teneri paſſiue & abſolute ſunt diſtinctæ rõnes: ergo non poſſunt eidem uerbo cõuenire. Añs & pñtia ſatis patent. Tertio uerbum abſolutum nõ põt teneri actiue aut paſſiue: ergo nec econtrario. Añs eſt uerũ: quia a nullo oppoſitum te-

neſ. In oppoſitū arguiſ p grāmaticos & ꝑcipue p Sipontinū in principio de ordinibus uerboꝝ dicentē: ꝙ uerbū trāſitiuū poteſt poni abſolute: ut patet dicēdo. Ego amo: amoꝛ captus ſum, & Ouidi. in Epiſtolis: Prima mihi nutrix Aeoli dixit amas: igiſ &c. Pro reſponſione notaſ: ꝙ omne uerbū poteſt priuari caſuali a parte poſteriori: uerūtamē hoc poteſt dupliciter intelligi: uno mō ꝙ abſoluaſ a termino tā expreſſo ꝗ a ſubintellecto, & hoc eſt teneri abſolute, aut expſſo ſolū & nō ſubintellecto, & hoc nō eſt ꝓprie teneri abſolute. Concluſio nō eſt inconueniens: idem uerbū æquiuoce teneri actiue & abſolute, aut paſſiue & abſolute: cōcluſio eſt clara.

¶ Finis quarti libri cum eius explanatione.

¶ Eiuſdem Iodoci Badii Aſcenſii in prooemium quinti libri Epitome.

ASCEN. Epitome in quintū librū.

QVoniam p triēnalem occupationē atq; peregrinationem a literis abſtractus: filiæ. i. editioni ſuæ: dotem. i. acceſſionem uariaꝝ eruditionū ꝑparare nō potuit, neq; potuerit operæpretiū ſe factuꝝ norit cū copia ſæpe nauſeam pariat, & non formoſa ſatis cenſeaſ: qui cū ꝑgrandis dos exigitur. Conſtituit filiam ſex talentis dotatā nuptui dare. i. editionē hāc ſex libris locupletatā emittere: ꝓſertim cū exire geſtiat: ne forte uel abſente pře uel mortuo ꝓſtet filia. i. ne direptioni pateat diutina lucubratio. h. d. ¶ Cæteꝝ ne qd lateat ſcimus op⁹ ab auctore edi: atq; emitti. ſed ſpōte aut p ſe exire. Perſius: Si qd tū aptius exit Ordo aūt in principio eſt. Tertius & ꝓpe quartus annus igitur iam mihi peregrināti ſemp & uolitanti per oīa maria & terras, & experto ēt militiā æſtate ꝓxima: & qdem tota. Vnde nō ſegam totā militiā: ſed tota æſtate. Vſus eſt aūt in tempore cōtinuo: ablrō iuxta ſnīaꝫ ſuā prius uiſam. Quid putandū eſt uniuerſa defuiſſe ſup quantum incōmodi attulerit. Ad ſtudia reſpeximus: quaſi cōmiſerantes ac dolentes. Iacturam. i. amiſſionem tractum a iactura nauigantium. Dic mihi muſa &c. Sic tranſtulit Horatius in de Arte poetica. Dotem filiæ. i. doctrinam operis huius. Proci ſunt qui coniugē petūt. Alios magis incipit amare ꝗ patrē. Alludit ad filias adultas quæ uirum expetunt. Quod dii omen auertant: honeſta parentheſis ex more antiquorum ſumpta. Maro Aeneid. ii. Quod dii prius omen in ipſum Conuertant. Virgo præſertim. Virginem: quia alibi nihil ab aliis prælibatum ſe aſſumere fatetur. Sanctitatē uxoris. i. integritatem doctrinæ Reliqua nota ſunt.

LIBER QVINTVS.

TERTIVS iam mihi, & ꝓpe quartus annus agiſ peregrinanti ſemper, & p oīa maria terraſq; uolitanti, ꝓxima etiam æſtate & qdem totam militiam experto: qd utrum honeſtiore, an magis neceſſaria cā fecerim: haud eqdem ſcio. Illud tū uel me non affirmante indubitatū cunctis eſſe non ambigo: quæ maxīa, atq; adeo ſola ſtudioꝝ præſidia ſunt: ea mihi oīa defuiſſe litteratoꝝ conſuetudinem: libroꝝ copiam: loci opportunitatem: tēporis ocium: ipſam poſtremo animi uacuitatem. Quoꝝ ſingula cū plurimum incōmoditatis afferāt: dum deſunt: qd tādem putandum eſt uniuerſa defuiſſe: tametſi repugnauimus aſſidue: & quoad licuit, neceſſitatibus reluctati ſumus. interq; nauigandum, peregrinandum, militādum, frequenter ad ſtudia reſpeximus: ita ut ſi nihil lucri in litteris, qd optabamus: certe (quod ꝓximū eſt) nihil damni faceremus: quod ſi non contingit: iacturam hāc multaꝝ reꝝ notitia, quas uel uidimus, uel ſumus experti: fortaſſe penſabimus. Hac eni præcipue uia Homerus informādum eſſe uiꝝ ſapiētem præcipit Vlyſſis exēplo. ita nāq; Odyſſeā inchoat. Dic mihi Muſa uiꝝ captæ poſt tpa Troiæ Qui mores hoīum multoꝝ uidit, & urbes. Quāꝗ qd tergiuerſamur? quid blāda, aut inani excuſatione nos fallimus, qualeſcunq; redierimus? nihil tū, quo dotem filiæ iam me abſente adultæ ampliare queamus: attulimus: & collocādi iam tēpus eſt: ſatiuſq; multo ꝗ primū nuptui dare: ꝗ diutius cuſtodiendo pudiciciæ ꝑiculum adire. Mira eni eſt puellæ uel ꝓcoꝝ, uel amatorum multitudo: ipſa quoq; teneri amplius non uult. Et qđ me ualde ſollicitū facit: alios magis incipit amare, quā patrem. Quare nō uacat cōparare plura: quo ſplēdidius: ac magnificentius collocemus. Sex nāq; talenta, quæ ante ꝓfectionem noſtrā parata, ac repoſita erāt: in dotem dabimus. Quod cū ſatis eſſe debeat: tū plus eſt, quā quod multo poſthac tēporis acceſſiōe adiicere poſſemus. & certe ſimilia īpedimenta (ut de morte taceam) extimeſcēda ſunt: ne forte (quod dii omen auertāt) uel abſente patre, uel mortuo, filia, ut quæ ea ætate, atq; adeo ea mēte ſit: proſtet. Sufficiant igiſ huic opi quattuor ſuperiora uolumina: quintūq; hoc de uerbis, accedēte ſexto de notis auctoꝝ. Quod ſi ēt plura ſcribēdi facultas, tēpuſue ſuppeteret: neſcio an finiēdum putarem: cum ſciam: eā, quæ uel optima, atq; pulcherrima ſunt: niſi cōpēdii gratia iuueniſ: ut pōtificales olim cenæ, lōgitudinis faſtidio laborare: ſimulq; huius, de qua loquor, materiæ neminē (de prudētibus loquor) uniuerſum corpus aggredi eſſe auſum. ſuam ſibi unuſqſq; particulā ad ſcribendū delegit: ſiue ne lōgiore opere legentibus faſtidiū moueret: quod eni uocabulum nō ſuam hēt in ſignificando elegātiam: ſiue immēſitatem, infinitatēq; uoluminum ueritus: Quibus rebus me quoq; motum fuiſſe fateor, tum mea ſpōte, tum illoꝝ exēplo maxime: ne ſemper impfectum, ne ſemper incluſum habere, ne ſemper efflagitātibus opus negare uideamur: neue qbus obſequii, & a quibus laudum ſuffragia nāciſci cupimus: eiſdem iuſtæ querelæ, iuſtæq; uituperationis materiā præbeamus. Cum eo, quod inſidiatores ac fures re expertus, ut ſecūdo libro dixi: cauere debeo: quos nūc multo plures eſſe, ac fore amici oſtendunt. quæ cā Priſciano (ut ipſe teſtaſ) fuit, ut feſtinantius opus illud de arte grāmatica ederet: hac eadem nos cā, & cæteris, quas enumerauimus, ſumus adacti nōmodo ut feſtinantius

libros noſtros, uel ét ut pauciores ederemus. Et illi tantum æmulorum inſidiæ nocebant: mihi etiam præter cætera fautorum, atque amariũ ſtudia nocent. Tradatur ergo aliquando uiro puella, contenta hac, quantulacunque eſt, dote. non enim formoſam eſſe credibile eſt: quæ maritum, niſi magnitudine dotis conciliante, non inuenit: uirgo præſertim. Maritum autem puellæ cœtum litteratorũ intelligimus: a quo ſanctitatem uxoris, pudoremque & cuſtoditum eſſe cupimus: & cuſtodiri debere, teſtamur. Sed ad promiſſam uerborum diſputationem, cuius hoc libro locus eſt: deſcendamus.

℃Epitome capitis primi.

ASCEN. ℃DISCO, ut ſciam & intelligam. Ediſco: ut memoriter ſciam: qd inepti dicũt cordetenus ſcire. Dediſco i. nõ eẽ: ut didici diſco. Sicut dedoceo cõtrariũ doceo: aut nõ eſſe qd ego aut alius docuit doceo. inſtruere aũt pro eo qd eſt docere in uſu peritorum nõ eſt: ſed pro eo quod eſt diſponere ad exercitium aliquod.

PETrus de FON. ℃DISCO, diſcis, didici ꝓprie rem ignotã aſſequor meditãdo, uel alio diſcendo: & compoſita eius ſunt condiſco & addiſco. Hora. Anguſtã amice pauperiem pati robuſtos acri militia puer condiſcat. Dediſco ꝙ didiſci obliuiſcor: ſeu a mente reiicio. Plau. Inani haud æquum facit quæ quod didicit & dediſcit. Ediſco memoria complector: ut Quinti. ait. Illud ex conſuetudine mutãdum prorſus exiſtimo: ne omnia quæ ſcripſerint ediſcant: ut moris eſt dediſcant.

℃Diſco, ediſco, dediſco. Cap. i.

Diſco
Ediſco

Diſco, et ediſco manifeſte differũt. Nã diſcere eſt, ut intelligas: ediſcere uero, ut memoriter cõplectaris. Ideoque caput apud Quintilianũ, qd inſcribitur de ediſcẽdo: ita incipit. Illud ex conſuetudine mutandum priſus exiſtimo in his, de quibus nunc diſſerimus, ætatibus: ne oĩa, quæ ſcripſerint, ediſcãt: & cætera, ut moris eſt, dediſcant.

Dediſco
Dedoceo

Dediſco qd didici, obliuiſcor. Dedoceo te: qd doctus es, oſtẽdo falſum eſſe, docens qd uerum eſt. ut apud eũdem in. ii. Eadem prius, ac difficilius opus dedocendi, quam docendi. Illud,

Inſtruo

quo quidam utuntur inſtruo: quale eſt inſtruam te in uia, hac qua gradieris: nobis apud idoneos auctores incõpertum eſt. Dicimus enĩ inſtruo claſſem: inſtruo aciem: inſtruo cauſã: inſtruo militem: non aũt diſcipulum, aut mentem alicuius: niſi eo modo, quo inſtruimus ea, quæ dixi.

℃Epitome capitis. ii.

ASCEN. ℃EXCOGITARE eſt inuenire conſilio & cogitatione proprie res incorporeas. Reperire caſu & fortuna, Inuenire utroque modo: & tam res corporeas quam incorporeas.. Offendere aut reuertendo quaſi in uia: ut lapidem præter ſpem inuenire: aut etiam aliter inuenire. Nanciſci eſt quaſi labore ac conatu inuenire: aut etiam aliter.

℃Reperio autem qa uenit a pario uidetur ex natura ſtudium & laborẽ poſcere. Vnde raro ubi a caſu inuenire ſignificaret reperitur. Sunt aũt qui inuenire dicãt rem nouã: repire prius habitã: a qua differentia natura uocabulorum non abhorret.

℃Excogito, reperio, inuenio, offendo, nactus ſum Cap. ii.

Excogito

Excogitare eſt per cogitationem inuenire: idque ad res tantũ incorporeas pertinet: ut excogitaui argumẽta, rõnes, figuras, cauſas. Eſt igitur excogitare cõſilii: repire uero fortunæ. ut Ouidius. Tu nõ inuẽta, repta es. Sed iã uſus optinuit ut idẽ

Reperio
Inuenio

ſit reperio, qd inuenio. Eſt aũt inuenire uel conſilio, uel caſu, ſiue corporea, ſiue incorporea reperire. Offendo fere, quod reperio: neque ſolum

Offendo.

reuertendo, & ad ſtatũ rerum uel priuatarum, uel publicarum pertinet ut. Offendes rempu. pturbatã cõſiliis nepotis mei uerũ etiã ſine his: ut idem Cicero. Sed inueni neminẽ tam maleficũ offendi: qui illum negaret Antonii dignũ ſenatũ. Na-

Nactus ſum.

ctus ſum ét pro inueni, ſiue reperi, frequẽter accipitur. ut idem in Paradoxis. Eum tu hoiem terreto, ſiquẽ eris nactus, iſtius mortis, aut exilii minis. Et de ſeneſtute. Vitis quidem, quæ natura caduea eſt: & niſi fulta eſt: fertur ad terram: eadem, ut ſe erigat, clauiculis, quaſi manibus quicquid eſt nacta, complectitur.

℃Epitome capitis. iii.

℃DESIPISCO aut deſipio eſt male ſapio: ubi bene ſapui & a ſenſu meo deſtituor: Reſipio aut reſipiſco ſenſum ac ſapientiam meam recupero. ASCEN.

℃DESIPIO idẽ quod defraudo: qd deceptiuũ eſt: & decipula eſt genus laquei circa decipiendas aues.

℃Deſipio, deſipiſco, reſipiſco. Cap. iii.

Deſipio
Deſipiſco
Reſipiſco

Deſipio, ſiue deſipiſco ſignificat, uel quod aliquid a cõmuni ſenſu, ſapientiaque minus habeo: uel, quod a meo ſenſu deſtituor: quod fere uitium aut ex ætate uenit: aut morbo, aut amore, aut timore, aut ſimili aliquo affectu. cuius contrarium eſt reſipiſcere: & ſenes quidam iam dementes nunquam reſipiſcunt. cæteri autem reſipiſcere, ideſt ad priorem mentis ſtatum, uel ad meliorem mentem redire ſolent. Terentius. Multo omnium nunc me fortunatiſſimum puto eſſe Gnate: cum te intelligo reſipuiſſe.

℃Epitome capitis. iiii.

℃PROHibere eſt uetare ante inceptionem & re incepta: ne uidelicet quid incipias: aut ne iceptum perficias. Inhibere tantum de re incepta ne eam perficias. ASCEN.

℃Prohibeo, inhibeo. Cap. iiii.

Prohibeo
Inhibeo.

Prohibeo uel generale nomẽ eſt: uel ante rem incæptam: inhibeo autem re iam incepta. illud uetat, nequid facias: uel nequid incipias: hoc, ne pergas ire: deſiſtasque ab incepto. Virgil. Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur harenæ. Idem. Parcite iam Rutuli: & uos tela inhibite latini.

℃Epitome capitis. v.

℃VTIMVR rebus ad aliud per eas obtinendum: Fruimur ipſis propter ſe ad delectationem quã habemus in ipſis ASCEN.

ſed dicimus nos uti interdum rebus: quibus uero ſimilius eſt nos frui ꝑpter honeſtatem, utimur aũt perſonis qũ cum eis conuerſimur: non ſolum qñ earum opera utimur. Fretum eſſe eſt quaſi cõfiſum & munitum eſſe. Vſus aũt pro utilitate capitur. Fungimur aũt officio: qñ ipſum agimus. Defuncti aũt ſumus officio aut uita: cum hoc uel hãc depleuimus: nec amplius agimus. Potimur aũt re quã ꝑ laboré obtinuimus. Cõtra id aũt quod fruitũ dicit in uſu non eſſe, & tãtum duo ſupina a fruor ponit: dicit Mancinellus ſic.

℃ Fruitus & Caper grãmaticus & alii uſi ſunt. Aſt aũt Caper Fruitus ſum illa re. Veteres uix dixerunt fruitus ſum illã rẽ. Gellius aũt lib. xvi. ca. ii. Refert Neuium dixiſſe: q nõ parcit apud ſe fruitus eſt, & Cicero lib. iiii Tuſcu. fruiturum dixit: ubi ait. Cõſideretq; ſe fruiturum &c. Cæterum fruor ẽt fructus ſum facit. Cicero enim in Hortẽſio inquit. Vt amœnitate ſumma fructus eſt. Quod quidem Priſcia. lib. x. aſſerit.

PETrus de ЗON. ℃ VTOR uere uſum ſignificat: & tẽpore omni de rebus bonis ac neceſſariis: necnon & de uiuis inanimatiſq;: ut utor uigilia: diligẽtia, ſtudio, & domina, ſcia: ut Terẽ. Scio te non eſſe uſum ante hac amicitia mea Sed cũ de pſonis loquimur accipit pro cõuerſari: ut Cicero Lẽtulo tribuno. Multos annos utor ualde familiariter. Inde uſus dicit: ut Quinti Mulierem cõ qua lõgus illi fuerat uſus, & quia aliqua rẽ utimur: ut ex ea fructũ pcipiamus dictũ eſt: ut dicamus uſu; ꝓ utilitate cõſtruit quãdoq; cũ accuſatiuo: ut Cice. Et quæ a ſuperioribus acceperãt utebant. Varro: Vtile utamur &c.

℃ Vtor, fruor, fungor. Cap. v.

Vtor Fruor. VTor, & fruor, aperte differunt: ſed nõ ea rõne, qua quidam uolunt, omnia ſua imperitia confundentes: qui aiũt: uti nos humanis: frui uero diuinis: imo & diuinis utimur: & hũanis fruimur. Quis enim mihi uſum diuinorum interdicat? quis rurſus uetet me frui rebus meis, labore, & induſtria paratis? aut quis dicat me frui ſacris: cũ in illorum uerſor uſu, atq; adminiſtratione? uel quis neget, cum uoluptati operam do: frui me his rebus, unde capio uoluptaté? Quod ſi dicerent: debere nos frui rebus diuinis: uti uero humanis (q̃q̃ ne in hoc quidem illis accedo) fortaſſe audirem. de rebus enim, non de uerbo diſputarent. Nunc uerbum exponunt: non res. ſed hos cum ſua imperitia, & (quod fœdius eſt) cũ ſua pertinacia relinquamus. Vti igit eſt alterius rei gratia: frui nullius: ſed (ut ſic dicam) ꝑpter ſe: in illo iter eſt: in hoc meta: hoc alterius finis (ad quẽ illud tẽdit. qui hoc habet: quieſcit: & contentus eſt: q utit nunquã contẽtus eſt: ſemperq; ulterius tendit. Ideoq; reprehẽſus eſt Annibal: qui, cum poſſet uti cãnenſi uictoria: frui maluit. Vtor armis: utor domo: utor libris: utor ſtudio: diligentia, opera: quod ex hoc poſtea emolumenti aliquid boniq; conſequar. Fruor bonis meis: fruor tuo aſpectu: tuo alloquio: tuo cantu: hoc eſt delectationem, uoluptatẽq; pcipio ex hac re: atq; ex huius rei uſu. Nonnũquã eãdem re duo pariter, hic utitur, ille fruit: ut ſi alter ad focum ſedeat ſanitatis cauſa: alioquin id non facturus: alter uoluptatis: hic nõ tendit ultra: ſed apud finem ipſum quieſcit: ille non contentus præſenti conditione ad ulteriora tendit: qualis Annibal: ſi fuiſſet: nec tã præſenti uictoria requieſcere, quã ꝑgredi maluiſſet. Non enĩ Adherbal ſcire uincere, ſed uictoria uti neſcire, dixiſſet. i. quia frui illa: quã uti maluerãt. Dicimus tñ nonnunquã utimur, pro fruimur, uerecundiæ cuiuſdã cauſa: ut. utor pane triticeo: utor palmulis: utor ficis: quaſi uiuendi potius cauſa edamus: quam edendi cauſa uiuamus. Deniq; frui eſt delectationem capere ex utendo. Itaq; in idem recidunt: idẽq; efficiunt frui, delectari, uoluptatẽq; capere: quo fit ut non fuerit cauſa cur recentiores hoc ſolum uocabulũ frui, unde uenit fruitio: ſolis rebus diuinis dare uoluerint. Habet enim hoc uerbũ duo ſupia: fruitũ, & fretũ: quorum primũ uix in uſu eſt: niſi apd eos, qui uerborum nouitatibus & gaudẽt, & gloriant. ſecundum ſignificat confiſus: ut. Fretus fortaſſe familiaritate, quæ eſt ei recũ auſus eſt confiteri. Adiungimus autem alterum uerbum ẽt ad perſonam (de utor dico) ſignificatq; conuerſor: ut. opera tua utor. Idem Cicero ad Cælium. Fabio uiro optimo, & homine doctiſſimo familiariſſime utor. Et inde fit uſus: ut. uſus fuit mihi tecum: ideſt cõuerſatio familiaris, & cõſuetudo. Quintilianus. Mulierem, cum qua longa conſuetudo, ſeu longus illi fuerat uſus. Atq; quia ſolemus aliqua re ideo uti: ut ex ea fructum pcipiamus: factum eſt ut dicamus uſum pro utilitate; & fructum tam in plurali. quam in ſingulari. quorum exemplorum plena ſunt omnia. Fũgor autem idem eſt, quod officium, munuſq; ago: ut. fungor magiſtratu: fungor prætura: fungor legatione: fungor officio delegato: fungor munere iudicis. Fungor uero uita: quod fungor officio uitæ: & munere adminiſtrandi gubernandiq; corpus: munere inquã aſſignato nobis ab imperatore deo. Inde defunctus eſt uita: ideſt finiuit officiũ uitæ. Virgilius. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. T. Liuius. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incœpere. Defunctus periculis: quod finita ſunt pericula: & defũcta morbis corpora: quod finiti ſunt morbi corporum. Legimus ẽt defunctus morte. i. morté finiuit. De potior autem dixi alio libro.

Fungor

Defunctus.

℃ Epitome capitis. vi.

ASCEN. ℃ STARE eſt non ire nec progredi in his dicatur quæ carent pedibus: aut quæ erecta non ſunt: ut nauis, flumen, currus, ſol, ius, forũ, anguis, piſcis, lacertus, & auis ĩ aere ſtãt. Stant erecta etiam dum nundum ceciderunt: ut arbor, ſimulachrum, domus, columna. Stant præterea erecta & nõ euntia: quæ tamẽ ire poſſunt: ut homo, equus, uolucris. Sedet autem hõ & ſimilia, & his ſimilia ſi qua ſunt proprie: aues autẽ ſedere eſt eas altiori loco eſſe: ut paſſeres ſedent dum in tecto ſunt: cornices dum in arbore ſunt &c. nec ſtant proprie licet

erura erecta habeant: ſicut nec homo in equo ſtat: ſed ſedet. Sidere eſt deſcendere & peſſum ire ad capiendam ſedem: ut aues & limus ac ſex deſidunt. Deſido autem & ſubſido a ſido componuntur. Sido item cum compoſitis præteritum a ſedeo in uoce quidem mutuatur: ideſt mutuo accipit. Et ſicut ſido a ſedeo differt: ita ſiſto a ſto. Nam ſiſtere nõ eſt ſtare: ſed continere & facere ſtare: ſicut enim qui ſidit nondum ſedet: ſed ſedebit: ita qui curſum ſuum ſiſtit nondum ſtat, ſed ſtabit. Vtrũq; autem tam ſiſto q̃ ſto habet ſtatum in ſupino: unde Iuppiter ſtator: quia ſtare fecit popu. Roma. dictus eſt: nõ quia ipſe ſtat. Siſtere quoq; eſt repreſentare: inde ſtator nuncius ac tabellarius conſulis.

CCalepinus tamen defendit ſtatorem a ſtando dictum.

C Sto, ſedeo, ſiſto, ſtator. Cap. vi.

Sto
Sedeo

STare, eſt non ire, in his dũtaxat, quæ eunt ſine pedibus: aut quæ erecta nõ ſunt: ut nauis ſtat: flumen ſtat: currus ſtat: ſol ſtat: unde ſolſtitium, & iuſtitium: quia ius ſtat: forũq; eſt clauſum. Anguis etiam, & piſcis, & lacertus, & auis in aere ſtant. Quædam e diuerſo, quæ recta ſunt: dicunt ſtare, quãdiu non cadunt. Sed hęc fere inanimata: ut arbor ſtat: ſimulacrum ſtat: domus ſtat: colũna ſtat. Quædam non dicuntur ſtare: niſi nec eant, & erecta ſint: ut hõ, equus, uolucris ſtat. Nãq; homo, cum ſedet: & equus, cum recumbit: & auis, cum cubat: nõ ſtat: nec tñ eunt. Illud tñ notãdum: aliter dici ſedere de hoĩbus: aliter de auibus. nam cætera non ſedent: niſi ſimia, & aliquid ſimile. Ipſum uero ſedere auium, eſt in loco altiore eſſe: ut paſſer ſedet in tecto: hirundo ſedet in pertica: cornix ſedet in arbore: nec recte dixeris ſtat in arbore: ſed tali potius quodam modo. cornix ſtat: non cubat. Virgilius.

Alitis in paruæ ſubitam conuerſa figurã: Quæ quõdam in buſtis, aut culminibus deſertis Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras.

Quintilianus. Vt ſi quæratur: an ſit credibile ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruũ: q os, oculoſq; hoſtis galli roſtro, atq; alis euerberaret? Deniq; eodem modo dicitur auis ſedere ſuper rem quãpiam: ut homo ſup equum, aut iumentum nõ dicitur ſtare, aut manere: ſed ſedere: quocunq; modo, aut quocũq; corporis habitu geſtuq; compoſitus ſit. Sidere autem a ſedere multum diſtat. Eſt enim ſidere deorſum deſcendere: peſſumq; ire. Virgilius. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidũt: ideſt ab alto demittuntur: unde deſido: ſubſido: ut idem. Subſidere ualles. Et iteȝ. Subſedit dubius. Nã (ut ego ſentio) a ſedeo præteritum mutat. Inde
Inſido inſido quoq; inſedi: & reſido reſedi: aſſido aſſedi. Siqdem aſſidere eſt apud aliquẽ: ut ægrotum, ut regem ſedere. Cum enim Saluſtius inquit: Cõſul poſtq̃ aſſedit: magis ab aſſido, q̃ ab aſſideo pręteritum. hoc eſſe, ſignificatio poteſt eſſe documento. Vt autem a ſedeo diſtat ſido:

ita a ſto ſiſto: ut. ſiſte gradum: ſiſte fugam: ſiſte lachrymas. i. fac ſtare gradũ: ſtare fugam: ſtare lachrymas: atq; ut illa ſuperiora idem præteritum habẽt: uel alteȝ ab altero mutuũ ſumit: ita hæc duo idem ſupinũ: uel ſiſto a ſto, uel ſto a ſiſto accipit: qđ eſt ſtatum: unde fit ſtator: qđ magis a ſiſto, quã a ſto deſcendit: ob idq; Iupiter ſtator uocatus eſt: qui Romulum orãtem ut fugam ſuoȝ ſiſteret audiuit. Quare neſcio cur Hieronymus aduerſus Iouinianũ dixerit: offendet Iouem ſtatorem: qui libẽter ſederit: q̃ſi Iupiter ſtator a ſtãdo dicat: non a ſiſtẽdo. Nimiȝ oblitus hiſtoriæ eſt: ut ſup Ionã fabulæ: ubi ait: Ex Ioppe Iudææ portu Andromedã a Perſeo liberatam. i quo eoȝ manifeſtus eſt error: qui cũ legant quod Ionas ſurrexit: ut fugeret in Tharſum: & uenit Ioppem: opinant hãc eſſe Andromedæ urbem: cum ſit indiæ ciuitas Tarſis, unde illa fuit: ut ipſe quoq; Hieronymus meminit. Oui. lib. i. de arte amandi. Andromedem Perſeus nigris portauit ab Indis. Et Sapho ad Phaonem. Candida ſi non ſum: rapuit Cepheia Perſeum Andromedæ patriæ fuſca colore ſuæ. Eadem obliuio eiuſdem fuit: qđ Gallos matris deũ in Oſeæ ait eſſe ex gente Galloȝ: qui a Romanis ob ignominiam illius nationis uindice animo effœminant: cum a græcis hoc antea, & tunc fuerit factitatum. Siſtere ẽt dicimus p̃ repſentare: & pſentiã corpis exhiberet dictũ ab eo qđ nõ tm̃ cõparere qs debet: niſi & manſerit. unde de iudicio ſiſti: hoc eſt de ſiſtendo aliquẽ in iudicio. Cicero ad Atticũ. Des operã, id qđ mihi affirmaſti: ut te ante calẽdas ianuarias ubicũq; erimus ſiſtas. Et hinc ſtator nuncius, tabellariuſue cõſulis. idem de Officiis libro tertio. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi: ut ſi ille non reuertiſſet: moriendum eſſet ſibi. Vigilius. Et patrio te limine ſiſtam.

Siſto.
Stator.
Siſtere p repſentar.

CEpitome capitis vii.

CAPPEtimus cum affectu. Expetimus cum ratione. ASCEN.

C Appeto, expeto. Cap. vii.

APpeto cum affectu: expeto cum ratione: appeto qualiacunq;: expeto honeſta, planeq; bona. Vnde de rebus expetendis ſcripſcere philoſophi: que ſcilicet peti debent: non autem de appetendis. Ex quo deriuatur appetitus: qui immenſa, & immoderata cupiditas dicit. Quare qui dixit: Omnnia bonum quoddam appetere uidẽtur: mallem dixiſſet, expetere.

Appeto
Eexpeto.

CEpitome capitis viii.

CVENDICO eſt quaſi approprio (ſi ſic dicam) & meũ eſſe dico: regitq; fere datiuum pronominis primitiui. Vindico eſt ulciſcor: unde uindicta, aut ab iniuria contumeliaue defendo, aut in libertatem ſeruitutemue aſſero. ASCEN.

¶ Vendico, uindico. Cap. viii.

Vendico VEndico idem eſt, quod (ut ſic dicam) approprio: ac meũ eſſe dico. Quinti-
lianus. Circo uſitatũ nomẽ Pœni ſi-
bi uẽdicãt. & iteꝝ. Ruſticus petit
partẽ bonoꝝ orator totũ ſibi uendicat. Et fe-
re hoc uerbũ poſtulat datiuũ: & hũc frequẽtiſſi-
me ex ꝓnominibus primitiuis: ut. ego hũc agrũ
uẽdico mihi: tu uẽdicas tibi: frater uẽdicat ſibi.
Vindico Vindico ulciſcor: unde uindicta: quotiens iniu-
riam cõtumeliamue illatam punio. interdũ uin-
dico idẽ, quod ab iniuria, cõtumeliaue, ſiue ia-
ctura faciẽda defendo. Cicero pro M. Marcel
lo. Nobiliſſimãq; familiã iam ad paucos reda
ctã pene ab interitu uindicaſti. idẽ de ſenectu
te. Et eſt ſenectus natura loquatiorme ab oĩb⁹
eã uitiis uidear uindicare. Vitiis. i. uituperatio
nibus: quẽadmodũ criminibus ꝓ criminationi-
bus. Dicimus uindicare in libertatẽ, aut in ſer-
uitutẽ: q̃ſi aſſerere in libertatẽ, aut in ſeruitutẽ.
Non (ut qdam uolũt) uẽdicare. ut Liui. li. xxiii.
Intermori uehemẽtioribus, quã quę pati poſſit
remediis ciuitatẽ ſinere in ipſa uindicta liberta-
tis perituram. Et in primo. Indici pecunia ex
ærario, libertas, ac ciuitas data. Ille primũ dicit
uindicta liberatus. qdam uindiciæ quoq; tractũ,
ab illo putãt: Vindicio ipſi nomẽ fuiſſe. Ego
neſcio an uẽdico reperiãt: ſed tantũ uindico.

¶ Epitome capitis. ix.

ASCEN. ¶ EPLODO ex manibus eiicio cum ſonitu & irriſione: eſt enim contrarium eius quod eſt applaudo. Cõplodo autẽ eſt manus inuicem collido, aut ad teſtificationem, aut præ gaudio, aut præ admiratione ſubita, aut conſimili de cauſa. Supplodo eſt pedem in terram incutio: quod in oratore interdum laudatur.

¶ Exhibilatur illud Ciceronis eſt cum ſibilo eiicitur. Componitur enim ab extra & ſibilo: ſed poſt x auferri ſolet s litera: ut exulto pro eſulto: exors pro eſors &c.

¶ Explodo, Complodo, Supplodo. Cap. ix.

Explodo EXplodo nõ tãtũ ſignificat eiicio: ſed
eiicio manibus: & qdem cũ ſono pul
ſantibus: qualiter quẽpiam e domo,
e theatro, ex aliquo cõcilio iniectio-
ne manuũ, atq; pulſatione eiicimus: qđ apparet
Cõplodo ex aliis a plodo cõpoſitis, cõplodo, & ſupplo-
Supplodo do. Eſt eni cõplodere aduerſas manus inuicem
collidere: qđ fieri pluribus de cauſis ſolet: uel
ad teſtificãdũ more fœminaꝝ dolorẽ: uel præ
gaudio: uel ꝑ ſubitã admirationem: uel ſi quæ
ſunt aliæ cauſæ. Supplodere eſt pedẽ terræ in-
cutere: qđ interim ſolet in oratore laudari. Itaq;
cũ dicit Cicero. Q. m. Pyrrhonis, Ariſtonis, &
Erilli iãpridẽ exploſa ſentẽtia eſt: Appoſitiſſi
mo uocabulo, ut ſemp, eſt uſus. non enim dixit
electam ſniam eo modo, quo cætera eiiciunt:
ſed q̃ſi pulſatione manuum: tanquã ipſi illi hu-
ius ſentẽtiæ auctores e cœtu ab ipſo cœtu inie
ctis in eos manibus eiecti ſint: ut apertius alio
loco ĩdicat. Hiſtrio. ſi paulũ ſe moueat extra
numeꝝ: aut ſi uerſus ꝓnũciatus eſt una ſyllaba
breuior, aut lõgior: exibilat: & explodit.

¶ Epitome capitis. x.

ASCEN. ¶ DICERE eſt oratoꝝ eleganter & ex arte loquentium. Inde dictio facunda, & oratoria oratio. Sed prout dicere eſt quomodocunq; loqui uenit dictio pro uocabulo. Dictio autem frequentatiuum eſt a dicto: ſed illud accipitur pro eo quod eſt dico & pronuncio: ut alter accipiat, & ſtilo manuq; notet. Simili ratione a uenio uentito: quod eſt quaſi frequẽter uenio, & aduento: quod eſt proximum eſſe ueniendo. Victitare quoq; non eſt frequenter uiuere: ſed ueſci: dicacitas autem eſt ſermo cum riſu aliquos inceſſans. Dictum autem eſt quod interdum idem eſt quod ſcõma græce. i. ridiculũ ac facetia cum irriſione amara ei in quem dicitur.

¶ Dico, dicto, dictito, aduento, uentito, uicti-
to, dictum. Cap. x.

Dico DIcere ꝓprie eſt oratoꝝ, & elegãter fa
cũdeq; loquẽtium. Quĩtil. lib. x. Nã
mihi ne dicere qdem uidet: niſi qui
diſpoſite, ornate, copioſe dicit. Ci
ce. de officiis. Vt nonmõ litteraꝝ grecaꝝ ru-
des, ſed ẽt docti aliquantulũ ſe arbitrent ade-
ptos, & ad dicendũ, & ad iudicandũ: ideſt in
oratoria arte, & ĩ phĩa. Oẽs fere codices habẽt
diſcendũ, pro dicẽdum: qđ exẽplum ideo ſub
ieci potiſſimũ: ut uulgus emendarem unde di
ctio uocat oratoria & facũda oratio. Nam ab
illo generali huius uerbi ſignificato fit dictio:
Dicto quæ eſt uocabulum, ſiue uerbum. Ex ipſo uer
Dictito bo dico duo frequẽtatiua oriunt: dicto, & di-
ctito. ſed poſterius potius frequẽtatiuũ eſt: qđ
idem eſt, qđ frequẽtibus tẽporibus, frequenti-
buſq; locis dico, & narro. Alteꝝ aũt eſt, quod
dico: ſi id alter ſcribẽs accipiat: & manu ſtiloq;
notet. ut Cicero ad Atticũ quadam epiſtola te
ſtat ſe illam non ſcripſiſſe: ſed reparandi late-
ris gratia obãbulantem dictaſſe. Et Quin. deli-
tias dictãdi appellat ſentiẽs delicati, non labo-
rioſi eſſe dictare: nec accurate dictando ſcribi.
Ita ducta ſunt dicto, & dictito a dico: ut uẽtito,
Aduento & aduẽto a uenio: & eadem pene ratione ſigni
Ventito ficant. Nã uentitare eſt frequẽter uenire: aduen
tare uero ꝓximum iam eſſe uenicdo. Victitare
Victito aũt eodem mõ dicit: ſignificatq; non frequẽter
uiuere: ſed ueſci: & q̃ſi uictu uti: ſiue tali gene-
re uictus frequentiſſime, & fere ſemper uti. ut
Dictum Sarmatæ uictitant lacte. Dictum, & dicta de oĩ
ſermone intelligunt: ſed ſpecialem quoq; ſigni
ficationem habẽt pro dicaci ſermone: unde di-
cta eſt dicacitas: quã Quintil. ita deffinit. Di
cacitas eſt ſine dubio a dicendo: quæ ex oĩ ge-
nere cõi ducta eſt ꝓprie tñ ſignificat ſermonẽ
cum riſu aliquos inceſſentem. ideo Demoſthe,

nem urbanum fuiſſe dicunt: dicacem negant.

Dicacitas igitur (ut dicebam) ſermo cum riſu aliquos inceſſens dictum uocatur: quod græce dicitur σκωμμα: quale eſt Ciceronis. Niſi fortaſſe iure germanũ cimber occidit. Germani: quos francos nunc dici Hieronymus ait: & Cimbri nationes ſunt olim inter ſe diſſidentes. Cicero aũt de quodã, cui nomen erat Cimber: a quo frater occiſus eſt: loquit̃ captans riſum ex hac ipſa ambiguitate ſermonis. Et illud Terentiani Thraſonis in adoleſcẽtulum, quod Gnato uetus dictum crediſſe ſe ſimulat. i. ueterem facetiam, ac uetus ridiculum. Tute lepus es: & pulpamẽtum quæris. Valerius Martialis ad Domitianum. Cõſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triũphi: Materiã dictis nec pudet eſſe ducẽ. Qualia autẽ ſint dicta: quæ in ipm triumphãtem milites iaculari ſolebant: illud, qd Cæſari dictatori fuit decãtatũ: erit exẽplo. Cæſar triũphat: qui ſubegit Gallias: Nicomedes nõ triũphat: qui ſubegit Cæſarem. Illud ſubegit, Cæſarem, in quẽ dicit̃: mordet: & aliis, apud quos dicitur riſum mouet.

Epitome capitis xi.

ASCEN. ADORARE eſt geſtu corporis honorem ẽt ſine ore & uoce impendere. Supplicare licet a plico uenit: fit etiam ſine plicatione: ſed non ſine uoce. Vnde homini tantum competit Adorare ẽt brutis. Oramus autem & precamur uiuentia: adoramus & ſalutamus ẽt inanimata.

ADORO compoſitum ex ad & oro oras: ſignificat idem quod ueneror, precor, ſupplico: ut legitur Adoramus te Chriſte &c.

Adoro Supplico — Adoro, Supplico. Cap. xi.

ADorare ab oro, qd̃ eſt ore precor: cõponitur. ſupplicare a plico: qd̃ genu, poplitẽq;, aut ceruicem plicamus: cũ a potentiore aliquo magnũ quid petamus: & tñ adorare ſine ore, hoc eſt ſine uoce fit: nõ ſine plicatione genuũ, & geſtu corporis. Supplicare ſine plicatione genuũ, & geſtu corporis, nõ ſine ore, ac uoce. Hinc eſt quare ſupplicare tñ homini datur: adorare etiã multis, unde elephas, & fœnix, & alia quædã irrationabilia ſolem adorare dicunt̃. Noſq; rebus mutis, & ſenſu carẽtibus nõ ſupplicamus: ſed adorationis honorem exhibemus: ut regũ ſtatuis, ſignis, ueſtibus, lr̃is, aliiſq; ſimilibus: & præcipue imaginibus, picturiſq; tum dei, tum ſanctorum, tum ipſius etiã crucis, quã ſapientes adorant: ſtulti etiam orant. Quod de cruce, idem etiam de ſudario dico, cæteriſq; ſimilibus: idẽ de reliquiis ſanctorum: quorum corpora præſentia adoramus: animas uero abſentes oram⁹. Siquid autem ad hæc multa, quæ uidemus: dicimus: ſalutatione utimur: non precatione: quale eſt, ſalue ſancta crux.

Epitome capitis xii.

ASCEN. ASSVRgere eſt quouis modo ſe ad exhibendum alteri honorem exigere: unde cum datiuo fere conſtruitur.

Aſſurgo — Aſſurgo. Cap. xii.

ASſurgunt ſani: ut ſtẽt: aut: ut obuiam eant: aſſurgunt ægroti: ut ſedeãt: aut ut cubito innitantur: utroq; modo in alterius honorem, aut officii, aut beniuolentiæ cauſa hoc agẽtes. ideoq; fere adiũgit̃ datiuus: ut. aduenienti magiſtratui oẽs aſſurgimus, ẽt morbo affecti: uidelicet ob honorem. & pater, cũ iaceret in lecto: redeunti a peregrina militia filio aſſurrexit: optatiſſim⁹ illũ caput amplexurus, nẽpe ob charitatem.

Epitome capitis xiii.

ASCEN. SVSTVLI eſt aut habui ſeu genui filiũ, aut educaui, aut ſubmoui, aut ſurſum tuli: tollere enĩ eſt educare & capere atq; educere: unde ſuſtuli & tuli utrũq; ſignificat.

Tollo — Tollo. Cap. xiii.

SVſtuli filium ex uxore: ideſt habui filium. Item ſuſtuli filiũ: ideſt educaui & ab utroq; fit ſublatum. primum eſt a tollo, pro capio: ſecũdum a tollo, prõ educo. Paulus. Tãtum intelligẽdũ eſt de his legem ſentire, qui liberos tollere poſſunt. Itaq; ſi caſtratũ libertũ iureiurãdo qs adegerit: dicendũ eſt nõ puniri patronum hac lege. Et Quintilianus. Cupidus ego liberoꝝ: uxorẽ duxi: natũ ſuſtuli: filiũ educaui: i adoleſcẽtiam perduxi. Aliud eſt igit̃ hic ſuſtuliſſe, & educaſſe. Et alibi. Qui ex duobus legitimis alteꝝ in adoptionẽ dederat: alteꝝ abdicauerat: ſuſtulit notũ: ideſt habuit: quãquã parũ ꝓprie ſignifico, qd̃ uolo. Nã ut fœmina fere, cũ mater fit: dicit̃. peperit filiũ: ita uir, cum fit pater: dicitur ſuſtulit filium. Terentius. Quicquid peperiſſet: decreuerũt tollere: ideſt educare. Idẽ. Meminiſti me grauidam eſſe: & mihi te opere maximo: ſi puellam parerem nolle tolli. Chremes. Scio qd feceris: ſuſtuliſti. Eodẽ modo dicimus: tulit filium: ut ſuſtulit. Suetonius in Domitiani uita. Deide uxorem Domitiã, ex qua in ſecundo cõſulatu ſuo filium tulerat: repudiauit. Alia duo ſignificata notiora ſunt: quoꝝ alteꝝ eſt ſummouiſſe: ut Virgilius: Iubet & ſublata reponi Pocula: alteꝝ in altum tuliſſe: ut idem. Et ſublatum ſurgit in enſem.

Quæ duo declarãt ex illo in Neronẽ epigrãmate. Quis neget Aeneæ magni de ſtirpe Neronẽ? Suſtulit hic matrẽ: ſuſtulit ille patrẽ. Hic ſuſtulit matrẽ: qa occidit: & de medio abſtulit. ille ſuſtulit patrẽ ſupra humeros: quia ſupra humeros ſumpſit: uel ab incendio eripuit.

Epitome capitis xiiii.

ASCEN. PROVOCARE tam ad bonum q̃ ad malũ dicimus: laceſſare potius ad malum: ſed nõnunq̃ ẽt ad bonũ: eſt utrũq;

incitare ad concertationem.

Prouoco unde cõponitur. ¶ Prouoco autem: uidetur compoſitum a porro ſeu procul & uoco: ꝙ qui hoſtem irritat & ad pugnam ſeu certamen inuitat: eum prouocat. i. de lõge uocat: ſed dum in bonam partem accipitur: poteſt ẽt a longe poſito. qs prouocati. i. incitari ad bonum. Laceſſo unde deriuatur. Laceſſo aũt uidetur a lacero deductum: ideoqꝫ uidetur cõpetere ꝓpe ſtanti: quaſi ſit lacerando, & dirumpẽdo ueſtem ſeu indumenta quęq̃ ad iniuriã appellando incitare. Ideoqꝫ contra naturalem uerbi ſignificationem eſſet: ſi in bonum quoqꝫ partem accipiatur: niſi ꝙ amici non minus ueſtes noſtras lacerãt dum ad beneficium accipiendum nos inuitant: q̃ inimici dum iniuriam aut contumeliam inferũt. Neqꝫ uero hoc uerbum (de laceſſo loquor) deſideratiuum dici poteſt aut ẽt ut uiſo itionem & actũ talẽ corporis ſportare: nam laceſſimus præſentes. uiſimus aũt. i. uiſum imus abſentes quos præſentes uidemus. Sed ad auctorem redeo.

PETrus de FON. ¶ PROVOCO ꝓuocas: idẽ ꝙ a lõge uoco: ut Liui. lib. vii. Gallus magnitudine atqꝫ armis inſignis prouocat ꝑ interpretem unum ex Romanis qui ſeſium ferro decernat: aliqñ prouocare eſt inuita incitare optari, & hoc tam in bonum q̃ in malum: ut Cice. Tuis literis &c. Pli. Quãuis enim prouocatus iniuriis: nunq̃ tamen amicitia receſſit: & iungitur acto cũ ad. Cice. Alter ad ſenatum prouocaſſet: alter uero appellaſſet tribunos. Aliqñ ſine præpoſitione: ut Liuius: Non ita ſe inuidia pertimuiſſe: ut nihil in æquitate & miſericordia ciuium ſuorum ſpei habeat.

¶ Prouoco, Laceſſo. Cap. xiiii.

Prouoco. PRouoco in malam partem dicit, & in bonam. De mala notũ eſt. de bona uero Cicero ad Brutũ. Tuis literis amantiſſimis ſum prouocatus.

Laceſſo. Laceſſo plerũqꝫ in malum. ut idem. Sed iuſtitiæ primum munus ne cui quis noceat niſi laceſſitus iniuria. Sed nonnunquã & in bonum. ut idem. v. Tuſculanar. Tuis me amantiſſimis libris laceſſiſti. Et ad Atticũ lib. xiii. Cũ ipſe homo nunq̃ me laceſſiſſet: ideſt nunquã me libris ſuis prouocaſſet ad reſpondendũ. Eſt autem prouocare laceſſere, tentare ad pugnã, & ad concertationem.

¶ Epitome capitis. xv.

ASCEN. ¶ HIARE eſt ſua ſponte & externa aliqua ui diffindere ſe & aperiri. Hiſcere eſt os humanum aperire. Vnde accipitur pro loqui. Qui accepit pro dehiſcere: quod eſt etiam aperire ſeſe deorſum ac peſſum.

¶ Cæterum ſi hiſcere ſic differt ab hiare non recte ſentiunt: qui inchoatiuum aut meditatiuum ab hio ſentiunt ut Alexander: Sed dices hiſco cum regula formet hiaſco. Nõ enim ſignificat incipere hiare: ſed pro eo quod eſt aperio os: ut auctor ſentit dũtaxat humanũ: unde accipitur pro loq: ſed (ut mihi quidem uidet) ſubmiſſa uoce aut ſingultibus interrupta. Quinetiam ſi uerũ eſt quod Seruius dicit ad illud. i. Aenei. Omnes Accipiunt inimicum imbrem: rimiſqꝫ fatiſcunt: ideſt affatim: quod eſt abunde hiſcũt. Hiſcere etiam aliis q̃ uiri humano congruit: quia etiam naulum fiſſuris. Vnde fit dehiſcere quod eſt deorſum & peſſum hiſcere: ut Aeneidos. iiii. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbram &c. Competit terræ & rebus ſub nobis poſitis: uidetur hiſcere eiſdem competere poſſe. Sed auctor loquitur de conſuetudine recte loquentium: qui hiſcere ut plurimum homini: Hiare cæteris rebus attribuit. Dixi ſubmiſſa uoce. Vnde negationem ſæpe efflagitat, aut formidinẽ inuit. Iuue. Saty v. Duceris plãta uelut ictus ab Hercule Cacus: Et ponere foris ſi qd tentaueris unq̃ Hiſcere tãq̃ habeas tria noĩa. Addidi aut ſingultibus iterrupta: ut Aenei. iii. Vix pauca furẽti Subiicio & raris turbatus uocibus hiſco.

¶ Hio. Cap. xv.

Hio HIare eſt aliquid ſua ſe ſponte, & externa aliqua ui diffinderes: ut. tellus æſtu, & lingua ariditate, aut nimio calore hiant. Hiſcere eſt tantum oris, & quidem humani: accipiturqꝫ pro eo, quod eſt loqui: Hiſco aut os aperire ad loquendum. ſed fere per negationem: ut. coram illo non auderes hiſcere. qd nunc habes quod hiſcere audeas? Ouidius tamen poetice dixit. Hiſcere nempe tibi terra roganda foret. Cũ oratores ſoleãt potius dicere, dehiſcere: ideſt deorſum, peſſumqꝫ ſe aꝑire. Dehiſco

Epitome capitis. xvi.

¶ D. O. ꝗ̃ fidem: ideſt ſancte ꝓmitto. Habeo fidẽ: ideſt credo ſeu confido: hoc dicit: ſed libet nonnihil annotare. ASCEN.

¶ Annotatio Aſcenſiana.

Dare. ¶ Accipitur igitur dare (ut ex diuerſis locis annotauimus) multifariam: multiſqꝫ modis: ſed potiſſimum ſecundum adiũcta. Nam dare litteras aut epiſtulam eſt quaſi mittere, aut dare alicui perferendas ſeu perferendam. Dare epulum eſt facere conuiuium ſeu uiſcerationem. Iuuenalis: Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Dare uerba idem eſt quod imponere: hoc eſt decipere. Nam imponere cum datiuo ſignificat decipere, & facere falſum intelligere. Vnde Iuue. Saty. iiii. Facile eſt barbato imponere regi. Dare autem uerba ideo ſignificat decipere: ꝙ qui ea dat intelligitur non rem: ſed uerba dare quaſi uentis. Vnde Statius in Achilleide: Irrita uentoſæ rapiebãt uerba procellæ. Dare nuptum aut nuptui: eſt dare in matrimonium. Dare auxilium eſt auxiliari. Virgi. Da pater auxilium atqꝫ animis illabere noſtris. Dare ueniam eſt ignoſcere ac dimittere culpam. Dare poteſtatem eſt eam penitus aſſignare: ita ut danti uix maneat. Vnde qui poteſtatem aut facultatem communicant dũtaxat: dicuntur non dare ſed facere poteſtatem. Similiter dare fidem: ut hic dictum eſt: ſed ſancte promittere: tractum ab his qui fidem. i. fidelitatem coniugalem: dant. i. promittũt. Dare teſtem eſt eum aſſignare. Iuue. Da teſtem Romæ tam ſanctum q̃ fuit hoſpes. Numinis Idæi. Dare item per ſe eſt concedere aut permittere optanti: ut Quis dabit ut placida populus nos audiat aure. Quando uero dicit Teren. Thraſo Eſt iſtuc mihi datum profecto ut grata ſint quæ facio omnia ſignificat (ut inquit Donatus) a Deo: fatoqꝫ conceſſum. ut in illo Virgiliano: Non dabitur regnis eſto prohibere latinis. In eam quoqꝫ ſententiam uidetur poſſe accipi illud in prologo Andriæ. Id ſibi negotii credidit ſolum dari populo ut placerẽt quas feciſſet fabulas. Dare autem eſt (inquit Donatus) quod repetas. Dedere eſt ad perpetuum. Damus & amicis: dedimus tñ hoſtibus. Sed ad ſpecificandam hanc confuſionem ſolemus addere ſecundum datiuum: a quo uerbum ipſum peculiarem accipiat ſignificationem. Damus enim dono: ideſt in donum quod repetere nolumus. Damus mutuo res quæ conſumuntur, & reddi non poſſunt: ſed conſimiles æquali numero pondere, aut menſura: ut panem, caſeum, uinum, oleum. Damus cõmodato res quarum uſum commodamus eaſdem recepturi: ut ueſtes & inſtrumenta ſua: arma mechanica, aut etiam bellica. Quinetiam dare alicui quãuis rem uitio: eſt eiidem de ea uituperare. Dare honori, honorare. Dare laudi, laudare. Dare uoluptati ad uoluptatem. Præterea eſt ubi dare uideatur accipi pro dicere: ut in illo Virgi. in Buc. Attamẽ iſte Deus qui ſit da Tityre nobis. Verum alii uolunt dictum ẽſſe ſubaudiatur intelligere: ut ſit da intelligere: ſicut contra qui intelligere, aut intellectum dare uult dicit accipe: ut apud eundem Aenei. ii. Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab uno Diſce omnes. Sed accipere proprie eſt auribus percipere: ut apud Salu. Vrbem Romam ut accepimus &c. Poſſet etiam & aliis modis acceptum dici: ſed his modo cõtenti ſumus. Nã dare ſymbolum quod uulgus dicit ſoluere ſcotũ: ut

Imponere. (margin)

Dedere eſt ad perpetuum dare. (margin)

Comicus:Symbolum dicit.Et dare uela uentis:pro nauiga/re.Dare operam:ideſt diligentiam adhibere. Dare munus & dare ſacrificium.pro ſacrificare.ut apud Perſium: Quin da/mus id ſuperis de magna quod dare lance Nō poſſit magni Meſſalæ Lippa propago. Compoſitum ius faſq; animi &c. & conſimilia a uulgari ac propria nō decedunt ſignificatione. Sed ad auctorem tandem redeamus.

¶ Do fidem:habeo fidem. Cap.xvi.

Do fidem

DO fidem non eſt (ut multi nunc lo/quuntur)des fidem uerbis illius: & non dedit fidem illi ſecum tantis uer/bis loquenti. Hi uidētur ſignificare: quod non credatur uerbis illius: quod latine

Hēo fidē

dicitur fidem habere:loquendumq; ſit potius: habeas fidem uerbis illius. Nam dare fidem eſt aliquid ſancte promittere. ut Terentius. Grauidaq;:facta, fidem dat uxorem ſibi fore

Accipio fidem

hanc. Virgilius. Accipe, daq; fidem: ideſt: accipe ſponſionem ſanctam a me: & tu da mi/hi uiciſſim tuam. Quintilianus. Fidem ha/bes hominibus: quos mentiri alius affirmat.

Accius apud Ciceronem. Neq; dedi: ne/que do infideli fidem cuiquam: ideſt: non promiſi uere ex animo: quia ipſe meretur: ut uiciſſim fallatur.

¶ Epitome capitis.xvii.

ASCEN.

¶ PRAE ſe ferre eſt dicto,facto,aut geſtu qualitatem,aut animi opinionem de aliqua re indicare. Et item præfero: & præ me duco.Eſt etiā præ ſe:ante ſe:aut in cōparatione ſui.

¶ Præ ſe ferre. Cap.xvii.

Præ ſe ferre

PRæ ſe ferre eſt dicto, factone, & ipſa ſtatim fronte qualem opinionem de aliqua re, aut homine habeas, confi/teri. Quintilianus. Fiduciam igitur præ ſe ferat orator:ſemperq; ita dicat:tanq̄ de cauſa optime ſentiat: ideſt ex ipſo aſpectu ora toris: ex ipſa uoce: ex ipſa tota oratione elu/ceat fiducia: queadmodū qui pugnaturi ſunt, in uultu, & geſtu indicant tacitam uel formidi/nem, uel fiduciam: hoc eſt præ ſe ferunt fidu/ciam, formidinemue. Cicero. Nam ille, qui accepit iniuriam:meminit:& præ ſe fert: ideſt ait ſe accepiſſe iniuriam: uel ſe mentem perſe/quendæ iniuriæ habere oſtendit. Iterum. At beneficio uſus ſum tuo: quod quāquam illud ipſum, quod cōmemoras, præ me ſemper tuli: malui tamen me tibi deberi confiteri: quā cui/quam minus prudenti non ſatis gratus uideri.

Præ ſe ferre & confiteri pro eodem poſuit. In eundem ſenſum accipi ſolet præfero: item:

Præ me duco

præ me duco:præ me gero:ante me duxi.Idē.

Præ me gero

Et tamen cum ita uiuit:neminem præ ſe du/cit hominem. nisi accipiatur præ ſe ante ſe: uel in comparatione ſui. & alibi. Præ ſe utilita/tem gerit. & alibi. Tamen iniuriam a te in me factam ſemper ante me duxi.

¶ Epitome capitis.xviii.

ASCEN.

¶ RATIONEM alicuius habere eſt reſpectum habere dūtaxat in bonum.Rationem cum aliquo habere eſt cōmer cium ac negocium habere.Rationem cōſtare eſt legitimam rationem oſtendi:aut apparere oſtendi poſſe.

PET rus de FON.

¶ VNDE ratio q̄ a ſupio ratum dicit:& eſt uis illa ani/mi qua a cæteris animalibus homo diſiungitur: quæ diffini/ta ſic eſt mentis motio ad ea quæ diſcutiuntur diſtinguendi & connectendi potens: unde ab orant pnitur pro ratioci/natione, & diſcurſu animi ad inueſtigandum uerum. Cicero lib.2.ad Herē.Ratio eſt cauſa quæ demonſtrat uerum eſſe id quod intendimus breui ſubiectione:ut Sene. Quid eſt ratio niſi naturæ initio:aliquādo tamen nō ponitur pro reſpectu, ſeu cura.Cice. Planco:Peto a te ut me rationem habere, uel & ſalutis dignitatis:nec idem Cato rationem habet cum ter/ra:quæ nunq̄ recuſat imperium: & ad Atticum: Cum oībus muſis rationem habere cogito:aliquando pro cauſa.ut apud eundem:Si beſtia propter rationem belli quinq; dies & cæte/ra:aliquando pro modo, uia, & forma.ut Saluſt. At ego uo/bis inquit:ſi modo ultus eſſet. Ratio tamen aliquando dici/tur ſupputatio uel calculus ſiue expoſitio. Plau.in Aulu.Sup/putatur ratio cum argentario &c.

¶ Rationem habeo. Cap.xviii.

Rōnē hēo

RAtionem habeo:idem eſt, qd̄ reſpe/ctum habeo: ſed tm̄modo in bonū: ut. hōda eſt ratio ſalutis, ratio hono/ris, ratio rei familiaris:non aūt infir/mitatis, turpitudinis, incōmodorum:ut quoſdam annotaui ſcribentes:& tu facis contra rōne uali tudinis.i.non habes reſpectum ualitudinis, ſa/nitatis inquā, non ægritudinis: quæ duo hoc ſi/gnificat nomen: quæ exēpla, quia paſſim inue/niunt:omitto. Cicero inuſitatius inquit ad Ma riū. Pudori tn̄ malui cedere: quā ſaluti meæ

Ducere rationem

rōnem ducere. Et in ſcd̄o officiorum. Siue ra/tio conſtantiæ, uirtutiſq; ducit: aut hæc ars eſt: aut nulla omnino: per quam eam aſſequamur. Et hoc fit cum genitiuo: cū ablatiuo aūt præpoſi/ta præpoſitione cum, hēt aliam ſignificationē, ut Cicero in Catone maiore. Rōnem habet cū terra: quæ nunq̄ recuſat imperium: ideſt nego cium: & hēt cum terra cōmercium. qd̄ proba tur ex illo in Tuſculanis. Quis eſt oīum, qui modo cū muſis.i.cum humanitate, & doctrina habeat aliqd̄ cōmercium: qui ſe nō hūc mathe maticum malit, quā illum tyrānum? Idem ad Atticū. Nunc uero qm̄ ea, quæ putaui præcla ra: expertus ſum quā eſſent inania: cū oībus mu

Conſtare rationem

ſis rōnem habere cogito. Rationem conſtare (ut breuiter dicam) eſt æquam legitimamq; ra/tionem aut oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe. Plinius iunior. Mihi & tentandi aliqd, & ge/ſcendi illo auctore ratio conſtabit. & iterum. Mirum eſt quā ſingulis diebus in urbe ratio conſtet: aut conſtare uideatur pluribus cunctiſq; non conſtat. Vlpianus. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit: rationem ei cōſtare opor tet: ideſt: rationem eum iuſtam, aut oſtende/re, aut facile poſſe oſtendere.

¶ Epitome capitis.xix.

ASCEN. ¶ E R E Pub.i.pro repub eſt:non ex re:tollitur enim x,ſere ſequente r,ut E regione.i.ex oppoſito:uel ex aduerſo.e re noſtra:ideſt utilitate.e dignitate quoq;:ideſt ad dignitatem,uel pro dignitate:& ita in ſimilibus.Ex tempore dicere:ideſt improuiſo.e renibus laborare:eſt morbum in renibus pati . Ex uinculis dicere : eſt alligatum reſpondere criminationibus. Ex equo pugnare:eſt ſedentem in equo pugnare.

¶ E republica,e regione.ex tẽpore. Cap xix.

E republica

E Republica eſt:ideſt ꝓ republica eſt. Q uintilianus. Ad hoc nemo dubitauit:quin,ſi nocẽtes mutari in bonã mentem aliquo modo poſſunt:ſicut poſſe conceditᵣ:ſaluos eſſe eos magis e republica ſit,q̃ puniri. E repu.dicẽdum eſt:ut in oratore Cicero teſtatᵣ:nõ ex repu. Tollitᵣ enim x ſicut in oĩbus fit fere:quæ ab r incipiunt:ut e regione.i.ex oppoſito:uel ex aduerſo atq; cõtrario: non ex regione:e re mea:e re tua:e re nr̃a. Liui. lib.xxxii. Perinde ac ſi nõ poſtularent: quæ e re ſua eſſent:ſed ſuaſerint quæ nobis cenſerẽt utilia eſſe. Similiter e dignitate,ex utilitate,ex uſu pro eo,quod eſſet,pro dignitate,uel ad dignitatem,utilitatem,uſum. Cicero. Ex tua,ac reipub.dignitate facies. & alibi. Legem (ut æquum eſt)ex utilitate reip.conſiderate. Terentius. Q uod ex uſu fiet. Cæſar in cõmentariis. Verum prælium cõmitti ex uſu ſit. Ex tẽpore dicere eſt ex improuiſo,& impræmeditatum dicere:nec domi cõpoſitam orationem afferre.hinc uocatur extemporalis oratio. Perſius etiam ait ex tempore uiuere : ex tp̃e quoq; agere. Cicero offi.ii. Q uos credimus expeditę rem,& cõſilium ex tempore capere poſſe. Aliter idem in.iii. eiuſdem operis lib. dixit. Vnius generis quæſtiones ſunt hæ oẽs , in quibus ex tempore officium quæritur. ex tẽpore: quaſi ex temporis conditione. E renibus laborabat.idem inquit:hoc eſt morbum in renibus patiebatur . Ex uinculis cauſam dicere eſt alligatum reſpondere criminibus: ut ex equo pugnare eſt in equo ſedentem pugnare.

E quibus cum ſis

Ex tp̃e

¶ Epitome capitis.xx.

ASCEN. ¶ AESTIMO, & confidero,& apprecior,exiſtimo,iudico.Sicut agito animo uoluo,excogito,inuenio.

¶ Aeſtimo,exiſtimo,cogito,excogito. C.xx.

Aeſtimo
Exiſtimo
Cogito
Excogito

A Eſtimo,& exiſtimo a pleriſq; cõfunduntur:cum diuerſa ſint: ſicut cogito,& excogito . Ante enim eſt cogitate:deinde excogitate:licet nõ quicũq; cogitat:ſtatim & excogitat . Ita prius rem æſtimamus:deinde q̃lis ſit,exiſtimamus. Aeſtimate enim eſt cõſiderare:exiſtimare uero iudicare. Q uintilianus. Cõſumptis affectibus nõ repetiens quo digne modo uultum patris poſſet exprimere:uelauit eiꝰ caput:& ſuo cuiuſq; animo dedit æſtimãdum. Cicero de legibus. Siſenna eius amicus omnes adhuc ſcriptores,niſi qui forte nondum ediderunt:de quibus æſtimare non poſſumus:facile ſupauit. Et in Verrinis. Expedite hæc:atq; æſtimate. Vnde dictum eſt ęſtimare pro taxare ab æs eris:& τιμη græce:quod eſt precium latine. Oui.iii.de triſtibus libro. Q uod quicunq; leget:ſi quis leget:æſtimet ante Compoſitum quo ſit tempore,quoq; loco.

¶ Epitome capitis.xxi.

¶ CONIVRO & conſpiro in malam partem accipiuntur:ſed ſi legitima eſt ratio etiam in bonam:ſed conſpiratio aliquando ſine alterius fit pernicie:coniuratio nunq̃. ASCEN.

¶ Coniurare,conſpirare. Cap.xxi.

Cõiurare
Cõſpirare

C Oniurare , & conſpitare fere in malum accipiuntur: quotiens in patriã, aut bonum principem coniuratio fit, atq; conſpiratio.ſed ſi honeſta cauſa id fiat:in bonum etiam accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad Porſenam regem inquit.

Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ:ut in te hac uia graſſaremur. Et Cicero ad Cæſarem pro Ligario , Fratrum conſpirationem dixit,quaſi unanimitatem. Verum conſpiratio , ut in hoc ipſo loco,nonnunquam nemini pernitioſa eſt : in neminemq; graſſatur. Coniuratio ſemper in alterius perniciem graſſari ſolet.

Conſpiratio

Coniuratio

¶ Epitome capitis.xxii.

¶ CORDI eſſe eſt delectare & complacere:ſed in animo eſſe eſt uelle,aut conſtituere. ASCEN.

¶ Cordi eſt:in animo eſt. Cap.xxii.

Cordi eſt
In aĩo eſt.

C Ordi eſt : & in aĩo eſt,differũt. Nãq; hoc ſm notum eſt ſignificare : in aĩo habeo:uel animus eſt mihi:uel uolo, atq; conſtituo.ut ad Terentiam Cicero. Nam mihi erat in animo mittere ad Dolobellam. Illud uero eſt delectari & placet.ut idem. Itaq; non tam me iſta ſapientiæ , q̃ modo Fannius cõmemorauit : fama delectat,falſa præſertim:quam quod ſpero amicitiæ noſtræ memoriam ſempiternam fore.ideoq; eo mihi magis eſt cordi : quod ex omnibus ſæculis uix tria,aut quattuor numerãtur paria amicorum: quo in genere ſperare uideor Scipionis,& Lælii amicitiam poſteritati notam fore: ideſt eo magis me delectat,& placet. Terentius. Si tibi hæ nuptiæ ſunt cordi . & alibi. Q uia uterq; utriq; eſt cordi: ideſt nuptiæ iucundæ ſunt tibi:& uterq; alterum amat.

¶ Epitome capitis.xxiii.

¶ INVERTERE eſt quaſi ad contrarium uertere:& interiora , & exteriora facere : interuertere rem dolo non reſtituendam efficere : quaſi in alienum uſum uertere . Idem inuertere accipitur à nonnullis pro deprauare quaſi peruertere. ASCEN.

¶ Inuertere. Cap. xxiii.

Inuerto

Interuerto

INuertere eſt quaſi in cōtrarium uertere: ut interiora ueſtis, aut pellis, aut aliarum rerum exteriora facere: præpoſtereque uerba pronūciare: ut pro lauo, uola. Et interuertere eſt rē, aut cōmodatā, aut depoſitam, aut creditam, callide, doloque ne dn̄o reſtituat efficere. ut Cicero in Verrē. Cādelabrū, quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tuleratā Verre, qui illud cōmodato à rege acceperat: interuerſum eſſe conqueritur. Marcellus iuriſconſultus. Si duo, inquit, hæredes rem apud defunctum depoſitā dolo interuerterint.

¶ Epitome capitis xxiiii.

ASCEN. ¶ COMPERTVM eſt mihi & exploratum eſt: item cōperi & exploraui idem ſunt. i. per inueſtigationem ſcio. ſed exploraui ſæpe accipitur pro inueni: eum exploro ſit inquiro ſagaciter. unde exploratores ſubtiles indagatores & inquiſitores. Item cōſtitutum eſt: deliberatum eſt: decretum eſt mihi: cōſtitui ac decreui idem ſunt: hoc eſt cogitādo firmatum eſt. Sed deliberaui non eſt idem quod conſtitui aut decreui: ſed diquiſiui, dubitauique. Similiter exigo i. iure quodā poſtulo ſed exegit & exactum eſt: eſt poſtulando obtinui & poſtulando obtentum eſt. Item quæſitum eſt. i. partum & acquiſitum eſt: cum quærere ſit inquirere. Eſt tamen etiam quaſi accumulare. Hora. Quærit & inuentis miſer abſtinet & timet uti.

¶ Cōpertum eſſe: exploratam eſſe. Ca. xxiiii.

Cōptū eſt Exploratum eſt Conſtitutum eſt

COmpertum eſt mihi: & exploratum eſt mihi, idē eſt, quod ſcio per inueſtigationē. Similiter cōperi: & exploraui. Conſtitutum eſt mihi: deliberatū eſt mihi: decretum eſt mihi: idem, qd apud me cogitādo firmatum eſt. Similiter cōſtitui: & decreui. At non ita deliberaui. Poſſum namque deliberaſſe: & nihil tamen cōſtituiſſe. Quintilianus in ægro redempto. Oderitis licet confeſſionem meā: deliberaui: hoc eſt: dubitaui: & hæſitaui. Itaque differt: an dicamus ſenatus deliberauit: an ſenatui deliberatum eſt: ideſt decreuit. Plinius iunior. Tum ego, ſi fixū iſtud tibi, ac deliberatum eſt: ſequar te. Cicero in Verrem. Deliberatum autē eſt: ſi res opinionem meā, quam de uobis habeo, fefellerit: nonmodo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrumpendi iudicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. Exploraui tamē pro inueni fere accipitur: cum exploro idem eſt, quod inquiro ſagaciter: unde exploratores. Idem fit in nonnullis aliis: ut exigo, quod uehementer, & iure quodam poſtulo. Inde exigi exactum: quod poſtulando optinui: & poſtulando optentum: tale eſt quæſitum, pro partum, a quæro.

Exigo

¶ Epitome capitis xxv.

ASCEN. ¶ FOENERor tibi i. pecuniā: aut aliud p fœnore ſeu uſura do. Mutuo tibi: i. mutuo do. fœneror abs te. i. mutuo accipio. ¶ Id aūt proprie nam interdum confundunt: unde Mancinellus. Fœnero & fœneror idē ſignificant. Seneca Epla. ca. 2. Quātum paſcat aut fœneretur. i. ad uſuram det. Epiſtola. 12. Multum ſerit: multum fœnerat &c. Cice. item in Lælio inqt: Vt enim benefici, liberaleſque ſumus: non ut exigamus grām: neque enim beneficium fœneramur. ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Sic amicitiam non ſpe mercedis adducti: ſed quod ois eius fructus in ipſo amore ineſt: expetendam putamus. Et Prouerbiorum 19. Fœneratur domino qui miſeretur pauperis. Au. Gellius item lib. 17. ca. 12. ſcribit: Fœneror pro fœnero dictum eſt ſicuti aſſentior pro aſſentio. & pigneror pro pignero. & Feſtus inquit: fœnero & fœneror dici poteſt. Sciēdum tamen eſt fœnero tibi, & fœneror tibi: ut ſuperius patuit idem eſſe. Fœneror autem a te aliud ſignificare. nam idem eſt quod ad uſuram accipio. legimus enim lib. 31. Digeſtorum prope finem. Si autem aliquis eorum uoluerit uendere partem ſuam (domo ſupple) uel fœnerari ſuper eam: poteſtatem habeat uendere cohæredi ſuo: & fœnerari ab eo. Inueniuntur autem plura eadem terminatione diuerſa ſignificare: diuerſis quidem caſibus: ut comitor illum actiua ſignificatione. Comitor ab illo paſſiua. Præterea mutuo & mutuor idem ſignificant: ſicuti fœneror & fœnero: ut dicimus. Sene. enim Epiſto. 82 inquit: Quanto hilarior eſt qui ſoluit: quam qui mutuat &c. ideſt qui mutuo accipit. Priſcianus etiam libro octauo ſcribit: Quod multa ancipiti terminatione in una eademque ſignificatione protulerunt antiqui. ut partio & partior: meridio & meridior. mutuo & mutuor. Quod quidem Iſidorus non ignorauit: ait enim li. 20. ca. 7. ſic. Sed utrū Latini a Græcis: an Græci a Latinis hæc uocabula mutuati ſint incertum eſt.

¶ Inter fœnero, & fœneror: mutuo, & mutuor. Cap. xxv.

Fœnero Fœneror Mutuo Mutuor

FOenero tibi dicitur: ſicut mutuo tibi: fœneror abs te: ſicut mutuor abs te. Qui mutuat pecuniā: dat mutuo: qui fœnerat pecuniā dat ad uſuram: qui mutuatur pecuniam, mutuo accipit: qui fœneratur: pecuniam ad uſuram accipit.

¶ Epitome capitis xxvi.

¶ GRATVM facere non eſt trāſitum facere ſed quaſi ſcalas & gradū ad aliquā rem facere uſi & gradū facere quidam dicunt. & Cice. Aditum facere & munire pro eodem dixit. ASCEN.

¶ Gradum facere. Cap. xxvi.

Gradū facere

GRadum facere, non eſt trāſitum facere: ſed aliquam rem gradum, et quaſi ſcalam ad alia facere. ideoque a quibuſdam dicit gradum facere: ut ſi riuum trāſire, ſi in arborem, feneſtrāue, aut tectū ſcandere uelim: ex ſaxo, aut ſcamno, aliquaue alia re gradum facio. ut apud Quintilianum. Namque & illud frequens eſt: ut ea, quibus minus cōfidimus: cum tractata ſunt: omittamus: interim ſponte noſtra uelut donātes interim ad ea, quæ ſunt potentiora gradum ex his feciſſe contenti. Hoc eodem modo Ambroſius in libro officiorum utit. Cicero contra Rullum. Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera actum intelligetis. Idē pro Cluentio. Anteq̄ ad hoc nefarium facinus accederet: aditum ſibi aliis ſceleribus ante muniuit.

¶ Epitome capitis xxvii.

¶ CERTVM eſt. i. manifeſtum eſt aut decretum & deliberatum eſt: ſed poſterius fere cum infinitiuo: & cum datiuo expreſſo, uel ſubintellecto dicimus. ASCEN.

Certum eſt. Cap.xxvii.

Certū eſt. Certum eſt, nonmodo accipitur pro manifeſtū ſtiut Quintilianus: Népe legem eſſe certum eſt: ſed etiam pro deliberatum, & cōſtitutum eſt. In quo ſecundo plerūq; adiungitur datiuus cū infinito: ut certum eſt mihi ire in Hiſpaniam. nonnunquam datiuus ſubintelligitur: ut apud Virgilium. Certum eſt in ſyluis, inter ſpelæa ferarum Male pati: ideſt mihi.

Epitome capitis.xxviii.

AS CEN. LICEOR & licitor fere pro eodem accepta ſignificāt precium deferre: ſeu (ut dicunt) præſentare in auctione: ideſt publica uenditione facienda: ſic tamen proprie ut qui licetur ſemel dūtaxat: aut ſine reſpectu aliorum precium deferat qui licitatur frequenter & cum reſpectu. Curtius tamen ſine auctione ac reſpectu licitamini dixit. Pollicere autem ſignificat aliquid ultro promittere quaſi ut pollicenti quid addicatur. Addicere enim eſt per licitationem uendere: aut uenditum conſignare: unde addicti ſunt qui iuſſu prætoris cum ſoluendo non eſſent, creditoribus uendebantur: ſeu adiudicabantur. **Addictus morti qd eſt.** Addictus morti eſt eidem deſtinatus.

Liceor ergo actiuam habet ſignificationem. Eſt enim deponentale: ſed hoc uult paſſiuam habere. unde eſt uerſiculus: Non licet aſſe mihi: qui me non aſſe licetur: ideſt nō æſtimatur a me precio aſſis: qui non æſtimat me aſſe.

Liceor, addico. Cap.xxviii.

Liceor Liceor uidet carere præterito: tamen, quaſi præteritum habeat, format a ſe frequētatiuum, ſed eiuſdem tñ ſignificationis, licitor: unde ſunt participia **Licitor** licitans, & licitaturus. Vtriuſq; igit uerbi ſignificatio eſt pcium deferre in auctione facienda: hoc eſt in uēditione, quæ publice fit. Hinc unū cōpoſitum fit polliceor, non multum a primitiua ſignificatione diſſidens. Eſt enim polliceri aliquid ultro promittere. Ita qui licentur: aut licitantur: ultro pro re emenda pcium alius alio maius pollicet: ut ſibi potius, q̃ alteri uenalia addicantur. Nam tali modo uendere addicere **Addico** eſt. & inde apud iuriſconſultos de in diē adiectione eſt titulus: quem noſtri iuriſperiti emendant: de in diem adiectione: non uerbum modo, ſed ſententiam quoq;, atq; ius ipſum corrūpentes. Afferamus ergo exempla utriuſq; uerbi. Vlpianus. Si res eius uenierit: & exiſtat, q plus liceat: an in integrum propter lucrum reſtituendum ſit? & quottidie prætores reſtituūt: ut rurſum admittat licitatio. Caius. Licita **Licitatio** tio uectigalium, quæ calorē licitantis ultra modum ſolitæ conditionis inflauit: ita demū admittenda eſt: ſi fideiuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitationem uicerit: offerre paratus ſit. ad conducendum uectigal inuitus nemo compellitur. & ideo impleto tempore conditionis licitatores alloquendi ſunt. Licitatores uectigalium ad iterandam conditionem antequam ſuperiori conditioni ſatiſfaciant admittendi non ſunt. Paulus. Si uenditor ſimulauerit meliorem allatam conditionem: cum minoris, uel etiam tantidem alii uenderet: utriq; emptori in ſolidum erit obligatus. Sed ſi emptor alium non idoneum ſubiecit: eiq; fundus addictus eſt: non uideo, inquit, quemadmodum priori ſit emptus: cum alia conditio, & natura ſubſecuta eſt. Sed ſi neuter ſubiecit emptorem: maiore autem pcio addictum eſt prædium ei, qui ſoluendo non eſt: habitū eſt a priore emptione: quia ea intelligit melior: quā uenditor comprobauit: cui licuit non adiicere.

Quibus ex uerbis intelligit quid ſibi uelit illud Ciceronis in offi. lib. iii. Non licitatorem uenditor, nec qui cōtra ſe liceat, emptor apponet. Idem pro Cæcinna. Cum eſſet, ut dicere inſtitueram, cōſtituta auctio Romæ: mulier mādat: ut fundum ſibi emant. Ebutio negociū dat: ideſt ad tabulam licet Eburius. Deterrent emptores multi, partim gratia Ceſeniæ, partim precio. fundus addicitur Ebutio. pecuniam argentarius promittit. quo teſtimonio nunc uie optimus uiit ſibi emptum eſſe. quaſi uero nos aut ei negemus ad dictum: aut tum quiſquā fuerit, qui dubitaret quin emeret Ceſeniæ. quem ut plerīq; ſcirent: omnes audiiſſent: cum pecunia Ceſeniæ ex illo hæreditate deberet: eam porro in prædiis collocari maxime expediret. Eſſent autem prædia: quæ mulieri maxime cō uenirent ea ueniretur liceret is, quem Ceſeniæ dare operam nemo miraret. Quintilia. de paſtu cadauerum. Si nobis nihil ex cōmeatu noſtro partiris: nos uicinæ ciuitati uēdemus: liceat ſeruire, ubi frumentum eſt. Non exigua res eſt: prouita, pro ſepultura, pro innocentia licemur. Idem in ægro redempto. Omnes facultates in pcia colligimus, ſeruulos, penates, & omnia utiliora pperanti feſtinatione parentes addixi. Inde addicti apud ueteres dicebantur: qui prætoris pnunciatione, ac iuſſu, cū ſoluendo non eſſent: creditoribus uendebant. de quibus magna apud Liuium fit mentio. & addictus morti deſtinatus dicit. Cicero offi. lib. iii.

Et is, qui morti addictus eēt: paucos ſibi dies cōmendandorum ſuorum cauſa poſtulaſſet: uas factus eſt alter. Aliquando ſine auctione fit licitatio: ut apud Curtium de Dario: qui pollicebatur pcium pro capite Alexandri: ſiquis eum dolo occidiſſet. Ita inqt. Et cum habeatis armata licitamini hoſtium capita. Si qd tñ inter liceri, & licitari differt: qd liceri uidet, aut ſine reſpectu eſſe aliorum emere uolentium: aut tantū ſemel deferre precium: licitari uero cum

multis, & ſæpius augere preciumiut emere uolentes detereas ab emendo.

℃Epitome capitis.xxix.

ASCEN. Audio Exaudio ℃AVDIRE & exaudire indifferenter tam pro eo quod eſt auribus percipere: q̃ pro eo quod eſt petenti annuere & concedere accipiuntur. Audire tamen frequenter accipitur pro eo quod eſt fidem habere: & acquieſcere: ſeu parere præcipienti: idq; fere cũ negatione: & frequentius per dictionem audiendus. Nonnunquã etiam audio ſignificat fateor: ideoq; ſæpe auditum legitur. Exorare eſt orando impetrare: unde multi orant: qui non exorant: unde dicendum eſſet: Oramus te deus: non exoramus. Aut ſic: Sine aut permitte te exorari.

℃Eodem quoq; modo dicunt quidam multos audiri qui non exaudiuntur: quaſi audiri ſit tantum auribus percipi. Exaudiri cum impetratione. Sed exaudiri pro expreſſe audiri legitur: ut in illo Georgi. Vox quoq; per lucos uulgo exaudita ſilentis. Nihilominus propria ſignificatio eſt audiri cum impetratione: unde petimus: Domine exaudi orationem meam &c.

℃Audio: & exaudio: exoro. Cap.xxix.

Audio Exaudio AVdio, & exaudio indifferenter ponunt pro duplici ſignificatione. Vna pro eo, quod eſt, auribus accipio. altera pro eo, quod eſt, audita petenti cõcedo: ut. uiſa ſum audire uocem militis. Et. Vox quoq; per lucos uulgo exaudita ſilentes. Item. Audiit & cæli genitor de parte ſiniſtra: Intonuit læuum: & nulli exaudita deorum Vota, precesq; meæ. Audio tamen frequenter accipitur pro eo, quo eſt credo, accedo, pareo præcipienti: ſed fere cum negatione: & frequentius per participium, quod tranſit in nomen: quod eſt audiendus. ut apud Quintilianum. Nec audiendi quidam: quorum eſt Albutius: qui tris modo primas eſſe uoluit: quia memoria, atq; actio natura, non arte contingant. Audiendus noneſt, idem eſt, quod, audiri non debet. Ideoq; licebit dicere. Neq; uero quoſdam, quorum eſt Albutius: audire debemus ſine participio. Cicero Tuſcula. lib. i. Nec Homerum audio: qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam. Sine negatione idem in eodem. Endymion uero, ſi fabulas audire uolumus: neſcio quando in Lycio obdormiuit. Sed coniunctio hæc tacitam quandam in ſe habet negationem. Aut certe idem hoc loco dicemus: quod diximus lib. iii. de ullus. Sed nonnunq̃ ſine negatione apte dicitur: ut apud Liuium. Ciuem tuum non audiſti arma capeſſere ac ſe qui ſe iubentem: Hãnibalem paulo poſt audiſti caſtra prodi: & arma tradi iubentem. Audio inſuper pro fateor. quæ ſimilis ſignificatio ſuperiori eſt. Ideo ſæpe ſic ſcriptum legimus: audio, & fateor: quaſi poſterius declaret

Exoro primum. Exoraui hoc munus: idem eſt, quod orando impetraui: exoraui patrem: ideſt orando induxi: quod licet etiam pueris notum eſt, quippe Terentium legẽtibus, ubi hoc uerbum mil: es eſt: nec unquam reperietur aliter acceptum: tamen quidam ſic loquuntur. Exoramus te deus.

℃Epitome capitis.xxx.

ASCEN. ℃VERBA compoſita cum, per, important effectum & conſumationem ſignificationis ſuæ: ut perlego ad finẽ uſq; lego. Perfero ad finem uſq; fero: ideſt porto aut tolero. Peruigilo totum tempus uigilo: tam diurnum q̃ nocturnum. Pernocto totam noctem duco inſomnem: unde pernox Luna. Peroro orationem concludo: aut perorando afficio & cõmoueo: unde peroratio, aut concluſio orationis, aut commotio affectuum. Perago ad finem ago. Perago reum: ideſt ad condemnationem uſq; ago. Perſuadeo: ideſt ſuadendo induco ad perſuaſionem: ideſt fidem & credulitatem uſq;: unde fides chriſtiana perſuaſio recte dici poſſet. Diſſuadeo autem eſt contrarium eius quod eſt ſuadeo: ſed utrunq; ſine effectu: ideſt ſine perſuaſione: unde ſi is quẽ dehortatus ſum mihi credidit: non dicam diſſuaſi hoc illi: ſed perſuaſi ne hoc illi faceret. Permaneo ad finem uſq; maneo. Perſcribo ad finem uſq; ſcribo.

℃Lego, plego: ſcribere, pſcribere. Cap.xxx.

Lego Perlego LEgo, & perlego differunt: & multa huiuſmodi. Legere quid ſit, notum eſt. perlegere uero ad finem uſq; legere. ut Quintilianus in duodecimo. Ideoq; opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod uidere non eſt ſatis: perlegendum erit. Ouidius. Perlegis? an coniunx prohibet noua? Lactantius in procemio lib. v. Nõ iniuſte peteremus ſi quis erit, qui iciderit in hæc: ſi legit: perlegat. Ita differt ſcribere, & perſcri

Scribere. pſcribere. bere: quæ exempla ſunt plurima. T. Liuius libro primo ſtatim in pœmio. Facturus ne opere precium ſim, ſi a primordio res geſtas populi Romani perſcripſerim. Perferre uſq; ad cõ

Perfero ſtitutum finem ferre. Virgilius. Nec ſpacium euaſit: nec totum pertulit ictum. Et multi ferunt litteras: ſed eas uel negligentia, uel dolo, uel caſu non perferunt. Cicero. Sed nuncius ille, qui litteras accepit: non pertulit. Seneca in tragœdiis. Leue eſt miſerias ferre. Perferre autem graue: ideſt ad ſpacium temporis in miſeriis eſſe leue eſt: eaſq; ad finẽ uero uitæ uſq; graue eſt: ut in illo ſimili exẽplo Martialis. Nam

Vigilo Peruigilo uigilare leue eſt: puigilare graue: hoc eſt partem noctis uigilare leue eſt: uſq; ad finem uero, & totã noctem inſomnẽ ducere graue. Quod dicit etiam pnoctare: ut & pnox. quod a puigilando ita differt: quod hoc interdiu quoq; fieri poteſt: illud uero rantummodo noctu: quanquam pernoctare uigilantes facere poſſumus: ideſt totam noctem ducere. Peruigil draco di

Peruigil ctus eſt: non quia pernox eſſet: ſed quod nunq̃

Peragere reum dormiret, ſemper uigilaret: Peragere reum eſt non tãtum agere reum: niſi puenias ad illius cõdemnationem. Dicit enim accuſator reum cõdẽnaſſe: cũ illũ condẽnandũ curauit. Vlpianus.

Perorో Peregiſſe autem quis reum non aliter uidetur: niſi & condemnauerit. Perorare finem oratio nis orare, unde peroratio orationis dicit̃ finis. Sed quia in hac parte utimur plerunq; affecti/ bus: ideo uſurpamus interdũ perorare pro ipſa commotione affectuum. ut Quintilianus. At iſta legem recitat: & in cadauere filii perorat: idest idignationem cõmouet.

Perſua/deo Perſuadere eſt ſuadendo inducere. ut Cicero in Philippicis. Duo tamen tempora inciderunt: quibus aliqd contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim: ea uelim reprehendas: ſi potes. Vnum: ne quinquẽnii imperium Cæſari prorogaretur. Alterum: ne pa/ teretur fieri ut abſentis eius ratio haberet̃. quo/ rum ſi utriuis perſuaſiſſem: in has miſerias nũ/ quam incidiſſemus. Suaſit ergo & non pſua/ ſit Cicero Pompeio. Ideoq; dicere ſolemus: ſic mihi perſuadeo: non autem: ſic mihi ſuadeo. Et perſuaſum habeo. pſuaſum enim eſt mihi: non autem ſuaſum habeo: ſuaſum eſt mihi. Idẽ ad Brutum. Perſuaſum eſt adoleſcenti, & ma xime per me: niſi Antonio eiecto rempu. ſtare non poſſe. Ille tñ, qui aliis, ſiue alios (utrunq; enim dicimus) perſuaſit: non perſuaſor eius ſen tentiæ appellari ſolet: ſed auctor. Cicero li. iii. officioꝝ. Atq; huius deditionis ipſe Poſthu/ mus, qui debebat̃: ſuaſor, & auctor fuit. Qua/ ſi dixiſſet ſuaſor, & perſuaſor. Apud Quinti/ lianum autem, cæteroſq; ſui temporis dicitur perſuaſio pro certa opinione, atq; ſentẽtia: quã nobis perſuàſimus: ut lib. i.

Perſuaſio Siqua publice eſt recepta pſuaſio. Quæ (quãtum ego ſentio) id ſignificare uidetur, quod Chriſtiani dicunt fidem: & ſi originem græcam inquiramus: ne/

Fides ſcio an cõmodius dicamus perſuaſio, quam fi/ des: præſertim re ipſa pro nobis faciente. Fides enim proprie latine dicitur probatio: ut. facio fi dem per inſtrumenta, per argumẽta, per teſtes. Religio autem chriſtiana non probatione niti/ tur: ſed perſuaſione: quæ præſtantior eſt, quam probatio. Nam ſæpe probationibus non addu/ cimur: ut malus ſeru⁹, malus filius, mala uxor, optimo conſilio, quod confutare nõ poteſt: nõ tamẽ acquieſcit. Qui perſuaſus eſt: plane acqe/ ſcit: nec ulteriorem probationẽ deſiderat. Nõ ſolum enim ſibi probatum putat: ſed ſeſe com/ motum ad ea exequenda intelligit. Sed quia fi/ des etiam (ut ſic dicam) pro credulitate accipi/ tur: quale eſt: habeo tibi fidem: recte etiam no/ ſtra religio nominata eſt fides: ſicut a Græcis πιστις. Veꝝ eo, unñ egreſſi ſumus, reuertamur. Perſuadere eſt i effectu: ſuadere aũt i actu. Itẽq; diſſuadere. Itaq; nõnulli peccãt: cũ dicunt: diſ/ ſuaſi hoc illi: pro eo, qđ eſt: reuocaui ab opinio ne in qua erat. Siqdem pro hoc ſenſu dicimus: perſuaſi ne faceret: ſicut e diuerſo: perſuaſi ut faceret. Quare ſuaſor, & diſſuaſor, niſi perſua deat: nihil effecerũt. Quintilianus. Ergo pars deliberatiua, quæ eadem ſuaſoria dicitur: de tẽ pore futuro conſultat: quærit etiam de præte/ rito: officiis conſtat duobus: ſuadẽdi, & diſſua/ dendi. Deliberatiuũ gen⁹

Non dixit perſuadendi: quoniam non eſt officium oratoris potiſſimum in euẽtu: qua/ lis eſt perſuaſio: neq; eſt eius ars pſuadendi: ſed ſuadendi & diſſuadendi in deliberatiuo gene/ re: in uniuerſum autem benedicẽdi: quod eſt in actu: non in euentu. Oratoris officium. Præterea deliberatio uoca tur ſuaſoria: quoniam utrinq; ſuadetur. Qui enim diſſuadet: nihil aliud, quã e contrario ſua/ det. Cicero in Catone maiore. Diſſuaſimus nos. deinde ut ſcias finem, euentumq; diſſua/ ſionis: ſubiunxit. Itaq; lex popularis ſuffragiis populi repudiata eſt: idest diſſuaſimus: etiam diſſuadendo ne fieret perſuaſimus. Quantum errent philoſophi noſtri, quorum eſt Albertus: cum de comparatione dialecticæ, & rhetori/ cæ diſputant: huius uerbi ſignificationem ne/ ſcientes, quiſquis illos legit intelligit. Perma nere eſt uſq; ad finem manere. Plinius iunior. Permanere

Tunc demum lente, cunctanterq; ueniunt: nec tamen permanent: ſed ante finem recedũt: alii diſſimulanter, & furtim: alii ſimpliciter, & libenter.

℄Epitome capitis. xxxi.

℄PER In cõpoſitione multifariam accipi ſolet. Primo in malam partem: ut periurus, pfidus, pertinax, perfuga, perdi/ tus, percitus, peruerſus, perpelſus. Secundo per medium: ut p/ luceo, ſeu pelluceo, plucidum, pellucens: pro quibus trãſ lu/ ceo, trãſ lucens, tranſ lucidũ a Pli. dicunt̃, Perfluo, perpluo. Tertio pro ualde, ut augeat: ut permagnus, periucũdus. Idq; cum poſitiuo: ut dictum eſt. Quarto in obteſtatione & adiu/ ratione: interiecto fere nolatiuo inter ipſum & caſuale: ut Per ego has lachrymas &c. Quinto ut alibi dictũ eſt in excluſio/ ne alieni auxilii: ut per me id feci. i. mea unius opera. Præ aũt magis auget. nã perq̃ diuites multi eſſe poſſunt: præ diuites pauci. Gaudet autem præ his dictionibus iungi: potens, cel/ ſus, latus, fulgens, diues, dulcis, durus, curtus, lõgus, clarus, coquus, maturus. Interdum tñ a ſimplici non differre uidet̃: ut in his, præludo, præcido, præmorior, præcingo: in quibus tamẽ uera ſignificatio eſt. ut præ ſignificet ante: nam non p/ ludit quiſq̃ poſt medium ludi: ſed tamẽ ludit adhuc. Tertio igitur præ ſignificat ante: ut præſequar. Quarto in cõparatio ne: ut Paſ: eſt præ noſtris diuitiis. Quinto quaſi propter cum ab aliquo impedimur. ut Non potui hiſcere præ timore. Re ſæpe cõpoſitum nõ mutat: ut recubo, repugno, reſeco, repro mitto, reuinco, refodio: & interdũ reuertor: ut alibi dictũ eſt: ubi diximus. Re cum uerbo cælandi, aut claudẽdi poſita con trarium importat: ut reuelo, recludo, reſero, retexo: proprie autem importat iterationem: ut relego, repeto, reſtituo &c. ASCEN. Re ꝓpoſitio cõpoſita raro uim ſimplicis mutat.

℄Mancinellus pro reſeco legit reſero: quod auctor nõ nega ret aliud eſſe q̃ ſerare: ſed qui uites putat reſecat: q̃uis nõ ite/ rum ſecet. Recinctus aũt non ſemper: licet in exemplis in cõ/ trarium adductis a ſimplici diſcrepet. Verba Mãcinelli ſunt: Reſero & recingo longe diuerſa ſignificant a ſero & cingo. Ouidius de nñe titulo: Ecce Corinna uenit tunica uelata re/ Mãcinelli opinio

cincta. Et libro.7.Metamor.de Medea: Egredit̃ triſtis ueſtes induta recinctas: Nuda pedem:nudos humeris infuſa capillos. Propertius libro primo: Ianua uel domina penitus crudelior ipſa: Quid mihi tam duris clauſa taces foribus? Cur nunq̃ reſerata meos admittis amores?&c.

PETrus de FON.

¶ PER pręppoſitio eſt quę ſeparata quãdoq; localem: quãdoq; tẽporalem habet ſignificationem: per urbem uado, & per medium diem operor. & quãdoq; denotat perſonam: ut Per medios ruit. ac morientes nomine clamat. & quandoq; iurandi: ut per diem Deũ & ſaluatorem. aliqñ obſtandi. Virg. Qui parte per qui te talẽ genuere parẽtes. qñ medium & q̃ſi intercellorẽ ſignificat: ut per meos amicos obtinui. Cicero. Quod per me certior fias: in me compoſita uero perfectionẽ denotant. Lac. Si legit perlegat. i. uſq; in finem legat.

¶ De per præpoſitione. Cap.xxxi.

Per ppõ.

LOcuti ſumus nõ nihil de præpoſitione, per, qñ cõponit̃. addamus adhuc aliquid amplius. Nonnunq̃ hæc per cõpoſitionem in malũ accipit̃. Periurus, perfiduſq;: qui iuſiurandum, fidẽq; uiolat: pertinax: qui nimis tenax: pfuga: qui ad hoſtes trãſit: perditus: qui in omne ſcelus eſt traditus: percitus: qui iracũdia, furoreq; eſt incitatus: puerſus: qui uerſat̃ in malo: & a bono uerſus eſt: perpeſſus, laborioſe paſſus. Sæpe accipit̃ quaſi per medium: ut perlucidum, ſiue pellucidũ. i. p cuius medium fulgor emanat. perſpicuum: per cuius medium, licet opertum ſit, oculos dimittimus: & per eius mediũ uidemus: ut aqua, glacies, laterna, ueſica, uitrum, cryſtallus, gemma. Sed pſpicuum plerũq; ad mentem refertur: ut id, quod ais: perſpicuum eſt. i. tale, quale uitrũ, aut cryſtallus: perlucidum magis ad corpora. Plautus in Aulularia. Ita is pellucet, quaſi laterna punica. Seneca de tranqllitate. Quid perlucentis ad imũ aquas: & circũfluentes ipſa conuiuia? Quintilianus. Sed ut inter ſe iuncti, atq; ita cohærẽtes, ne cõmiſſura perluceat.

Periurus
Perfidus
Pertinax
Perfuga
Perditus

Aliqñ, ſed figurate, ad mẽtem refert̃: ut apud M. Tullium in Bruto. Ita reconditas, exquiſitaſq; ſñias mollis, & pellucens ueſtiebat oratio.

Idem eſt pellucens, & trãſlucens: adeo ut Plinius maior fere nunq̃ utatur perlucens, ſiue plucidus: ſed trãſlucens, ſiue trãſlucidus: quod etiã figurate ad mẽtem refert̃: ut apud Quinti. lib. viii. Simil'r illa tranſlucida, & uerſicolor quorũdam elocutio res ipſas effœminat: quæ illorũ uerborũ habitu ueſtiant̃. Perfluere per mediũ alicuius fluere: ut ſi lagęna male materiata, maleq; cõpacta ſit: perfluit. i. per eius medium humor, qui intus eſt, fluit. Terentius. Hac, atq; illac perfluo: ideſt in modum nõ fidelis lagœnæ, quæ mihi cõmittunt̃, effundo. Plinius idẽ ſæpius utitur tranſfluo pro perfluo: quæ idem ſunt: ut perfuga, & tranſfuga. Perpluere p medium alicuius pluere: ut. hæc domus perpluit: hoc tectũ perpluit. Quint. in ſexto. Cum cœnaculum eius pplueret. Frequẽtiſſime accipit̃ pro ualde: ut alio libro oſtẽdi: permagnũ, pergraue, periucũdum. Quo in loco notãdum eſt: quod cum præ in eadẽ ſignificatione reperiantur: tñ quædam uocabula cum præ coniungũtur, non cum per: ut præpotens, præcelſus, prælatus, præfulgens, prædiues, prædulcis, prædurus, præcurtus, prælõgus, præclarus. Quod ſi quid inter has præpoſitiones intereſſe uelis: id erit: quod uehemẽtius auget præ. Nam prælõgus homo, prælonga oratio ea dicit̃, quę enormi longitudine eſt: & præpotens, præcelſus, et ſimilia, maiorem in modum potẽs, celſuſq;, & quaſi præter modum, morẽue aliorũ potens, ac celſus. Inde etiam præcox fructus, præter morem cæterorũ coctus, ſiue ante cæteros. Vnde uuæ, ficuſq; præcoces dictæ: & præmaturus: ante q̃ ſit tempus maturũ, collectus. Quidã tñ præcoquus dicunt: ut Martialis. Vilia matris fueramus præcoqua ramis: Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus. Eadẽ præpoſitio iuncta cum uerbo nõnunq̃ habet pene nihil diuerſum a ſui ſimplicis ſignificatiõe: ut. præcludo, præcido, præmorior, præcingo. idem ſunt enĩ quod cludo, cædo, ſiue incido, morior, cingo. Cuius naturæ eſt etiam, re: ut, refero, recido, recingo, repurgo, refodio, repromitto, reuinco: quę ſæpe uix quippiam in ſimplicibus in ſignificationem diſſentiunt. Per, in obteſtationibus, atq; adiurationibus fere ſolet ſeparari a ſuo accuſatiuo, iteriecto noĩatiuo: qui frequentiſſime eſt, ego. ut Virgilius. Per ego has lachrymas, dextrãq; tuã te. Quint. in mathematico. Per has ego te optime pater, ſi uis, tñ fortes manus.

Perfluo
Perpluo
Per p ualde
Præ qbus cũ dictionibus
Per præ qũo differant
Præcox
Præmaturus
Præ cum uerbo iũcta
Per qũo ponatur

¶ Epitome capitis.xxxii.

A SCEN.

¶ PROSEQVOR cum ablatiuo fere idem ſignificat quod afficio cum eodem: ut proſequor ſeu afficio te honore: ideſt honoro te. uituperio: ideſt uitupo. amore: ideſt amo. odio: ideſt odi. proſequor autem: ideſt inſector ad finẽ uſq;: & id in malum: aut perſeuero agere quod inceperam: & etiã id in bonum: ut proſequor hoſtẽ. & perſequor ſtudium lrãr.

¶ Inter proſequor, & perſequor. Cap.xxxii.

pſequor

PRoſequor, & perſequor, multi neſciũt diſtinguere: qui ne falli poſſint: ita accipiant: proſequi non fere caret comitatu ablatiui: ut proſequor te oculis, charitate, odio, honore, uerſibus, cantu, cõuitiis. Significaturq; actio, declarans alterius affectum in alterum. Perſequor autẽ uel in malam partẽ. i. inſequor, & inſector: uel in bonã: cum perſeuerem exequi, quod agere cœperã.

pſequor

¶ Epitome capitis.xxxiii.

A SCEN.

¶ PARTIO & partior deponentale idem ſunt: ſed in actiua uoce notius eſt compoſitum impertio: cuius paſſiuum eſt impertior: quod rarius imperſonaliter reperitur: in deponentali autem ſimplex partior. Eſt autem partiri diuidere in partes: impertire aut impendere: aut participem facere.

¶ Vnde iactanter dictum a Gnatone: Plurima ſalute Parmenonem ſuum impertit Gnato: quaſi ipſe abundans ſalute participem eius fecerit Parmenonem: quocirca ad feliciorē me ſcribens non auſim dicere. Aſcenſius te impertit ſalute.

PETrus de FON. ¶ PARTIOR partiris: & partio partis partiui partitum futuro partiam: & partibo: partiar & partibor: ut Plautus in Aſ. Hanc quam nactus ſum prædam cum illis partiam. & Hieron. in pſal. Lætabor & partibor ſicemam. Eſt autem partiri partes facere, ſeu diuiſionem complere: ut ait Virgil. Socios partitur in omnes: ut ab aliis duobus uerbis fiunt compoſita impartio: & impartior: & ſignificant impendere, uel partem dare, & participem facere. Cicero. Huic rei aliquid temporis impartias.

¶ Partio: partior. Cap. xxxiii.

Partio Partior

PArtio, & partior qdā pro eodē legūt. Sed mihi uidetur raro reperiri partio ſine in: & partior cum in: qn̄ eſt depo nens: ſed qn̄ eſt paſſiuum. Eſt nanq̧ impartio idem, quod impēdo, uel partem do. M. Tullius. Huic rei aliquid tēporis impartias: quaſi impendas. Idem. Laboris mei laudē nemini impertio: Quaſi partem do. Reperitur aliquando mutata conſtructione: ut apud Terentiū. Plurima ſalute Parmenonem ſuū impertit Gnato: Quaſi plurimam ſalutē Parmenoni ſuo impertit Gnato: eo modo, quo dicitur: dono tibi hūc equū: & dono te hoc equo. Huius paſſiuū eſt impertior. ut Cicero. Atq̧ etiam uiro forti collegæ meo laus impartitur.

Impartio

Impartior Partior idem eſt, quod partes facio: parteſq̧ diſtribuo: ſicut ſortior, ſortes facio: ſorteue recipio. Vir. Et ſocios partit̄ in omnes. Quintilianus. Partire uel gratis: dum quo reſpiremus partiri afferas. Partiri itaq̧ de ptibus dicimus: impertio magis de re icorporea: & q̄ſi communico. Impartiri tamen aliqui dicunt pro impertire ab ipſo deponente partior.

¶ Epitome capitis. xxxiiii.

ASCEN. ¶ IN manu & in manibus eſſe: eſt in ptāte eſſe: diciturq̧ tā de futuro q̄ de pn̄ti. In manibus quoq̧ eē dr̄ ēt ꝓ eo qd ē iter manus, aut qa res admirationi eſt, aut qa nōdū cōſumata.

¶ Sicut res ſuper incudem dicitur eſſe dum tornatur & fit & ad umbilicum, aut umbilico tenus deducta dum ad medium ducta aut peracta eſt.

¶ In manu eſt: in manibus eſt. Cap. xxxiiii.

In manu eſt In manibus eſt.

IN manu eſt, & in manibus eſt, utrūq̧ accipitur pro eo, quod, in poteſtate eſt. Sed dupliciter: de præſenti, & de futuro. de præſenti. Cicero. Nō eſt iſtue in manu mea. Et filius in patris, & ſeruus in domini manu eſſe dicitur: unde mancipium, & manumiſſio. Luca. In manibus ueſtris quātus ſit Cæſar habetis. Virgilius. Terra aurē in manibus ueſtris. De futuro. Saluſtius. Verum enimuero pro deo℞, atq̧ hominū teſtor ſi demū uictoria in manu uobis eſt: uiget ætas: aius ualet: cōtra illis annis, atq̧ diuitiis oia cōſenuere, tantū incæpto opus eſt: cætera res expediet.

In plurali tn̄ frequētius: cū dicimus. uictoria in manibus eſt: q̄ſi iam iā tenet̄. Etiā dicimus in manibus eſt, in alia ſignificatione, pro eo, qd eſt iter manus eſt: aut quia admirationi eſt: aut qa nondum operi ſumma manus impoſita: qa eſt admirationi. Cice. in Catone maiore. Eſt in manibus laudatio: quā cū legimus: quē pħum nō cōtēnimus? qa res nō eſt cōſumata. Idē in eodē libro. Septimus mihi liber originū eſt i manibus: oia antiqtatis monumēta colligo.

¶ Epitome capitis. xxxv.

¶ PRAEDITVS dicitur quaſi præceteris donatus: ſed id non ſolum bono: uerū etiam malo: licet rarius. Conſtruiturq̧ cum ablatiuo ſicut affectus ſum: qd indifferenter de bono ac de malo dicitur: ſed & alterꝫ ablatiuum cum a uel ab admittit: quem præditus refugit: ut affectus ſum ab rege magnis honoribus Non autem ꝑditus ſum ab rege magnis honoribus. Cauſa eſt: quia dari unde componitur abſolute dici ſolet de his rebus quæ a Deo: aut natura conferuntur: ut hoc mihi datum eſt. Item ſicut præditus ablatiuo iungitur: ita hæc adiectiua ſingularis: notabilis, nobilis, iſignis, eximius. Quæ interdum ablatiuos regunt. interdum cum eis reguntur. Regunt: ut uir notabilis macie. Reguntur: ut uir notabilꝫ macie. Singulari probitate &c. ASCEN.

¶ Præditus. Cap. xxxv.

PRæditus ſum bono, dicit̄: & præditus ſum malo: ſicut affectus ſum malo: & affectus ſum bono: id eſt (ut breuiter magis, q̄ optime dicam) habeo bonum: & habeo malum: ut. præditus ſum humanitate, uirtute, diuitiis, dignitate, uinb⁹. qui ſermo eſt uſitatiſſimus. Nūq̄ tn̄ cum ablatiuo, & præpoſitione a, uel ab: ut fit in affectus: uelut. tū ſum ego a rege magis honoribus affectus: nō autem ſum præditus a deo magnis uiribus. de malo rarius. Cicero pro Sylla. Niſi uero unū me uis ferum, præter cæteros me aſpe℞, me inhumanum exiſtimari: me ſingulari imanitate, & crudelitate præditum. Idē pro Rabirio. Senectute affectus: morbo præditus. Cōtigit idem in ſingularis: ut in proximo exemplo: exiſtimari me ſingulari imanitate. Sæpeq̧ legim⁹. ille eſt ſingulari improbitate: tu es ſingulari ſtultitia. Similiter fit in aliis tribus, quattuor ue uocabulis: notabilis, nobilis, inſignis, & eximius. Quintilianus. Hunc tu animum modo inter libidines, ac ſcorta ꝑdebas, macie notabilis, pallore deformis, ſola q̧ impatientiæ tuæ fabula notus. Nobile ſcortum: quaſi in ordine meretricio excellens, uel maxime inter alia notum. Et apud Liuium. Nobilis ille clade romana locus. Et apud Ciceronem. Cuius præter cæteros eſt nobilitata crudelitas. Et latrones uocamus inſignes: qui maiore manu, maioreq̧ audacia graſſant̄: & inſignis improbitas, iſigniſq̧ ſtultitia dicitur rarius: quēadmodum ſingularis, eximia ſtultitia rarius eſt. Cicero Verrina℞

Præditus ſum. Affectus ſum.

Notabilis Nobilis Inſignis Eximius

quarto. Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe audient.

℄Epitome capitis.xxxvi.

ASCEN. ℄DESCENDIMVS in prælium: in forum, in campũ, in pugnam: non tantum in locum inferiorem. ſed minus tutum, aut rem magis difficilem.

℄Deſcendo. Cap.xxxvi.

Deſcẽdo

Deſcẽdo in ꝓlium: deſcẽdo in foꝝ: deſcẽdo in cãpũ, dicimus: non q̃a de loco ſupiore in inferiorẽ deſcẽdimus: ſed q̃a de loco tuto in locũ diſcriminis. opinor q̃d qui in loco celſiore ſe tenet: pugnã detrectare exiſtimat̃: quẽ cũ reliquit: & in locũ æquũ uenit: atq; deſcendit: mẽtem ſe hẽre pugnãdi declarat. Ideoq; nõ fere dicimus in forũ deſcẽdere: niſi qui pugnãdi, & defendẽdæ litis cã uenit in foꝝ: nõ reꝝ uenaliũ coemptor, ac negociator. Et in cãpũ deſcẽdere, nõ niſi qui litis, dignitatiſue eã, ſicuti in cãpo Martio fiebat: certaturus uadit. nec in ꝓlium, pugnãue deſcendere: q̃d in loca ĩferiora deſcẽdat. non eñi locus eſt pugna, & ꝓlium: cũ nihil ĩterſit qualis locus ſit: planus, an mõtuoſus: in quẽ ſe cõfert, qui in pugnã deſcẽdere dr̃: ut apud Virgiliũ. ſatis eñi erit in re ꝑſpicua unum exẽplum ꝓtuliſſe. Inſtructos acie Tiberino a flumine Teucros, Tyrrhenãq; manum totis deſcendere campis.

℄Epitome capitis.xxxvii.

ASCEN. ℄AMARE eſt uehementer diligere: diligere eſt remiſſius amare: aut potius e multis ſelegere quem ames. Adamare eſt amatorie amare: ideſt uehementer: ſed interdum etiam honeſte. Amicus honeſtus eſt: amica uiri concubina: amator mulieris, aut pueri inhoneſtus fere intelligitur.

℄Adieci de meo: ſed interdũ etiam honeſte: ꝓpter hanc Mãcinelli Limã. Adamare eſt item honeſte ac ualde amare. Cic. lib. 2 Epiſto. ad Curionẽ: Etenim tibi grauis aduerſaria cõſtituta & parata incredibilis: quædã expectatio: quã in una re facillime uinces ſi hoc ſtatueris: quaꝝ laudũ gloriam adamaris: quibus artibus hæ laudes cõparant̃ in his eſſe laborandũ. Et lib 3 de Oratore ſic inquit. Deinde ab Antiſthene qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamaret. Cynici primum &c. Alibi quoq; eodem lib. ita ſcribit: Demoſthenem ſequi uultis: & ſi illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamaſtis &c.

PETrus de FON. ℄AMARE maioris uis eſt q̃ diligere: ut Cice. Dolo. Quis erat qui putaret ad eum amorẽ quem erga te habebam poſſe aliquid accedere: tantum tñ acceſſit: ut mihi deniq; nunc amare uidear antea dilexiſſe. In eodẽ ſenſu idem Cice. Sed tñ ut ſcires eum nõ a me diligi ſolum: uerũetiam amari. Terentius tñ cõtrarium poſuiſſe uidet̃ cum inquit: Nõ pol q̃d plus quenq̃ amẽ: aut plus diligam ab eo: ꝓprie tñ cum reſolutione loquar q̃d ſentio parentum eſt diligere: ut pater diligit filium. Nã ſi amo abſolute poneretur: ſenſus eſt: amore captus ſum: ut Plau amat filius &c. Et cõpoſita eiuſdem uerbi adamo, deamo, redamo, & peramo: quod eſt ualde, uel uſq; ad finem amo. ut Cice. lib. 1. de legibus. Vbi illa ſancta amicitia ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore.

℄Amare, diligere, adamare, amicus, amica, amator. Cap.xxxvii.

Amo Diligo

Amare eſt generalis ſignificati, idem, q̃d diligere: niſi quod putat̃ plus q̃ddam eſſe in amãdo, q̃ in diligẽdo, ut Cicero ad Brutum. L. Clodius ualde uos diligit: aut (ut ἐμφατικοτέρον dicam) ualde nos amat. Et iteꝝ. Sic igit̃ facies: & me aut amabis: aut quo cõtentus ſum, diliges. Idẽ ad Dolobellã. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quẽ erga te habebã: poſſe aliquid accedere? Tãtum tñ acceſſit: ut mihi deniq; nũc amare uidear: antea dilexiſſe. Adamare eſt amatorie amare. ut Quintil. multis in locis: ſed unus ſuffecerit. Me quidẽ mariti ſiquis interroget: omnes matres liberos ſuos, tanq̃ adamauerint: amãt. uidebis oculos nunq̃ a facie uultuq; deflectere: eomere caput: habitũq; cõponere: ſuſpirare, cum receſſerint: exultare, cũ uenerint: conſerere manus: pendere ceruicibus: non oſculis, non colloquiis, nõ præſentiæ uoluptate ſatiari. Amicus tñ honeſta res eſt. Amica, qñ ad uirum refertur: inhoneſta: ut. hæc amica mea eſt: ideſt cõcubina. Ego uero ſuus non amicus, ſed amator ſum. Ideoq; apud Terẽ. dr̃. Heræ putaui hunc Pãphilum amicũ amatorẽ uirũ. ne putares amicũ in malam partem accipi: adiecit amatorẽ. Sed apud ꝓſam hoc obſeruatũ ſemꝑ inuenies: apud poetas fortaſſe non ſemper.

Adamo

Amicus Amica. Amator

℄Epitome capitis.xxxviii.

℄DECLARARE frequentius ad facta ꝑtinet q̃ ad dicta: ſed interdum etiam ad dicta: & nõnunq̃ ſignificare ſignificat. ASCEN.

℄Declaro. Cap.xxxviii.

Declaro

Declaro frequẽtius ad facta pertinet, q̃ ad dicta. Cicero. Declarauit id modo temeritas C. Cæſaris: qui oĩa iura diuina, & humana ꝑuertit. Aliqñ etiam in dictis. Idẽ ad Ligarium. Poſtea uero quã magnã ſpem habere cœpi, fore ut breui tp̃e te incolumẽ haberemus: facere non potui: quin tibi & ſñiam, et uolũtatem declararẽ meã. Et in eadem epiſtola. Quando quid ſentirẽ expoſui: uellem tua cauſa re potius declarare, quã oratione. Interdum accipitur pro ſignifico. ut idem lib. i. de finibus. Nullum uerbum eſt: quod idem declaret latine: q̃d græce ἡδονὴ quam uoluptas declaret: ideſt ſignificet: uel oſtendat: uel indicet.

℄Epitome capitis.xxxix.

℄INGREDI cum motu ad locum eſt intrare: ſed cum motu in loco eſt ingredi: aut progredi ſeu incedere: quod ſic quoq; accipitur: ut in loco congruat. ASCEN.

℄Ingredior. Cap.xxxix.

Ingredior

Ingredior cõponitur quidem ex in: ſed diuerſa ratione: nunc ad locũ: ut, ingredior foꝝ: uel in foꝝ: qui modus loquendi nemini ignotus eſt: nunc in loco: quod eſt ambulo, & incedo. Virgilius. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur: & mollia crura reponit. Cice.

lib.v.ad Atticum. Si dormis:expergiſcere:ſi ſtas:ingredere:ſi ingrederis:curre:ſi curris:aduola. Idem eſt ergo ingredieris,hoc loco:qđ graderis:quod eſt ambulas.

℄Epitome capitis.xl.

ASCEN. ℄CONSVLO te:ideſt conſilium abs te peto.Inde conſultus homo prudens a quo conſilium petitur: poniturq; aut paſſiue:ut conſulti medici,aut pro prudente: ut uir conſultus ſicut inconſulti,imprudentes, aut quibus conſilium non eſt datum. Vt Aeneid.iii.Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibylle.Item pro perito & ſcio:digno uidelicet quem conſulas:idq; cum genitiuo:ut conſultus iuris uel ſapientiæ Epicuricæ, aut cum ablatiuo: ut iureconſultus. Conſulo tibi:ideſt conſilium do: ſed potius rebus quã animo aut rationi tuæ. Inde conſultor qui conſilium petit: ſed interdum quaſi conciliator reperitur. In plurali autem conſulũt aut potius conſultant pro deliberant,aut conſilium inter ſe captant dicimus abſolute.

℄ Conſulo te:conſulo tibi:conſultor, conſultus. Cap.xl.

Cõſulo te — COnſulo te:cõſilium peto a te:uel interrogo, & inquiro. Quintilianus. Quid per fidem facere uultis? lune né,quem de parricidio conſultet pater: ille ſeruatus miror hercule dixiſſe. uolui ſum ueneficus: ſum parricida. Idem. Ergo quod primum eſt:ut quod miraturus eſt,quiſq; intelligat:& quare bonum ſcit,ſciat:tum in ſuſcipiendo onere conſular ſuas uires. Et iterũ.

Conſulo tibi. — Ego aures conſulens meas. Conſulo tibi:cõſilium do tibi:uel prouideo tibi: ſed hoc frequentius,ac magis ꝓprie in rebus: ut.conſule uitæ tuæ:conſule ualitudini:conſule dignitati:conſule ſaluti:conſule rebus tuis:adeo frequentiſſime:cum dicitur: conſulere uolo mihi, & meis liberis:intelligitur potius de corpore, & rebus externis:quã de aĩo. In plurali aũt numero interdum reperit̃,ſine appoſito tñ:ut.conſulunt ſenatores:quod frequentius dicimus conſultãt: ideſt deliberant. Niſi enim adſit, qui cõſilium petat:& qui cõſilium det: non eſt deliberatio, ſiue cõſultatio.atq; ut conſulunt,dicimus, pro conſultant: hoc eſt, qđ altera pars petit: altera dat conſilium:ita e contrario nõnunquã conſultare eſt unius,non plurium partium:ſed ita: ſi iſ apud ſe duas partes ſuſtinet: ſecũq; deliberat.

Conſultor Cõſultus. — hinc duo nomina naſcunt̃:conſultor,& cõſultus. Conſultor fere pro eo, qui alium conſulit, accipi ſolet:nõnunquã tñ pro eo,qui alii conſulit. Salu.in Iugurthino. Simul ab eo petũt uti fautor,conſultorq; ſibi adſit. Et itẽꝝ. Ita cupidine,atq; ira peſſimis conſultoribus craſſari: neq; facto:neq; dicto abſtinere. Conſultus eſt hõ prudens,& ſciens, dignuſq; a quo conſiliũ petas. Cæteꝝ non occurrit mihi ubi reperire͂tim:niſi aut participium:ut.tibi conſulti medici dixerũt eundem eſſe languorem:aut nomen, pro iuriſcõſulto.ut Horatius. Eris tu,qui modo miles,mercator: tu conſultus,modo ruſticus. Quint.in.vii. Scripti, & uolũtatis frequẽtiſſima inter cõſultos quæſtio eſt. Liuius. tñ lib.i.ait de Numa Põpilio. Conſultiſſimus uir ut illa qđe ætate eẽ poterat: ois diuini,atq; humani iuris. & in decimo. Callidos,ſolerteſq; iuris,atq; eloquentiæ cõſultos. Horatius.i.carminum. Parcus deoꝝ cultor,& infrequẽs inſanientis olim ſapientiæ conſultus ero.

In cõpoſitione frequens eſt: ſed adiectiuum: ut apud eundem Quintilianũ. O incõſultã muliebrem ſemper amentiam: ideſt imprudẽtẽ,incõſideratã,& nullius cõſilii. Alteꝝ quoq; cõpoſitũ:ſi cõpoſitũ eſt:ut iuriſcõſultus:quod etiam dici ſolet iurecõſultus: nõnunquã in ſimplici:ut Oui.in primo de arte amãdi. Sit tibi credibilis ſermo:conſultaq; uerba. — Inconſultus.

℄Epitome capitis.xli.

℄AGIMVS grãs uerbo:pro quo barbare dicit̃ regratiamur:raro autem ſingulariter ago gratiam dicimus: quia plurali numero utimur hoc: quia nemini ſola gratia datur. Habemus gratias & licet rarius grãm animo, aut mente memori.Referimus grãm aut gratias re ipſa & facto beneficiũ reddentes:ſed referimus uſitatius in re bona q̃ reddimus: dicemus referimus tñ & malas gratias. Agere grates raro apud oratores:frequentius apud poetas metri gratia. — ASCEN.

℄ Agere grãs:habere grãs:referre grãs. C.xli.

AGere gratias eſt,uerbo: quod qdam barbare dicũt regratior. Habere gratias,eſt in aĩo:eum memorẽ accepti beneficii mentem,animũq; habeo:& inuicem gratificandi uolũtatem. Referre, ſiue reddere gratias eſt facto: ut ſi tu a me ſubleuatus,aut pecunia,aut patrocinio,aut manu,alioue ſubſidio uiciſſim me aliquo modo ſubleuaueris:grãs rettuliſti: reddidiſtiq;: licet Seneca nolit malas referri poſſe:ſed reddi. Cicero tñ i Saluſtium ait. Nã quod iſta inuſitata rabie in uxorem,& filiam meam inuaſiſti: quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt a uiris: quã tu uir a uiris. Satis docte ac perite feciſti. Nõ enim ſperaſti me mutuã tibi gratiam relaturũ:ut uiciſſim tuos cõpellarẽ. Quãquã Cicero nũquã fere ait reddere gratias:ſed referre. Porro hoc exẽplum in aliũ uſum quoq; attuli: quod uidet̃ ſignificari gratiam ẽt uerbo referri,nõ ſolum facto:ſed multum tñ differt ab illo:agere gratias quo tãtum innuit̃ cõfeſſio accipiẽtis beneficiũ. Qui uero refert grãm: reddit beneficium:iter dum maleficiũ,ſiue facto,ſiue dicto:iqm̃ dicendo nõnunquã ꝓſumus æque,atq; faciẽdo. Plãcus ad Ciceronẽ. Immortales ago tibi grãs: agãq;,dum uiuam. nã relatuꝝ me affirmare nõ poſſum. tãtis enim tuis officiis nõ uideor mihi reſpondere poſſe. Ecce reſpõdere officiis.i. — Agere grãtias. Habere gratias. Referre, gratias Reddere gratias.

ſatiſfacere beneficiis, eſt gratias referre. Cæterum frequentius eſt refero gratiam: q̃ habeo gratiã: item frequentius ago gratias, q̃ ago gratiã. Vix enim audiuimus ago gratiam: ſed gratias: & raro refero gratias: ſed gratiã. Cuius rei teſtimonio eſt illud in lib. xlvi. T. Liuii. Satiatuſq; tandem cõplexu filii, renũciate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiã aliam nunc nõ poſſe: q̃ ut ſuadeam non ante in aciem deſcendat: q̃ ut in caſtra me rediiſſe audierit. Dicimus itẽ ago

Ago grates

grates: ſed ſæpius apud poetas: qui neceſſitate uerſus, ago gratias, dicere nõ poſſunt. Nõnunq̃ etiam apud oratores: ut Ciceronem. Aliquantoq; poſt ſuſpexit ad cœlum: & grates tibi, inquit, ago ſũme ſol, uobiſq; reliqui cælites. niſi legẽdum eſt gratias: non grates. Pro eodẽ ſignificato: ſiue pro eo, quod eſt reddo grãs Seneca in tragœdia: quæ inſcribitur Agamẽnon dixit. Reddũt grates tibi grandæui laſſiq; ſenes cõpore noto. Reddunt grates i. (ut ego interpretor) agũt grãs. Quis enim referre poſſit

Reddo grates

gratiam deo? qd etiam fando nunq̃ cognitum eſt: niſi apud quoſdã recentes, nihil niſi barbare loqui ſcientes: ſed gratias agimus. Raro etiã gratias diis habere dicimur: quotiens agnoſcimus, apudq; nos ipſos fatemur ab illis bñficium accepiſſe citra ſpem gratiam referendi. ut in Andria. Terentius. Pol diis habeo gratias: quod in pariundo aliquot affuere libere.

¶ Epitome capitis xlii.

ASCEN. ¶ GRATVLARI cũ datiuo tacito, aut expſſo eſt ſignificare te gaudere de fortuna ac felicitate alterius: qui eã obtinuit etiã ſi tu is fueris: ita ut duplicẽ pſonam geras & gratulãtis, & eius cui gratuleris. Gaudemus igiť (ut Donatus dicit) noſtra felicitate. gratulamur alienæ. Pro quo poetæ & interdum hiſtorici grator utunť. Gratulari quoq; eſt gratias agere pcipue Diis: hoc eſt ſupplicare pro felicitate obtẽta. Quomodo etiam grator accipi poſſet: lõge tñ differũt a gaudeo. Ita ut gratulari poſſet: qui non gaudeat: ut aſſentator.

¶ Gratulari: gratari. Cap. xlii.

Gratulor.

GRatulari eſt uerbo teſtari te gaudere fortuna, ac felicitate alterius apd eũ ipſum, qui affectus eſt felicitate: nõnunq̃ apud teipſum, ob tuam felicitatem. Ideoq; fere poſtulat datiuum: ut gratulor tibi ob tuam præturam adeptam: gratulor manibus meis: quibus ut te cõtingerent datum eſt. Quintilianus. Non efficiet tñ infandum præſentis reatus, indignũq; diſcrimẽ: ut miſera puella non gratuletur ſibi: qd illam pauper accuſare iam poteſt. Poetæ nonnunq̃ prætereunt datiuum: utiq; cum fuerit pronomen: quæ fuit cauſa ut quidam exiſtimarent, quorum eſt Apuleius: hoc uerbum idem ſignificare, quod gaudeo. Ouid. in heroidibus. Gratulor œtaliam titulis accedere noſtris. Gratulor, inquã, tibi, uel mihi, uel nobis. Idem tertio de arte amandi.

Priſca iuuent alios: ego me nũc deniq; natum
Gratulor.

Gratulor, ſubintellige mihi. Et interdum ẽt oratores: ut Quin. in paſtu cadauerum.

Gratulemur iam: quod nulla ciuitas fame laborat.

ſubintellige nobis. Verba aũt Apuleii hæc ſunt in apologia de Magia. Eo in tempore, quod non negabunť: in Getuliæ mediterraneis montibus fuiſſe: niſi piſces per Deucalionis diluuia reperirenť: qd ego gratulor neſciiſſe iſtos legiſſe me. Prætermiſit datiuum: qa gratulor, pro gaudeo accepit. Quod tãtum abeſt ut approbem: ut poſſit gratulari quis: cum minime gaudeat: atq; adeo doleat. quod frequenter uſu uenit: utiq; inter falſos amicos: cum alter inuidus, atq; æmulus tacite qdem dolens quod alter honoribus auctus ſit: tñ illi gratulať. forte & Apuleius ſubintellexit mihi. in eadem ſignificatione accipiť grator: ſed poeticum, hiſtoricũq; eſt. Virgilius. Iuueni germana uiam: gratare ſorori. T. Liuius lib. vii: Tuum ſequentes currum Iouis optimi maximi tẽplum gratantes, ouanteſq; adire. Dicimus aliquando gratulari pro eo, quod eſt, gratias agere: ſed non fere niſi diis immortalibus. ideoq; proprie idem eſt, quod ſupplicare. Siquidem triumphantes in Capitolium aſcendebant Ioui optimo maximo, cæteriſq; diis gratulatum. Eiuſdem quoq; ſignificationis fortaſſis eſt grator. quod ſignificat Liuius lib. x. dicens. Itaq; prætor ex templo edixit: uti æditui ædes ſacras tota urbe aperirent: circũeundi, ſalutandiq; deos, agendiq; grates per totum diem populo poteſtas eſſet. Nec mirum, ſi dicimus gratulari, gratariue deis: quaſi oſtendere nos illis aggaudere: cum dicamur eoſdem ſalutare, quaſi ſalutẽ illis optare: quod hominibus conuenit non, diis.

Grator

¶ Epitome capitis. xliii.

ASCEN. ¶ FINGEre eſt more figuli aliqd componere. Effingere aũt eſt ad alterius formã fingere: effigiẽq; eius ducere. Effigies enim eſt ſimilitudo aut imago rei ad uiuum efficta.

¶ Fingere, effingere. Cap. xliii.

Fingere

FIngere proprie eſt figuli: qui formas ducit ex luto: inde generale fit uocabulum ad cætera: quæ ingenio, manuq; hois artificioſe formanť: præ-

Effingere

ſertim inuſitate, & noue. Effingere eſt ad alterius formam fingere: & quodãmodo fingendo repreſentare. Cicero. ii. de oratore. Tum accedat exhortatio: qua illum, quem delegerit, imitando effingat: atq; exprimat. Quintilianus. Nam id quod eſt docilis naturæ: ſic tñ, ut ea, quæ diſcit: effingat. Et iterum. Nã mihi uideť M. Tullius, cum ſe totum ad imitationẽ

græcoꝝ contuliſſet: effinxiſſe uim Demoſthenis: copiam Platonis. iucũditatẽ Socratis. Vnde ductũ eſt nomẽ effigies figura ad uiuam alterius ſimilitudinem, uel ad ueritatis imaginem facta, tam in picturis, q̃ in ſculpturis.

Effigies

¶Epitome capitis.xliiii.

ASCEN. ¶OBIRE ſignificat exequi & perficere munus, aut officium eius quod additur: ut obeo legationem, prouinciam, diem, aut mortem. Quãdo autem nihil additur: ut obiit: ſignificat mortuum eſſe quaſi omnia officia executum: ſicut oppetere mortem: id eſt terram mordicus petere: dicere licet, aut abſolute: Oppetere pro eo quod eſt necari ſeu occidi, aut potius occiſum terram mordicus petere: ne uocem uiro indignam emittat. ſed interdum etiam pro morte fatali ſeu naturali dicitur. Similiter defunctus & perfunctus uariis officiis dicitur: ſed dum nihil additur intelligitur toto munere uitæ defunctus. i. mortuus. Detulit autem per ſe poſitum ſignificat accuſauit: ut auctor declarat.

¶Obeo legationem, prouinciam, mortem, diem.

PETrus de FON. ¶VNDE obire eſt ire ad mortem. Plau. in Heau. Vbi quis obiit mortem: qui mihi aurum credit. Similiter obire diem dicimus pro eo ꝙ eſt mori: quaſi ire ad diem fati: ut Ser. Et ſi nunciatum eſt mihi Marcellum diem ſuum obiiſſe. Idẽ Iu. Magnus ciuis obiit & formidatus Otoni. Inde obiter aduerbium quaſi in itinere occurentes inſidere, aut quaſi pariter in tranſitu: ut Pli. in Pago: ut Obiter caueam iſtos Homeromaſtigas maior pars Italiæ ruido utitur pylorotis: & quas aqua uerſet obitur & molat.

¶Obeo legationem: exequor munus legationis: defero. Cap.xliiii.

Obeo legationẽ
Exequor munus
Perago mortem
Adeo mortem
Obeo mortem
Oppeto mortem

OBeo legationem: exequor munus, & officium legationis: obeo ꝓuinciam exequor officium ꝓuinciale. Ita obeo mortem: exequor, & perago mortẽ: uel adeo mortem: quemadmodum dicitur qs obiiſſe diem, pro iuiſſe. Item obiit diem ſuum, idem eſt, quod mortuus: & iuit ad diem fati. ut apud Sulpitium. Nunciatum eſt Marcellum diem ſuum obiiſſe. Prætermittimus aũt nonnũquã illum accuſatiuum dicentes. Marcellus obiit. qđ item fit in illis ſignificatione ſimilibus uerbis: oppetiit, & defunctus eſt, atq; ẽt decedit: detulit: & ſiqua adhuc alia. Nam in priore ſubintelligiť accuſatiuus mortem: in poſteriore ablatiuus uita. Quid ſigni? quod ſæpe reperimus hæc noĩa eſſe his uerbis adiuncta. Eſt autẽ oppetere frequẽtius q̃dem mori non fatali, ſed illata morte: Interdum tñ & fatali. Cice. in officiis. Et Aiax traditur miles mortem maluiſſe oppetere: q̃ mulieribus, ſi Cice. & Calipſo mulieres appellãdæ ſunt: ut Vlyxes fecit: inſeruiſſet. Idem de diuinatione. Aequius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortẽ: q̃ Publii Africani filiam adoleſcẽtem fœminam emiſit: ipſe paucis poſt diebus eſt mortuus. Sine accuſatiuo ut apud Virgilium. O ter quaterq; beati Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Cõtigit oppetere. Defunctus quoq; dicitur, q̃ſi perfunctus munere uiuendi: ideoq; ut dicimus perfunctus eſt, ſiue defunctus officio prætorio, munere ædilicio, cura tribunitia: ita defunctus uita. i. ab hac adminiſtratiõe, ab hoc munere, ab hac procuratione ceſſauit. ut apud eundem. Defunctaq; corpora uita. Detulit autem, quod tertio loco poſui: in id ſignificatum accipio: cum eſt pro accuſauit: ubi ſubintelligitur reus. ut Quintilianus. Diuitem detuli reum: pauper inimicus occiſi pater.

Defũctus.

Defero ꝑ accuſo

¶Epitome capitis.xlv.

ASCEN ¶VESTIGO eſt inquiro quaſi per ueſtigia: ſed inueſtigo, & peruestigo ſignificant non ſolum q̃ro: ſed etiam (& q̃dem frequentius) quærendo inuenio.

¶Peruestigo, inueſtigo. Cap.xlv.

Perueſtigo.
Inueſtigo

PEruestigo, & inueſtigo, non ſolũ quæro: ſed, & q̃dem frequẽtius, quærendo inuenio: ut ſit ueſtigo quæro: ſiue ſtigo, & pueſtigo, quaſi acquiro. Ductum eſt autem hoc uerbum a ueſtigiis, tanq̃ ſignis, indiciiſq;, q̃bus ad rei notitiam ꝑuenimus: Cicero. iii. de oratore. Ipſa tractatio, & quæſtio quottidie ex ſe gignit aliq̃d: quod cũ deſidioſa delectatione ueſtigies. Idẽ i eodẽ lib. ii. Noſce regiones: intra quas ueniasi & perueſtiges, qđ quæras. Idẽ ꝓ Ligario. Sed qm̃ diligẽtia inimici inueſtigatũ eſt, quod latebat: cõfitendum eſt, ut opinor. Terentius. Nihil tam difficile: quin quærendo poſſit inueſtigari.

¶Epitome capitis.xlvi.

ASCEN. ¶NVTRIuntur parui ut creſcant: nutriunť ẽt adulti ut uiuant, quõ etiam alũ dicunť: ſed res incorporeæ aluntur: ut creſcant dũtaxat: hoc eſt augentur & fouentur.

¶Nutriri, & ali, quid ſignificant. Cap.xlvi.

Nutriri
Nutrici

NVtriri eſt & paruoꝝ, ut creſcãt: unde nutrices dicunť: nutriciiq; i qui curã infantiũ habẽt, habueruntue, & adultoꝝ, ut uiuãt. Ali quoq; i eodẽ ſignificatu. unde lex illa. xii. tabularũ. Liberi parẽtes alãt: aut uinciant. At i rebus incorpeis frequẽtius: ut creſcãt. Quintilianus. Sed alere facundiã, uires augere eloquẽtiæ poſſit. Perinde ac ſi dixiſſet: augere facũdiã: augere uires eloquẽtiæ poſſit. Cicero. Sed nec illa extĩcta ſũt: alunť potius, & augenť cogitatione, & memoria mea. Cõiunxit & ipſe hæc duo: ſicut ſolemus i multis, quæ ſimilia ſunt: ut poſſũ, & licet: ut munus, & officiũ: ut mẽs, aiuſq;. Virgilius. Hos ſucceſſus alit: id eſt quaſi horum animos ſucceſſos augeſcere facit.

Ali.

¶Epitome capitis.xlvii.

ASCEN. ¶SPERO & confido ꝓ credo leguntur tam de ꝑterito: q̃ de præſenti & futuro: ut auctor exemplis docet.

¶De ſpero, & cõfido. C.xlvii.

Spero
Confido

SPero, pro credo uſitatum eſt: ſiue de præſenti loquamur: ſiue de præterito. De præſenti. Quintilianus. Fa

ciſis(ut aīaduertere uos ſpero)defenſiōis meæ curſus eſt. de præterito. idem. Et innocentiam quidem puellæ ſatis (ut ſpero) defendimus. Et Cicero. Spero iam probatam eſſe amicitiam noſtram. Similiter confido pro credo, tum in præterito, tum in pręſenti, tum in futuro. In præterito. Quoniam probatam rationem officii mei uobis eſſe confido. In præſenti. Quanq̃ a Cratippo noſtro, principe huius memoriæ philoſophoꝝ hæc te aſſidue audire, atq; accipere confido. in futuro. Ita fore cōfidimus. Hæc exempla ex Cicerone ſunt.

¶Epitome capitis.xlviii.

ASCEN. ¶DICERE ſententiam competit conſiliario: ferre iudici: ſed interdum dicere pro ferre legitur. Similiter dicere leges differt a ferre Nā ferimus ad noſtros: dicimus ad uictos.

¶De dico ſniam: & fero ſniam. Cap.xlviii.

Dico ſententiam Fero ſententiam.

Dico ſententiam, conſiliarius: fero ſententiam, iudex. Quorum exempla frequētiora ſunt, q̃ ut a me repeti debeant. Nōnunquam tamen dico pro fero: ut apud Quintilianum. Apud iudices quidem ſm legem dicturos ſententiam de confeſſis præcipere ridiculum eſt. Iuris quoq; cōſulti hoc uerbo in hunc ſenſum frequentiſſime uſi uidētur. Dico leges, aliud, q̃, fero leges. Eſt

Fero leges

enim ferre ad ſuos: dicere fere ad uictos. ut Liuius lib.xlvi. Nihil ea mouerunt regem, tutā fore bellis Aſiam ratum: quando perinde ac uictoiam ſibi leges dicerentur.

¶Epitome capitis.xlix.

ASCEN. ¶CIRCVNSTO, ideſt circundo ſtando proprie. Circunſiſto: ideſt inuado, & irruo, & aggredior terrificandi gratia: ſed interdum etiam terroris auferendi. Interdum pro circunſto, & circunſiſto.

¶De circūſto, & circūſiſto. Cap.xlix.

Circūſto Circunſiſto

Circunſto, & circunſiſto, utrunq; facit circunſteti: ſed primum pro circundo: alterum pro inuado, & irruo: & quaſi terrificatiōe aggredior. Virgilius. Circunſtant animæ dextra læuaq; frequentes. Idem. At feſſi tandem ciues infanda furentes Armati circunſiſtunt. & alibi. At me tum primum ſæuus circunſtetit horror. Quintilia. in apes pauperis. Cum me euocaſſet ſubito repudiū totoq; fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſteriſſe. Nōnunquam non terrificādi, ſed terroris auferendi gratia pōnitur. ut Cæſar in cōmentariis. Siquis grauiore uulnere accepto deciderat: circunſiſtebant: hoc eſt: ſōcii iacentem exhortabantur, tela hoſtium arcētes. Nōnunquam etiam ut circunſto accipitur: ut apud eundē. Et mercatores in oppidis uulgus circūſiſtit: quibuſq; ex regionibus ueniant, quaſq; ibi res cognouerint, pronunciare cogat. quo etiam modo apud Quinti. accipi ſolet.

¶Epitome capitis.l.

¶VSVRpare eſt uti ſeu uſitari tū dicto, tū facto: ſed cum actiō interdūq; p dictito ponit: ſicut frequētius p factito. ASCEN.

¶De uſurpo. Cap.l.

Vſurpare eſt uti, ſiue uſitare, tū dicto, tum facto. Cice. in oratore. Poſt inuenta concluſio eſt: qua credo uſuros ueteres illos fuiſſe: ſi iā nota, atq; uſurpata res eſſet: qua inuenta oēs uſos magnos oratores uidemus. Hoc ēt ſic dicere licebat in eādem ſniam. Poſt inuenta concluſio eſt: quam credo uſurpaturos illos fuiſſe: ſi iam nota, atq; uſurpata res eſſet: quam inuētam oēs uſurpaſſe magnos oratores uidemus. Idem. Quod ſemper uſurpamus in oibus dictis ac factis minimis ac maximis: cum hoc decere dicimus: illud nō decere. Idem. Præclare enim hoc eſt uſurpatum a doctiſſimis: quoꝝ ego auctoritate non uterer: ſi mihi apud aliquos agreſtes habenda eſſet oratio. ſed cum apud prudētiſſimos loquar: qbus hæc inaudita nō ſunt: cur ego ſimilē me, ſiquid in his ſtudiis opere poſuerim: pdidiſſe? Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis uiris: niſi ſapientem liberum eſſe neminem. Vſurpatum, & dictum, pro eodē accepit: ſicut doctiſſimis, & eruditiſſimis. Quid multa? cum frequenter iuriſconſulti utantur uſurpo pro dictito? nam pro factito minus dubium eſt. Vſurpo

¶Epitome capitis.li.

¶PRAESTO ſum idē eſt qd adſum: i auxilio ſum: ſemperq; fere uerbo ſum ſimplici cohæret. Adſum aūt tria ſignificat. Primū præſentē eſſe: idq; naturaliter ſignificat, & ablatiuū mediante ꝑpoſitione, in, regit: aut datiuū. Alteꝝ: auxilio ſen præſidio eſſe: qſi aduocati adſiſt. Tertiū aduenire ſeu aduentuꝝ eſſe. Quæ tria ēt præſto eſſe ſignificant. ASCEN.

¶De præſto ſum: adſum. Cap.li.

Præſto ſum, idem eſt qd adſum: nec alteri fere uerbo cohæret, niſi uerbo ſubſtantiuo: & huic ſimplici. Nā præſto adſum, magis poeticū eſt. qd igit ſignificat adſum? Tria. unum naturaliter: duo per quēdam flexum, & deriuationem. Primū præſens ſum: quod modo cum ablatiuo iungitur, in, præpoſitione ſeruiente: ut apud Ci. de oratore: In Pauli pugna non affuerat. modo cū datiuo: ut apd eundē in philippicis. Oibus his pugnis Dolobella affuit. & apud Quintilianum. Nam in libris obſeruationum a Septimio editis affuiſſe Ciceronem tali cauſæ inuenio. Secundum eſt hinc ductum: quod ſæpe corrogamus, qui nobis adſunt periclitantibus: quales ſunt aduocati: quoꝝ officiū eſt adeſſe in iudicio. Sed ipm illd adeſſe fauere eſt, pſidioq; eſſe. ideo dicimus adeſſe pro eo, quod eſt, eſſe prædio. Virgilius. Modo iuppiter adſit. Et iteꝝ. Adſis tādem: & placidus tua numina fir

Præſto ſum Adſum.

mes. Et in proſa Quintilianus. Nunc oẽs in auxilium deos, ipſumq; in primis: quo nec præſentius aliud, nec ſtudiis magis ꝓprium numẽ eſt, inuocemus: ut quorum uobis expectationis adiecit tantum ingenii aſpiret: dexterq;, ac uolẽs adſit: ſi tñ pater, q diuiſit patrimonium: & reos parricidii defendit: ſic agat: qd cõtra legem fuſſiciit. Parricidium obiicit iuuenibus: quorum pater uiuit: atq; ẽt liberis ſuis adeſt. Tertiũ eſt aduenio: ſeu magis aduenìam. nam ꝓpe idem ſunt: iam ueniet: & iam præſens erit. Itaq; aderit accipit. pro utroq;: ſiue pro utrouis. Virgilius. Iãq; aderit multa Priami de ſanguine Pyrrhus.

Iteꝝ. Huc ades o formoſe puer. Et. Huc ades o Galathea: qs eſt naludus in undis. Et iteꝝ. Huc ades o Melibœe: caper tibi ſaluus, & hædi. Vbi ſi eadem foret ſignificatio, quæ in illo pſens ſis hic ades, non huc diceret. ergo huc ades, pro adſis: i. ẽ eſt, qd huc ueni. Has eaſdem ſignificationes habet præſto ſum. & eadem rõne in prima Ciceronis exẽplum eſt in Bruto. Quibus qdem cauſis tu ẽt Brute præſto fuiſti. In ſecunda eiuſdem ꝓ Murena. Ius ciuile didicit multum uigilauit: laborauit: præſto multis fuit. & pro eodẽ. Tu interea Romæ uidelicet amicis pſto fuiſti. In tertia eiuſdem ad Herennium. Hirũdines æſtiuo tẽpore præſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt. Et in epiſtolis frequenter. Stator tuus mihi cum litteris præſto fuit. Et ꝓpe accipi ſolet hoc ultimũ pro eo, qd nunc dicimus, cõpareo. ut ſi quis aliqua dignitate, imperioue affectus alteri ſic iubeat, cras mihi ad hũc locũ, & ad hãc horã pſto ſis. i. cõpareas: & te repſentes, atq; exhibeas mihi.

ASCEN. ℭFLEMVS lachrymis. Gemimus pectore: ut quicunq; p̃muni. Ploramus uoce ſub li. Imploramus ſic opẽ orãtes [illegible] gimus pectus cõcutiẽtes. Eiulamus uoce muliebri. Vociferamur uoce effrenata. Lamẽtamur uoce querula & doloroſa.

PETrus. de FON. ℭFLEO tñ hoium eſt, ſicut rideo, & hinc fletus: ut Virg. Hic multum fleti ad ſuperos belloq; caduci. Fletus ſubſtantiuũ aliqñ eſt & inde defleo cõpoſitũ qd eſt ualde fleo Cice. lib. i. Nõ exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrũ & manus inciſiſſet: non liberi defleti. Et inde flebile quod dignum eſt: ut fleatur: a quo aduerbium eſt flebiliter.

ℭ Flere, gemere, plorare, plangere, eiulare, uociferari, & lamentari, qd differãt. Cap. lii.

Flere. Gemere. FLere eſt lachrymis: ideoq; tantũ hominum ſicut ridere. Gemere eſt pectore: cum præ anguſtia in ſonũ ꝓrũpit: ideo & iumenta ſub nimio põdere gemũt: & inanimata quoq;, cũ nimis honuſta ſunt gemere dicuntur: apud Virgilium. Gemuit ſub põdere cymba. Plorare Plorare eſt uoce flebili, & effuſa dolorem ſuum aperire. Vnde implorare eſt Plãgere plorando opem orare. Plangere eſt percuſſione, & uerberatiõe pecturis, capitis, uultus, aliorũue mẽbroꝝ ſe i dolore affligere: regitq; poſt ſe accuſatiuũ. ideoq; p trãſlationem dicunt̃ fluctus plãgere littora: q̃ſi ad declarandum dolorem in modum lamẽtationis. Eiulare eſt uoce Eiulare. ſublata flere: qd magis mulieꝝ eſt propriũ. Vociferari eſt uoce effrenata nõ modo dolorẽ, ſed Vociferari. etiam indignationẽ, quãquã indignatio doloris genus eſt: oſtẽdere: Interdũ ſine affectu, ſed tñ uehementius exclamare. Lamẽtari eſt uoce querula, & triſti oratiõe cladẽ teſtari ſuã. Lamẽtari. Quæ exẽpla lecturis hoc opus inueſtiganda relinquimus.

ℭEXISTERE & extare eſt eminere & ſupereſſe. Sed exiſtere cum motu: quaſi ꝓdeundo, aut exurgẽdo: ſeu emergendo. Extare etiam ſine motu. ASCEN.

ℭEſt enim exiſto quaſi exeundo ſto. Exto quaſi extra ſto. Vnde apud Iuuenalem Et ſtantem extra pocula caprum dici poſſet uno uocabulo extantem. Vnde extant quæ non exciderunt: tam libri q̃ reliquæ res. Supereſſe dicuntur homines ſuperſtites: qui ſcilicet ſuperſtant reliquis decidentibus, aut ubi reliqui deciderint. Aul. Gellius docet ſupereſſe ſignificare ſup. i. plus q̃ ſatis eſt, eſſe.

ℭ De exiſto: & exto. Cap. liiii.

EXiſtit, & extat, quoꝝ uerboꝝ unum atq; idem præteritũ eſt: ſimile qddã ſignificãt: qd eſt, eminet, & ſupereſt: Exiſto Exto. ſed primũ cũ motu: alteꝝ ſine motu ut illud ſit, ꝓdit, uel exurgit: hoc uero, ſupſtat. Cicero de diuinatione. Atq; delapſus in flumen nunq̃ cõparuiſſe: ſime cõtremuiſſe timore perterritũ: tũ te repẽte extitiſſe. Et iteꝝ in eodẽ libro. Sũmerſus equus uoraginibus nõ exiſtit.

Adhuc iteꝝ in eodem. Vocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe. Atq; iteꝝ. Neq; diu ulla uox extitiſſet. & in ſecũdo. Anguem ab ara extitiſſe. Et iteꝝ. In Lyſandri ſtatuæ capite Delphis extitit corona. De rebus quoq; mẽtis exiſtere dicimus. ut idem in Lælio. Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. De extare unũ exẽplum Virgilii geor. iii. ſuffecerit. Stãt circũfuſa pruinis Corpora magna boũ: cõfertoq; agmine cerui Torpẽt mole noua: & ſũmis uox cornibus extãt. Quo fit ut de libris, q demortui nõ ſunt: dicamus extare: ut. extãt pauciſſimi Varronis libri: plurimi nõ extãt. Nã ut de hoĩe, q adhuc uiuit, loquimur, ſupereſt: q̃ſi nõ ſubter eſt ſub terra hũatus: ita de rebus, extat: q̃ſi extra ſtat: nõ intra: & in tenebris latet. Ci. in oratore. Quę (ut ſcis) extat oratio. & de ſenectute. Et tamen ipſius Appii extat oratio.

ℭCONCIliare & inire ſignificant comparare & contrahere: ſed dicimus cõciliare nobis amorem & beniuolentiã: nõ gratiã. Et e diuerſo inire grãm, non amorẽ, aut beniuolentiam Nã inire eſt magis fauorẽ cõparare q̃ amorẽ Recõciliari, ſi & in grãm redire idẽ ſunt: niſi q reconciliamur p aliũ: redimus ẽt p nos: idq; ẽt cũ inanimatis. Præterea cõciliamus ASCEN.

nobis: ideſt comparamus laudem, famam, honores, ſimiliaq; non inimus. Rurſus inimus non conciliamus proprie rationē: fœdus: pacem, ſocietatē, bellum, pugnam, uiam: & cæteras res graues ac magni momenti: quaſi capeſſentes & ingredientes: quo circa non dicam: ineo prandium & cœnam. ut ineo conuiuium. Vnde & rei magnæ principium initium uocari ſolet: a græcis pœmiū. Ineunſq; abſolute poſitū rebus magnis: ut ætati, pueritiæ, adoleſcentiæ, ueri, æſtati, hiemi, anno nouo, & ſimilibus dūtaxat accōmodari.

ℭ Conciliare amorem: & beniuolentiā nobis dici: inire autem gratiam. Cap. liiii.

Concilio amorem.

CONciliamus amorē nobis alicuius: conciliamus beniuolentiam: non aūt cōciliamus gratiam. Rurſus inimus gratiam: non autem inimus amorem aut beniuolētiam. Quarū omnium orationum eadem fere ſentētia eſt: ac ſi hoc uerbo uteret, cōparo, uel contraho: niſi quod inire gratiā eſt magis fauorem cōparare, q̃ amorem: ut apud Quintilianum. Quin etiam hoc timeo ne ex eo minorē gratiā hic liber ineat: quod pleraq; non inuenta per me, ſed ab aliis tradita continebit. Recōciliari tn̄, & in gratiam redire, idē ſunt: quotiens amici interpoſita aliqua offenſa, cum aliquādiu fuerunt inimici: in priſtinam redeunt beniuolētiam, ac familiaritatem. Sed redire in gratiam etiā cum inimicis ſolemus. Vnde Cicero de ſenectute. In grām cū uoluptate redeamus. Præterea conciliamus nobis laudem, famā, honores, ſimiliaq;: non aūt inimus. Quinti. lib. ii. Nā & plus auctoritatis afferūt, q̃ quæ non præſentis gratia litis ſunt cōparata: & laudē ſæpe maiorem, q̃ ſi noſtra ſint, conciliāt. Rurſus ineo rōnem: ineo fœdus: ineo pacem: ineo ſocietatem: ineo bellū: ineo pugnam: ineo uiam: quaſi capeſſo: atq; igredior: qd̓ non fere niſi in re memētoſa, ſiue graui, grādiue dici ſolet. Nam nō ita recte loquor: ineo prandiū, cœnāq;: ut ineo cōuiuium. Vnde principiū rei maioris initium uocaꝛ: ut initium rōnis: Quintiliano quoq; teſtante: qui ait. Quod principium latine uel exordiū dr̄: maiore quadam ratione Græci uidenꝛ procemium noiaſſe: qd̓ a n̄ris mō initium ſignatur. Et huius uerbi participium abſolute poſitū ſine regimine maioribus rebus adhibeꝛ: ut ineunte pueritia, ineunte adoleſcētia, ineunte ætate, ineūte uere, ineunte æſtate, ineunte hyeme, ineunte anno nouo: non aūt ineūte dormitione, ineūte cōuiuio, ineunte die, ineūte nocte, ineūte hora: ſed īcipiēte. Niſi dicimus illud ipm̄, ineunte, certis noibus debere adiungi: quæ ſunt ea, quæ modo expoſui.

Ineo grām

Reconciliari

Redire in gratiam

Initium

Exordiū

ℭ Epitome capitis. lv.

ASCEN. ℭ OBRVERE eſt operire aqua aut terra: ſimulq; re quæ ꝓiici pōt, & per metaphoram ēt ad animum transferꝛ: competitq; uino & ſomno. Ingurgitari autem quéuis multo cibo dicimus: quamuis & uino quoq; quis ſe ingurgitat: ſicut crapulari tam de potu q̃ de cibo dicitur. Cuius ingurgitatio & repletio crapula dicitur.

ℭ Quid ſit obruere, & ingurgitare. Cap. lv.

OBruere eſt operire: ſiue aqua, ut obruit undis: ſiue terra: ut: Obrue uer ſata cerealia ſemina terra: ſiue per trāſlationem ad animum. ut Quintilianus. Tot uoluptates obruere poſſunt unum dolorem. Sed de multo uino potando etiam dicimus: ſicut ingurgitare de aſſumendis multis cibis. Cicero pro deiotaro ait: uino ſe obruiſſe: nudumq; ſaltaſſe. Et in Antonium. Vt fratrem imitetur: ſe obruit uino. Et in eundem. Idem cum ſe cibis ingurgitaſſet. Ingurgitare aliqñ utrunq; complectitur: ſicut crapulari nonmodo in uino, ſed etiam in cibo: unde fit crapula: ut idem in eundem. Edormi inq̃ crapulam: & exhala.

Obruo

Ingurgito

ℭ Epitome capitis. lvi.

ASCEN. ℭ DEVENIRE eſt quaſi deorſum uenire: unde recte deueni in planum, in uallem, & a conſimili in paupertatem ac miſeriam. De enim ſæpe ſignificat deorſum: ut deuoluo deorſum uoluo. Deſpicio deorſum inſpicio, & quia quem contemnimus nō aſpicimus: ſed deſpicimus: ideo deſpicere accipitur pro contemnere: ut in Buco: Deſpectus tibi ſum: nec qui ſim quæris Alexi. Eſt tamen proprie deorſum inſpicere: ut Aeneid. i. Et iam finis erat cum Iuppiter æthere ſummo Deſpiciens mare ueliuolum, terraſq; iacentes. Sicut ſuſpicere eſt ſurſum inſpicere: ut Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum. Diſpicere autem eſt circunſpicere, & conſiderare: refertur q; ad mentem. Peruenire eſt ad intentum finem uenire quaſi ad ardua. Vnde proprie dicas perueni in montem: ad diuitias, ad honorem magnum, & ſimilia.

ℭ De deuenio, ꝑuenio, deſpicio, & diſpicio, quomodo eis ſit utendum: & quid ſignificent. Cap. lvi.

DEuenimus in mōtem: deuenimus ad diuitias, minus uſitatū, ac minoris rōnis eſt: q̃ ꝑuenimus in mōtem: ꝑuenimus ad diuitias. Similiter e diuerſo deuenimus in planū: deuenimus in uallē: quotiēs ab editiore loco ꝓfecti ſumus: uſitatius ꝓbabiliuſq;, q̃ ꝑuenimus in planū: ꝑuenimus in uallē: ita deuenimus in paupertatē: q̄ſi deſcēdi, & delapſus ſum in humiliora. Deuoluo, deorſū uoluo: ut deuoluere rogos, deuoluere trabes, deuoluere ſaxa, deorſū ꝑcipitare. Deſpitio deorſū aſpicio: ſicut ſuſpitio ſurſū aſpitio. Inde ꝑ trāſlatōem cū qs aliū cōtemnit, ac paruifacit: deſpicere dicitꝛ: q̄ſi infra ſe, & ad pedes ſuos ꝓiectū aſpicere: quemadmodū ſuſpicere eſt uenerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum. Nā diſpicere eſt prouidere, & circunſpicere mente: & tanq̃ in omnem partem lumina mētis intendere: oia q; diſcernere. a quo diſpicientia dicta eſt, circūſpectio, & ꝓuidentia, uel cōſideratio diligens, atq; diſcretio.

Deuenio

Peruenio

Deuoluo

Deſpicio

Diſpicio

Circūſpectio.

¶Epitome capitis.lvii.

¶OCCVPARE eſt rem uacuã poſſeſſore primũ inua/
dere & ante alios capere,aut ui capere. Occupatio auté ſche
ma eſt:ſeu figura qua præueniendo dicimus ꝙ ab aliis dictũ
iri ueremur:quaſi ſit quod uulgo dicunt ſermonis præoccu/
patio.Occupatus uero dicitur qui ante negocio detẽtus nõ
põt alteri intendere.Vnde & occupatio rei neſſarie,& cui an
te alias uacare debemus diligens uacatio.

¶Quid ſignificet occupare. Cap.lvii.

Occupo OCcupare eſt locũ tenere: aut capere:
& ui capere: ut apd Liuiũ lib.xxxiii.
Nã & ipſis uocãtibus urbem hãc ac/
cepi:nõ occupaui: ideſt ui accepi:
aut mea ſponte accepi:nõ alioꝝ rogatu. Sæpe
uero ante capere eſt,&(ut aliq loquũt)præoc/
cupare. Vnde ſchẽa illud occupatio appellaſ:
quotiẽs ꝗ dici ab alio poterãt:ea ipſi præueniẽ
do dicimus,in noſtrã partẽ,ne nobis poſtea offi
cerẽt,retorquẽtes. Ci.of.lib.i. Sunt aũt nulla
priuata natura:ſed aut ueteri occupatiõe:ut ii,
q quondã in uacua uenerũt. Certe primi illi,q
uenerũt in uacua:nõ potuerũt in aliena re:ut iſti
aiunt:qui uolunt occupare utiq; eſſe, in aliena
re ſe poſſeſſorẽ facere.Proprie eſt enĩ occupaſ,
qđ in medio,ſiue in mediũ,atq; in cõpoſitũ eſt:
ante cæteros capere. Qđ teſtaſ Quint.dicẽs.
Multa nihilominus,ꝗ libera fuerãt : trãſeunt
in ius occupãtiũ:ſicut uenatio, & aucupatio.
Inde occupatus diciſ, qui ante negocio aliquo
detẽtus nõ põt alterius negocio operã dare.Ci
cero. Nemo me cõuenire uoluit:cũ eſſe occu
patus: hoc eſt cũ cauſarer me qbuſdã aliis ne/
gociis eſſe pręuẽtũ.atq; hinc uocaſ occupatio:
cũ alicui neceſſariæ rei, & cui ante oĩa operam
dare debemus:cum diligentia uacamus.

¶Epitome capitis lviii.

ASCEN. ¶PETO ad rem relatum tã in bonũ ꝗ in malum accipiſ
ad pſonam uero ꝑprie in malũ cum ablĩõ.pſertim ſine ꝑpo/
ſitione:ut Peto te gladio,ueneno,inſidiis,dolo.Peto autem
malo aut telo.i.inceſſo,aut percutio iactu teli ac pomi: Po/
ſco autem eſt rem debitam ac honeſtam peto. Repoſco rem
meam repeto.Poſtulo rem iuſtam,aut iuridice requiro. Pe/
timus etiam humiliter. Expoſtulamus autem cum querela
apud amicos officium amicitiæ requirentes frequente ablĩõ
& ꝑpoſitione cum. Flagitamus uehementer poſtulantes:ſed
adhuc,uehementius efflagitamus.

PETrus. deFON. ¶PETO petis petiui,uel petii petitum: ſignificat oro ſi/
ue obſecro uel uolo petere: ut inquit Var.Proprie eſt aliqđ
ſimpliciter & precatio poſtulare,& ſic unum tantum exigit
accuſatiuum. Te,aut promittere noſtra neceſſitudine eſſet,
atq; eſſet peto:ut eius filios qui in tua pſtãte condones in ma
la.Saluſt.in Iugur.Ipſe acer,bellicoſus: at is quẽ petebat ge/
tus,imbecillis erat. Si in bonum dicimus:Pater ſalutem filii
petit:ſeruus beniuolentiam domini.

¶Peto, poſco, poſtulo,flagito, quid ſignifi/
cent. Cap.lviii.

Petere PEtere eſt ĩ bonũ,& in malũ: qđ decla
raſ ꝑ ipſam rẽ,aut bonũ ſignificantẽ,
aut malũ:ut medicus ſanitatem ægri
petit:pater laudẽ filii:tu diuitias:ego
uoluptatẽ peto.Itẽ multi filii petũt mortẽ pa
tris:ſerui mortẽ dominoꝝ: medici lõgitudinẽ
morbi. Petere aũt uitã alterius,itẽ petere caput
alterius,petere famã,peterẽ pudorẽ eiuſdẽ acci
piſ in malũ:qđ illa in hoĩs pnicieẽ petas: ſiue qđ
ea oppugnes. At cũ non in rem,ſed ĩ pſonam re
ferſ: peto utiq; cũ ablĩõ in malã partẽ accipiſ:
ut peto te gladio:peto te ueneno:peto te ĩſidiis.
Nã illud apud Virgiliũ, Malo me Galathea
petit laſciua puella: idẽ eſt,qđ malo me inceſ
ſit:& pomoꝝ iactu ꝑcutere me ſolet. Et iõ ꝗſi
audatiæ culpæq; ſibi conſcia diciſ: & fugit ad
ſalices. Ab hac ſignificatiõe abſunt alia uerba:
poſco: quod eſt ꝑprie rẽ debitã, & honeſtã pe/ Poſco
ro.inde repoſco:quod eſt rẽ meã:& quod mihi
debes reddi peto. Poſtulo eſt quodãmõ reqro:
ut res,locus,pſona,tempus,cã poſtulat:& tanꝗ Poſtulo
rẽ iuſtã peto. Curtius. Poſtulabat aũt magis,
ꝗ petebat.niſi accepimus : ut Varro apud Ser.
uult:humiliter petebat.Sic enim ait. Poſcere
eſt:cũ aliqd pro merito noſtro depoſcimus:pe
tere uero eſt: cũ aliqd humiliter, & cũ ꝑcibus
poſtulamus. Et expoſtulo:qđ eſt cũ qrela apđ
amicos reqro:& ꝗſi officiũ amicitiæ ĩ alio deſi
dero.ut Ter.ĩ Adelphis. Quã ipſi fecerũt:ul/
tro iniuriã expoſtulãt. Sed frequẽtiſſime poſt
ſe hẽt ablatiuũ,ſeruiente præpoſitiõe cũ:ut.qd
habes quod mecum expoſtules? Flagito uehe/ Flagito
mẽter,& plus ꝗ poſtulo. ut Cicero pro Quin/ Efflagito
tio. Quãꝗ hoc cã poſtulat:& ſi poſtulat:nõ tñ
flagitat. Et Quit.Ad Tryphonẽ. Efflagita
ſti quotidiano cõuitio:ut libros,quos ad Mar/
cellũ meũ de inſtitutione oratoria ſcripſerã : iã
emittere inciperem. Quæ uerba ẽt Cicero/
nis ſunt in epiſtola ad Quintum fratrem.

¶Epitome capitis.lix.

¶LABARE prima breui eſt ruere,& repente cadere.La/ ASCEN.
bi uero priori longa breuiter ſenſimq; deorſum ire. Delabi
autem proprie eſt deorſum labi. Labuntur etiam in lubrico
leniter cadentes. Lapſus tñ pro ruina legiſ.Is quoq; lapſus q
per infirmitatem animi ac imprudẽtiã deliqt. Elabi uero dr
periculum euadere. Labeſcere quoq; animus a labi dicitur
ꝑ trãſlationem.Inelaboratum dr non ſatis labore excultum
unde uitio daſ.Illaboratum ſine labore factũ qđ laudi datur
quaſi ſuapte natura natum aut factum.

¶Labo,& labor,quid differant. Cap.lix.

LAbo,& labor,ita differunt:qđ labare Labo
eſt ruere,& repẽte cadere:ut apđ Vir Labor
giliũ: Labat ariete crebro Ianua: la
bi uero leniter,ſenſimq; deorſum ire:
ut.labunſ flumina:labiſ cælum : labiſ anguis:
Labunſ ab æthere pẽnæ:labunſ dii a cælo:nõ
labant. Quintilianus. Vt numẽ,& deus dela
bi ſyderibus,& uenire de liqdo puroq; aere ui/
debaſ. Cicero. Nõ ꝗſi unũ ex hac urbe miſ/
ſum:ſed ꝗſi de cęlo delapſum in hãc urbẽ itue

tur. Ideoq; dæmones magis e cælo labarunt: q̄ lapſi ſunt. Angeli uero aſſidue ad nos labunt̃. Labi quoq; dicunt̃, qui in lubrico imprimentes ueſtigia ad terrá ferunt̃, nõ cũ ruina, ſed lentius, & cum aliqua mora. Táetſi nõnunq̄ lapſus pro ruina accipit̃: & per tráſlationem de corpeis ad incorpea. de eo, qui aut per infirmitaté animi, aut per imprudentiá deliq̄t: dicimus: lapſus eſt: q̄ſi pes animi unus, amboue, qui ſunt fortitudo, & prudẽtia: in lubrico lapſi ſunt. Elabi quoq; periculũ fugere dr̃: eo modo, quo anguis lubricus, murenaue, aut anguilla manu prehenſa lapſu fugit. i. manu elabit̃: ita qui e medio piculo euaſit: elapſus dr̃. Virgilius. Ecce aũt elapſus Pyrrhi de cæde Polites. Sed hic nõ eſt tráſlatio: utpote in re corpea erit tranſlatio incorpea. Quintilia. Seruium quidem Galbá miſeratione ſola, qua nõ ſuos mõ liberos puulos in cõcione deduxerat: ſed Galli etiá Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circũtulerat: elapſum eſſe, cũ aliorum monumẽtis, tum Catonis oratione teſtatũ eſt. Cicero. Hic Tito fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat: elapſus eſt: ideſt accuſatorũ quaſi prehenſantium manus effugit. Tranſlatio quoq; illud Terẽtianum eſt a labo: non a labor. Labaſcit uictus uno uerbo: q̄ cito? Labo primam breuem habet: Labor primam lõgam. hinc labor laboris: & laboro laboras, primam breuem: qđ an ab altero illoꝝ uerboꝝ deriuetur: & ab utroq; potius, liberꝝ opinaturis relinquo: hoc tamen non omittens: inelaboratum dici: quod non artificio ſatis excultũ eſt: illaboratum uero, quod ſine labore uidetur factum. Illud uitio dari ſolet: hoc laudi. Quintilia. de Cice. ait. Cum interim hæc oĩa, quæ uix ſingula quiſq̄ intẽtiſſima cura conſequi poteſt: fluunt illaborata: & illa, q̄ nihil pulchrius, oratio præ ſe fert tamẽ feliciſſimá facilitatem.

Labo prima breuis. Labor prima longa. Labor

Illaboratum

℃Epitome capitis. lx.

ASCEN. ℃DELIGERE eſt qđ magis idoneum ſit ad aliquá rem decernere: quaſi de multis legere. Eligere eſt ad nr̃m cõmodũ aut ad electi dignitatem e duobus, aut pluribus legere. Delectum agere eſt deſpicere qs cui rei ſit idoneus. Fieri autẽ põt: ut idem deligatur. i. decernat̃ magis idoneus, & eligat̃ quaſi e multis ad dignitatem ſublimãdus: ut princeps bonus. Deligo aút accuſatiuum ſine præpoſitione regit: aut mediáte ad. Eligo mediante in: ut Delegi te principem: aut ad principatum gerendum elegi te in principem. Pares autem dicuntur cooptari. Cæterum dicimus agere uel habere delectum: non facere: nec cum alio uerbo: differtq; agere uel habere delectũ ab deligere: q deligimus aliquando unum tantum: agimus autem, uel habemus delectum inter multos.

℃Inter deligere, & eligere. Cap. lx.

Deligere Eligere

DEligere, & eligere ſic differũt: quod deligere eſt, qđ magis idoneum ad rem agẽdam eſt, cernere: eligere uero uel ad noſtrum emolumẽtum, uel ad illius, qui eligit̃, dignitaté. Delegit ſibi ſæpe ppl̃s Ro. impatoré ad bella: ut Põpeiũ ad bellum Mithridaticũ. Impator quoq; delegit milites: nõ elegit, ad rem uidelicet bellicá idoneos: & iter eos agit delectum, qs cui rei maxime ſit cõmodus. Et agricola delectũ agit iter tauros: quos ſcindẽdo ſolo, quoſq; procreádæ ſoboli deſtinat. At ſi ex multis daret̃ optio: quem ſibi uellet, eligeret: non deligeret. Ideoq; ſemp fere dr̃ in eodem ſenſu. dat̃ tibi, ſiue offert̃ optio: & dat̃ tibi, ſiue offert̃ electio. At Cicero, Deligere, inq̄t, oportet quá uelis diligere. De uxore loquẽs deligere dixit: q̄ſi ad res domeſticas adminiſtrãdas. Nec inficias eo: poſſe fieri: ut in aliqué cadat delectionis, & electionis nomẽ: ut in ipm pricipé, qué ad honoré parit̃, & ad rép. bñ gerẽdam aſſumimus. Cæterꝝ deligo ſine p̃poſitione actm̃ hẽre ſolet: ut: ppl̃s Ro. delegit. Cn. Põpeium impatoré: eligo alterꝝ actm̃ cum præpoſitione: ut idé populus elegit in principé ſibi Octauium. Cicero inq̄t. Quos Cæſar in ſenatũ elegerat. Et ſacerdotes eligũt ſibi põtificé: & clerus epm: rurſus cõſul milites delegit: & milites impatoré: nautæ gubernatoré: diſcipuli præceptoré ſibi deligunt. Nam inter collegas, pareſq;, aut fere pares dicit̃ cooptare. Liuius. Dictatoré dici placet. Dicit̃ M. Furius Camillus: qui magiſtrũ eq̄tum L. Aemiliũ cooptat. Cice. in Bruto. A quo in collegiũ augurꝝ fuerá cooptatus. Illud nõ eſt ſilẽtio tráſeũdum: duobus tm̃ dici modis deligere p̃terq̄ per hoc ipm uerbũ. Vno agere delectũ: altero hẽre delectũ: nunq̄ facio delectũ. qui duo modi differũt ab ipſa ſignificatione deligẽdi: quod deligimus aliq̃n unum tm̃. Agere uero, uel hr̃e delectum ad multa ſemp defert̃. Apud Quint. legi facere, pro agere: qđ haud ſcio an uitio librarioꝝ factum ſit: an etiá ſic dicere liceat. Ita enim legitur. Proprietates ingenioꝝ deſpicere prorſus neceſſarium eſt. In iis quoq; certum ſtudiorum facere delectum nemo diſſuaſerit. náq; erit altius hiſtoriæ magis idoneus: alius cõpoſitus ad carmẽ: alius utilis ſtudio iuris: & nõnulli rus fortaſſe mittendi.

℃Epitome capitis. lxi.

℃PERCONTAMVR proprie arguendi gratia: interrogamus cauſa nocendi: ſciſcitamur cauſa ſciendi. ASCEN.

℃Add: poteſt q ſcrutamur & rimamur cauſa intuendi. Percontari autem quia a conto: ideſt ptica: qua nautæ aquarum profunditatem indagant, uenit: uidetur poſſe etiam ſine reprenſione dici: ſicut & percunctor: qđ eſt cum mora inquiro, tractum ab his qui excogitantes aliquid cunctantur.

℃Inter pcõtari, & iterrogare. c. lxi.

PErcõtari ſignat iterrogare: q̄uis ſua pte natura ſpectet ad finé coarguẽdi ut teſtat̃ Quinti. dicẽs? Quid eni tá Percõctor

Interrogo

cõmune, ꝙ interrogare, uel percontari. quorũ utroq; indifferenter utimur: cum alterũ noſcendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. Interrogo igitur (ut ego interp̃tor) noſcẽdi grã adhibet̃: percontor uero arguendi. Sciſcitari (ut ipſa uox indicat) ſciendi cã interrogare eſt.

¶Epitome capitis.lxii.

ASCEN. ¶DEBELLARE eſt bello uincere, aut bello capere ꝓprie homines. Expugnare pugnando capere, uel oppugnando uincere: proprie opera, moles, caſtra, uallos, caſtella, urbes, naues: & ſimilia. Oppugnare autem & impugnare eſt pugnam mouere etiam citra uictoriam: nam multi oppugnant & impugnant, quæ non expugnant.

¶Inter debellare: & expugnare. Cap.lxii.

Debellare
Expugnare

DEbellare eſt bello uincere: aut bello capere. Expugnare pugnando capere: uel potius pugnãdo, uel oppugnãdo. quod ſignificauit Liui. lib. xlvi. Haud paulo facilius ꝙ ante duæ unam, tũc una duas naues expugnauit, cepitq;. Sed bellamus potius homines. Vnde debellatum eſſe dicimus pro eo. quod ĩ bello certatum: belloq; res parta eſt: aut perdita: expugnamus autem opera moleſq;: ut caſtra: ut caſtella: ut urbes: ut naues. Quo miror illud in pſalmo. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc Iſrael: ſæpe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: etenim non potuerũt mihi. Pro eo, quod eſt, oppugnauerunt: ſiue impugnauerunt. ſi enim non potuerunt mihi: profecto non expugnauerunt: ſed oppugnauerunt tãtum. Græce autem magis eſt oppugnauerunt: ſiue impugnauerunt, ꝙ expugnauerunt. pro eodem tamen ſignificato interpres accepit: niſi librariorum uitium eſt.

¶Epitome capitis.lxiii.

ASCEN. ¶RE Particula præpoſita per compoſitionem uerbo ad cælaturam, aut clauſuram, ſeu contextum pertinenti cõtrarium importat: ut refigo, retego, refero, retexo, recludo, reuelo, reſignõ. Cum aliis autem non immutat ſignificationẽ: ut remoueo, repello, aut iterationem importat: ut repeto, redeo, refero, reſtituo &c. uide ſuperiora.

¶Inter figo, & refigo. Cap.lxiii.

Figo
Refigo
Tego
Retego

FIgo: inde refigo: quod fixũ erat, educo. Tego: inde retego: quod tectum erat, denudo. Texo: inde retexo: qđ erat textum, reddo non textum: & q̃ſi infectũ quod erat factum. Claudo, ſiue cludo: recludo: quod clauſum erat, aperio. Velo: reuelo: uelamẽtum tollo. Signo: reſigno: quod erat ſignatum, obſignatumue, relaxo, & patefacio. Et multa huiuſmodi alia ſunt: multa non ſunt: ut repeto, repoſco, renouo, repræſento, reuello, remoueo, remaneo.

¶Epitome capitis.lxiiii.

ASCEN. ¶PRAEPARARE eſt ad futuram utilitatem rem ante parare. Apparare ad pompam & magnificentiam: unde apparatus: qui interdum præparationem complectitur.

¶Inter præparare, & apparare. Cap.lxiiii.

Præparare
Apparare

PRæparare, & apparare, ita differunt: qđ præparare eſt antea parare, quæ ſibi utilia ſunt: aut fore credit: apparare ad dignitatẽ quãdam, ac uerius pompam. Ideoq; oratores ꝑparant quibus optinere cãm poſſunt. Ac ꝓœmium apparatũ repꝛehenditur: qđ plus pompæ, atq; oſtentationis, ꝙ utilitatis habere uideat̃. Cicero offi. i. Facile totius curſum uitæ uidet: ad eãq; degẽdam præparat res neceſſarias: ut paſtum: ut latibula: ut alia generis eiuſdem. Idem de Ora. iii. Illa, quæ in apparatu fori appellant̃ ĩſignia. ꝗꝗ apparatus uidet̃ ſignificare interdũ etiamq;: ut apparatus belli: quaſi præparatio. Sed ut dicimus naues nonmodo inſtructas, ſed etiam ornatas: quod quo res ĩſtructores ad bellũ, eo pulchriores ſunt: ita apparatum belli uocamus: ubi ĩſtrumenta bellica etiam adornata ſunt.

¶Epitome capitis.lxv.

ASCEN. ¶PRAEESSE eſt ꝓpoſitũ eſſe rei cuipiã gerẽdæ: aut adminiſtrãdæ. Præſidere eſt ad opẽ præſtãdam præeſſe: quã homines præſtãt iniuriã patientibus: aut in diſcrimẽ adductis. Dii uero ꝓſides bñficẽtiam & fauorem præſtãt inuocãtibus: aliqñ tñ confundunt̃. Præſides aũt Dii ſunt hoĩum: & hoĩes Deoꝝ. ſed hoĩes q̃ſi tutores & defenſores idoloꝝ. Præſes aũt in prouĩncia eſt: qui illic maximum imperium poſt principẽ gerit. Vnde præſidium principale auxilium, & militũ cuſtodia: Gallice garniſon. Præſul autem proprie qui præeſt aliis.

¶Inter præeſſe, & præſidere. Cap.lxv.

Præſum
Præſideo

PRæſum, & ꝓſideo, differunt. ab hoc fit præſes: ſicut a deſideo deſes: a reſideo reſes: ab illo uero ꝓſeus: qđ a ſuo uerbo in ſuo ſignificato recedit: de quo antea diximus. Præeſſe eſt ꝓpoſitũ eſſe rei cuipiam gerẽdæ, atq; adminiſtrãdæ. Præſidere eſt ad opem præſtandã præeſſe: quã proprie præſtant hoĩes qdẽ iniuriam patientibus, aut in diſcrimen adductis: dii uero bñficentiã, fauorẽq; inuocantibus. Aliqñ tñ indifferenter. Sueto. de Tiberio. Præſedit & actiacis ludis. quaſi dixiſſet, præfuit. Cicero pro Sylla. Noli aĩos eoꝝ ordinum, qui præſunt, iudiciis offendere. Idem pro eodẽ. Quã ob rem uos dii, & patrii penates, qui huic urbi, atq; imperio præſidetis. Idẽ pro Milone. Vos inuicti, & in ciuis inuicti ꝑiculo cẽturiones, atq; milites, uobis nõmodo inſpectantibus, ſed etiam armatis, & huic iudicio præſidentibus, hæc tãta uirtus ex urbe expelletur? exterminabitur? eiicietur? Quintil. in. x. Nam & beniuolũ auditorẽ inuocatione deaꝝ, quas præſidere uatibus creditum eſt: & interum propoſita rerum magnitudine, & docilem ſumma rerum celeriter comprehenſa facit. Et non longe poſt. Quẽ præſidentes ſtudiis deæ propius audirent. Vnde tã

dii,q̃ hoĩes præſides dicti ſunt:illi quidẽ in ſuo quiſq; numine,ſuaq; ui:hi uero in ſua qſq; prouincia,aut ab rege,aut a populo ſibi cõmiſſa. idem Q uintilianus. Q uod oĩa ſic egerit:ut gentium p̃ſide belloꝝ deo incredibile non eẽt: quaſi cuius in manu eſt impium belloꝝ,aut auxilium. ut apud Liui.lib.vi. Dii,deæq;,qui Capitolium incolitis:ſiccine ueſtrum militẽ ac præſidem ſiniris uexari ab inimicis? Præſidẽ dixit,pro auxiliatorẽ,ac defenſorem:ut alibi ẽt ſæpe.Præſes(ut diffinit Vlpianus)is eſt,qui maius in ꝓuincia imperium habet oĩbus poſt principem.Hinc p̃ſidium dictum eſt auxilium principale.Nam ſubſidium id,qđ in auxilium ſuccedit,dicit̃. Et milites,qui in tutelam oppidi, caſtelli,ſimiliumq; collocati ſunt:præſidium uocãtur:ut impoſitum eſt præſidium Caietæ. Nam p̃ſul antiqtus is dicebat̃:qui primus erat inter ſalios.i.Martis ſacerdotes,Romæ dũtaxat,a ſaliendo dicti in portandis ancilibus.

℄Epitome capitis.lxvi.

ASCEN. ℄ASSENTARI eſt effuſe lucri gr̃a quẽpiam laudare. Adulari eſt inſeruire & captare:ut fauorẽ mereamur quoquo modo a Græco dulos:qđ eſt ſeruus.Blandiri eſt molliter tãgendo aſſentari:ſed etiam ad loquelam,& ad alia transfert̃. Vnde & canes blandi dicunt̃ non aſſentatores:neq; adulatores,niſi ut in apologis fit:Illis demus ſermonem.

℄Inter aſſentari,adulari,& blãdiri. Cap.lxvi.

Aſſentari Adulari Blandiri ASſentari,adulari,blãdiri,ita differũt: qđ aſſentari eſt inſidioſe,& cõciliandæ alicuius utilitatis gratia effuſius, & plerunq; falſo quẽpiam laudare: adulari uero inſeruire,& captare:ut fauorem emereamur quoquo modo,uł uoce,uel geſtu. eſt tractũ α πόρου δοῦλος:qđ eſt ſeruus. Et ſane adulari ſeruile eſt:& non liberale,& ingenuum:blãdiri uero ad tactum ptinet:& p abuſionẽ ad alios ſenſus trãſfert̃:& nõnunq̃ etiam ad aĩum.Quintilianus. Tu nõ cogitas quẽadmodũ ſuſpenſa manu ſonãtem blande cardinẽ flectas. Idem. Blãdiar iudices pauliſper calamitatibus meis:et ſic agã:itanq̃ iuenerim utrũq; ſanum. Ideoq; idem quodã loco pene pro eodem poſuit hæc duo poſteriora uerba. Tranſeo oblatam nolenti numeꝝ uacationẽ:& blandius,quã militiæ diſciplina poſtulet,adulatum militi tribunum. Adulatum blãdius,dixit:ne aut blãdius blãditum,aut adulãtius adulatũ diceret:ſi tñ adulantius repitet̃. Alibi. Et aĩalium quoq; ſermone carẽtium ira,lætitia,adulatio & oculis,& aliis ſignis corpis dep̃hendit̃. Sũt enim muta aĩalia hoĩum ſerua:quæ ſigna maxime apparent in canibus.de quibus inquit Virgilius. Hinc canibus blandis rabies uenit. Nam aſſentari nõ cadit in muta aĩalia:niſi credimus hoc modo coruum a uulpe fuiſſe deceptum:cum optimum cibum ore geſtaret.

℄Epitome capitis.lxvii.

℄EXCVSO (ut notum eſt)ſignificat idẽ quod purgo. Item idem eſt quod in accuſationẽ affero:quaſi accuſo. Cauſari,eſt cauſam rei geſtæ afferre. Aliquando tamẽ quaſi in excuſationem afferre. ASCEN.

℄Excuſare,& cauſari,qd differãt. Cap.lxvii.

EXcuſare aptã ſigñationẽ hẽt:itemq; cãri. Excuſamus crimen obiectũ:qđ cũ uidet̃ ſatis purgatũ:recẽtes dicũt: hẽo te excuſatũ.ueteres dicebãt accipio excuſationẽ:ſicut in illo:dũ qs mihi tulit cõditionẽ:uerbi gr̃a:an uelim negociari in ſua pecunia in cõe lucrũ:dicã accipio cõditionẽ. Eſt & altera huius uerbi ſigñatio:quæ a priore defluxit:quotiens id,qđ in cã fuit ut peccaremus: afferimus in excuſationẽ. Nec dicimus(ut aliq loquunt̃)accuſo:ſed excuſo:q̃uis poti⁹ uideat̃ rõ exigere:ut p accuſo,q̃ p excuſo loq̃mur. ueluti ſi latrones,aut flumina ĩpedimẽto fuerũt ne ad diẽ eẽ poſſem dicã eo mõ,quo Quinti. Tũ tñ ſi iterpellatus tẽpeſtatibus ſerius ueniſſes:excuſares mare,& ambiguos flatus:& tibi bonã cãm hr̃e uidereris:cũ diceres añ nõ potui. Excuſares dixit:nõ accuſares.Liui.li.vi. Exactæ iã ętatis Camillus erat. comitiis iurare parato in uerba excuſandæ ualitudinis ſolitę cõſenſus ppl̃i reſtiterat. Et li.xlvii. Vbi dies uenit:citariq; abſens eſt cœptus L.Scipio:morbũ cãæ eẽ cur abeſſet,excuſabat. Lucanus in.viii. Littuſq; malignũ Excuſat. Cãri eſt cãm rei geſtę afferre.Sueto. Syllanũ itẽ ſoceꝝ ad necẽ,ſecãdaſq; nouacula fauces cõpulit:cauſat⁹ in utroq;: qđ hic ſe ĩgreſſum turbatius mare,nõ eſſet ſecutus. Aliqñ pene qđ illa ſigñatio ſupioris uerbi de excuſo:dico iſcđo ſignificato.Quint. Nec cãnti pupillo ſic tutor iraſcat̃ unq̃:ut non remaneãt amoris ueſtigia,& ſacra q̃dã pr̃is eius memoria. Cãnti pupillo:q̃ſi excuſanti acerbitatẽ tutoris.Cuius ſilẽ eſt illud Papiniani. Iuſſus rõnẽ reddere,& liber eſſe,ſi hæres cauſabit̃:accipere rõnes nihilominus liberꝝ fore:ideſt ſi ĩpedimẽta p̃tendet.Virg. Cãndo nr̃os in lõgũ ducis amores:ideſt ĩpedimẽta cãs afferẽdo. Vlpianus. Proſcribere palã ſic accipim⁹ claris lr̃is:ut plane recte legi poſſint:añ tabernã.ſ.uel ante eũ locũ,in quo negociatio exercet̃:non in loco remoto:ſed euidenti.lr̃is græcis? an latinis?puto ſm cõditionẽ:ne qs cãri poſſit ignorãtiã litterarũ. Et alibi. Cãri tẽpeſtatẽ,uel uim fluminũ. Vbi liceat dicere excuſare ignorãtiã litteraꝝ: & excuſare tempeſtatem,& uim fluminum.

Excuſare (margin, beside the chapter opening) — Cauſari (margin, beside "Cãri eſt cãm rei geſtę afferre")

℄Epitome capitis.lxviii.

℄MANDARE eſt alicui aliquid gerendum cõmittere: qđ filius etiã patri facit:cui ipſum præcipere,iubere,aut im- ASCEN.

perare non decet. Præcipere enim eſt magiſtrorum & magiſtratuum ſeu prælatorum. Iubere frequenter idem ꝙ imperare. Dicimus autem impero, aut promitto mihi: tu tibi: ille ſibi. non autem iuſſi mihi. Item uenuſte dicimus exequor, & perago iuſſa ac mandata: ſed non imperata: uerum facio imperata. Præterea dicimus impero tibi hanc rem: & iubeo tibi: ſed & iubeo te. Eſt autem iubere non plane impare: ſed quaſi hortari & uelle ſignificare: unde & inferiores ſuperioribus iubēt. Edicunt magiſtratus & reges: unde edictum conſulum. Indicere autem eſt denunciare: unde eſt uerſiculus. Edicūt reges: indicit feſta ſacerdos.

¶ Mandare, præcipere, iubere, impare, in quo differāt: itē indicere, & edicere. Cap. lxviii.

Mandare M Andare eſt alicui pſonæ gerendū aliqd, exequendūq; cōmittere. ut Quintilianus. Mandata tñ tua fili pagos: ideſt (ut nunc loqmur) cōmiſſiones: non autē iuſſa. Nā deforme alioqn eſſet: ſi filius

Præcipeř. iuberet: impareteq; patri. Præcipe eſt, tñ magiſtrorum: qd̄ eſt pcepta tradere: tum magiſtratuū, & ſupiorum pſonarum. Saluſtius in Catilinario. Iudices rerum capitalium, qbus pceptum erat. Idē in iugurthino. Micipſa pr̄ meus motiēs mihi

Iubere Imperare. pcepit. Iubere frequēter idē eſt, qd̄ impare. ut Quintil. Pr̄ me iuſſit. Et alibi. Nā quis infeſtum latronibus mare iuſſus itraui: neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cāsas patri, cur hoc mihi imperaret: qd̄ ipſe facere nō potuerat. Pro eodē accepit iubere, & impare. Hic tñ annotādū eſt: qd̄ ſicut eleganter dicimus impo mihi: ut apud eundē: Imperauit ſibi ne quas admitteret amplius pces: ut etiā pmiſi mihi: permiſiſti tibi: permiſit ſibi: ita non elegāter dicas: iuſſi mihi. Præterea cū ita dicamus impata, ut iuſſa: huic apponamus uerbū exequor, perago, & ſiqd eſt ſimile: illi autē fere unum uerbū facio. ut apud eundē. Neq; ipſe hoc piculum ignoro, expertus non leui documēto quanti ſteterit mihi qd̄ ſemel impata non feci. In hoc ēt hæc uerba differunt: qd̄ impero tibi hāc rem, dicimus: iubeo uero præter hanc conſtructionem poteſt hēre, & illam, cuius exēplum modo ptuli. pater me iuſſit. Eſt ēt iubere non plane imperare: ſed q̄ſi hortari. ut idē. Spera tu: iube ſperare matrem.

Cice. etiā ſic frequēter locutus: ut pro Deiotaro. Lr̄is, quas ad me Terracone miſiſti: bene ſperare iuſſiſti. Cui ſile eſt: quale eſt Terentii. Iubeo te ſaluere. Virg. in. v. Reddiq; uiro pmiſſa iubebant. Quā quæſo decorum fuiſſet ut

Edicere regi milites, ac comites ſui imparēt? Edicere eſt magr̄atuū, regūue. Vñ edictū cōſulum, ſunt lr̄æ

Indicere cōſulum: quibus aliqd iubēt, atq; imperāt. Nā indicere pprie eſt denūciare: ut. indictū eſt bellum. Indixi bellū fortunæ. Indixi bellū uoluptatibus. Indixit Romulus ſpectaculū. Liui. Indicī deide finitimis ſpectaculū iubet. Iterum. indixit in poſterum diem ut adeſſent. Idē. Indicto iuſtitio. iterum. Delectuſq;, & iuſtitiū idictū ē.

¶ Epitome capitis lxix.

¶ INTROCLVDO, ideſt intus claudo. Intercludo: ideſt impedio quaſi aliquid iter te: & quo ires medium claudo. Interſepio aliquid inter medium ſepio. ASCEN.

¶ Introcludo, & intercludo. Cap. lxix.

I Ntrocludo te: in iterioribus cludo: ſi repit. itercludo te: iter tuū impedio: & q̄ſi itercludo. Virgilius. itercluſit hyems: & terruit auſter eūtes. Ci. Qui iter Pœnorum cadaueribꝰ corporum ſuorum intercludēdū putauerūt. Qua rōne ēt dicimus iterſepio Quintili. His textis, ne uniuerſi mellis effluat pōdus: interſepta onera cludunt: q̄ſi circunſepta: uel qua effluere mella poterāt ſepta. Introcludo Intercludo. Interſepio

¶ Epitome capitis lxx.

¶ EX Sententia eſt quaſi ad uotum: ſed ex ſententia uidetur eſſe rationis: & ad uotum affectus. ASCEN.

¶ Ex ſnia aliqd habere, & ad uotū. Cap. lxx.

E X ſnia aliqd hr̄e, et ad uotū, licet illd̄ uideat rōnis eē: hoc affectꝰ cuiuſdā: eodē tñ fere ſigtiōis ueniūt. ut Quin. Hēs ne uxorē ex ai ſnia? & alibi. Et ad oē uotum fluente fortuna laſciuit ocium. Ex ſnia hēre Ad uotū habere

¶ Epitome capitis lxxi.

¶ ITER facere eſt igredi uiā. hoc eſt ire. Viā facere eſt ubi nō erat uia, aut trāſitus: hūc aut hanc apire. Munire uiam eſt eā purgare, reficere, aut ſubſternere iterdū lapidibus. Et ſicut uiam munire qñ eam purgamus & reficimus dicimus: ita & ripā ac alueum. ac aditū pro eo qd̄ eſt uiam munire. Iter habere eſt aliquem aliquo eſſe iter facturum: ſeu debere ire. ASCEN.

¶ Iter facere, uiā facere, uiā munire, itē iter facere, & iter hēre, qd̄ differant. Cap. lxxi.

I Ter facere, uiam facere, uiā munire, item iter facere, & iter hēre, differūt. Iter facere eſt (ut impiti loquunt) itinerare: (ut periti) igredi iter, aut uiā. ut Cic. de ſenectute. Maſiniſſa cum pedibus iter ingreſſus eſt: in equū non aſcēdere: cum in equo: ex equo non deſcēdere. Idē lib. i. offi. Tēpus a natura ad eligēdum quā quiſq; uiā uiuēdi ſit ingreſſurus, datū eſt. Viam facere, eſt pprie ubi nō erat uia, ac trāſitus, apire. Quintilianus. Feratur igitur, nō ſemitis, ſed cāpis: nō uti fontes anguſti fiſtulis colligunt: ſed, ut latiſſimi amnes, totis uallibus fluat: ac ſibi uiam, ſi qñ non acceperit, faciat. Quod non probe dixeris muniat. Eſt enim munire uiam repurgare, reficere, ac ſubſtruere iterdū lapidibus: q̄les ſunt uiæ Romanæ a pleriſq; portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Cicero pro Milone. Ideo ne Appius ille cæcus uiam muniuit: nō qua populus uteret: ſed qua poſteri ſui latrocinarent? Et per trāſlationem de corpeis ad incorporea. Quintili. lib. iii. Propterea qd̄ plurimi auctores, quāuis eodē tenderent: diuerſas Iter facē Viam facere Munire uiam

tñuias munierũt:& in ſiuam qſq; induxit ſequẽtes. Dicimus ẽt,ut uiã,ita ripã munire: alueũ munire:aditũ munire:cũ illa reficimus,uel paramus. Ci. ẽt aditũ munire,pro uiã munirẽ dixit pro Cluẽtio. Aditũ ſibi aliis ſcelerib⁹ añ muniuit. Iter hẽre eſt iter aliquẽ eſſe factuꝝ. Cice. Habebat iter ad Hiatrũ regem pro Flacco. Et ad fratrẽ. Et qđ ille in Sardiniã iter habebat.

Iter hẽre.

ℭEpitome capitis.lxxii.

ASCEN. ℭPROPONERE & oſtẽdere ꝓmium ac ſpem & metũ ſi quid differũt: hoc eſt ꝓponit qui poteſtatem ac imperium habet: oſtendit uero qui tñ adhortatẽ atq; conſilium dat.

ℭQuod proponere ꝓmium, metumue: oſtẽdere ſpem, aut metũ differunt. Cap.lxxii.

Propono ꝓmium. Propono metum. Oſtẽdo ſpẽ metumq;

PRopono ꝓmium: ꝓpono metũ: oſtẽdo ſpẽ: oſtendo metũ: fere in eadẽ ſignificatione hoc eſt: hinc hortor: illinc deterreo: niſi qđ ꝓponere eſt potius prãtẽ, imperiũq; hñtis: oſtẽdere uero conſilium dãtis. Cicero. Quis eſt, qui ꝓpoſito tãto ꝓmio nõ excitetẽ? Idẽ. Propoſitis mortis, & exilii minis. Iteꝝ. Spem metũq; oſtẽdere. Atq; iteꝝ. Magnũ huic urbi piculũ oſtẽditur.

ASCEN. ℭEpitome capitis.lxxiii. Patet.

ℭPacificatum eſſe, pacatum eſſe, placatũ eẽ, quid differant. Cap.lxxiii.

Pacificat⁹ Pacatus Placatus

PAcificatus ſum: pacẽ feci. pacatus ſum in pace ſum: uel ab armis receſſi. Placatus ſum: ab indignatione animi ad lenitatem redii: uel animo leni ſum.

ℭEpitome capitis.lxxiiii.

ASCEN. ℭPAREM eſſe ſignificat ſufficere alicui operi: ſiue reſiſtendo illi: ſiue exequendo. Par quoq; interdum idem eſt qđ decens, aut æquum. Paria facere eſt quod alibi amiſſum eſt: uel quod aliunde acceptum alibi: uel aliunde compenſare.

ℭParem eſſe qđ ſit: & paria facere. Ca.lxxiiii.

Parẽ eſſe

PArem eſſe, idẽ eſt, qđ ſufficere alicui operi: ſiue reſiſtẽdo illi, ſiue exequẽdo. Cicero ad Atticũ lib.xi. Tñ interpellat fletũ: repugno quoad poſſum: ſed adhuc pares nõ ſumus. Quint. in geminis languẽtibus. Nunc infelix par nõ eſt dolori: nunc non iuenit ulla ſolatia: ex quo ſibi uidetur filium pdidiſſe uictuꝝ. Idem. Nõ fallit nos nefande quid captes hoc, qđ ſupra ſilentium trahis alta ſuſpiria: qđ in ꝓrumpenti uideris exclamatione deficere: mendacio paratẽ auctoritas: & in fidẽ erupturæ uocis afferẽ: ut fateri uidearis inuitus. dic tñ. par eſt huic rei matris integritas: ut mẽtiaris. Lucanus. Hũc habuiſſe pares phœbeis ignibus undas. Et hoc in reſiſtẽdo. In exequendo aũt idẽ Quintilianus. Aſpicio par laboribus corpus. Nonnunq̃ par idẽ eſt, qđ decens. ut idẽ. Si ꝓpter matrimonia uiolata urbes euerſæ ſunt: qđ fieri adultero par eſt? Paria facere, eſt, qđ alibi amiſſum eſt:

Paria facere

uel qđ aliunde acceptũ alibi, uel aliunde compẽſare. Idem Quintili. Paria tecũ facio reſpublica. quæ ꝓpter me unum ciuẽ pdideras. & alibi. Sic paria faciemus. tu illic eris uicarius meus. Plinius auũculus. Naſcunẽ & alio mõ terræ: & repẽte aliquo mari emergũt: uelut paria ſecũ faciente natura: quæq; hauſerit: hiatus aliquo loco reddẽte. Plinius minor ad priſcũ lib.viii. Habuerũt officia mea in ſecũdis: habuerũt in aduerſis: ego ſolatium relegatoꝝ: ego ultor reuerſaꝝ: non feci tñ paria: atq; eo magis hãc cupio ſeruari: ut mihi ſoluendi tpa ſupſint. Seneca. Vt ſtatim tibi ſoluam, quod debeo: &, quantum ad hãc epiſtolam, paria faciamus.

ℭEpitome capitis.lxxv. Patet. ASCEN.

ℭSollicitare. Cap.lxxv.

SOllicito te: uel qđ ſpem, metũ ue tibi oſtẽdo: ut ſollicitare plebẽ: uel inquieto: ut tibi curam inicio. Sollicito

ℭEpitome capitis lxxvi.

ℭGRATVM facere eſt q̃ſi obſequi & īſeruire. Gratificari eſt quaſi bñficiũ cõferre. Itaq; minus eſt gratũ facere: q̃ gratificari: cũ Dii gratificari dicanẽ: nõ gratũ facere hoibus. ASCEN.

ℭInter gratum facere, & gratificari. C.lxxvi.

GRatum facio, & gratificor, ſiqd differunt, ita differunt: q̃q̃ utrũq; eſt ex gratum, & facio: nõ tñ utrunq; cõpoſitum. Differunt autẽ ita: quod gratũ facere eſt quiddã minus: & prope illud, quod obſequi, & inſeruire. ut Cicero. Si hunc iuueris: gratiſſimum mihi feceris. Gratificari qddam maius. unde gratificari deum hominibus dicimus: non autem gratum facere: quaſi idem ſit, quod beneficia conferre.

Gratũ facere Gratificari

ℭEpitome capitis.lxxvii.

ℭDEDVCO & reduco præter generalem ſignificationẽ ſpecialiter ſignificant alicui præſtare comitatum ex officio fere parium. Comitari uero minorum erga maiores. Deduco autem & reduco certum ſpectat locum. Aſſectari uero eſt comitatum præſtare per totam fere urbem. ASCEN.

ℭDeducere, reducere, comitari, aſſectari qd ſignificent. Cap.lxxvii.

DEduco, & reduco generalẽ habẽt ſignificationem: ſed in hoc ſpecialẽ: quotiens alicui officii præſtamus comitatum: ut. deduxi Catonem in ſenatum: eũq; ut domum reducam, hic expecto. Sed proprie hoc eſt inter homines nõ multum dignitate & auctoritate diſtantes. Comitari uero minoꝝ potius erga maiores. Cæteꝝ deducere & reducere eſt quaſi ad certũ locũ. Aſſectari eſt quaſi comitatũ ꝑſtare: nõ tñ in itinere, aut nauigatione, aut militia: ſed fere p urbẽ. ut Cicero de Ora. li.ii. Cũ ædilitatẽ Craſſus peteret: eũq; maior natu, & cõſularis Sergius Galba aſſectaret: qđ Craſſi filias C. filio ſuo deſpõdiſſet.

Deduco Reduco Comitor Aſſectari

¶Epitome capitis.lxxviii.

ASCEN. ¶SATIARE ad omnes ſenſus attinet: trāſfertur'q; ad animum. Saturare ad ſolum guſtum.

¶Inter ſatiare & ſaturare. Cap.lxxviii.

Satiare Saturare

SAtiare ad oēs ſēſus attinet: & ſaturare ad unū guſtū. Nā figurate locutus eſt Cicero. Iracundiam meā ſatura tuo ſanguine: quaſi ſitim meā ſatura. Satiare frequēter ad animum tranſfertur.

¶Epitome capitis.lxxix.

ASCEN. ¶INCEDERE eſt ambulare: ſed fere ſublimiter & cum faſtu: licet inceſſus ſit qualiſcunq;. ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue cōmotus, ſiue incompoſitus, imoderatuſq;.

¶Incedere quid ſit. Cap.lxxix.

Incedere Ambulař

INcedere eſt ambulare: inde iceſſus: ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue cōmotus, incōpoſitus, imoderatus: ꝓprie tñ ſublimior quidā, & faſtū præ ſe ferens. Virgilius. Regina ad tēplum magna ſtipante caterua Inceſſit. Et iteꝶ. Et uera iceſſu patuit dea. Quod Seneca quodā loco declarat. Tenero ac molli paſſu ſuſpēdimus gradum: nec ambulamus: ſed incedimus.

¶Epitome capitis.lxxx.

ASCEN. ¶ADVERSOR tibi quid ſit notum eſt: auerſor autem te eſt te cum auerſione uultus deteſtor.

¶Inter aduerſari, & auerſari. Cap.lxxx.

Aduerſor Auerſor

ADuerſor tibi: & auerſor te. de primo nihil dubii eſt. ſcd'm ſumit ſignificationem a geſtu: quotiēs ab aliqua re, quā deteſtamur: uultum auertimus. Quintil. in.xi. Aſpectus enim ſemper eodē auertitur, quo geſtus: exceptis quæ aut damnare, aut concedere, aut a nobis remouere oportebit. ut idem. Illud uideamur uultu auerſari: manu repellere. Dii talem terris auertite peſtem. In Deuteronomio: & aliis pluribus locis eſt. Gentes, quas dominus auerſať: ideſt deteſtatur atq; abominatur: & a quibus præ odio uultum auertit. Multi tamen indocti legūt, ſcribuntq;: aduerſatur dominus.

¶Epitome capitis.lxxxi.

ASCEN. ¶LEVO, ideſt alleuo: & laborem moleſtiamq; extenuo: nota autē ſignificatio eſt ſurſum tollo: quod dicunt exalto. Subleuo. i. auxilium: defenſionē'q; præſto, aut alleuo. Alleuo autē. i. de imo ſurſum tollo: aut de miſeria erigo. Eleuo extenuo & imminuo: nec ſe aliter legiſſe meminit auctor.

¶Propria tñ ſignificatio eſt erigere: & quaſi tenebris ſurſum tollere: atq; in trutina qd erigitur minus ualere cenſeť: ideo per tranſ lationē eleuare eſt imminuere æſtimationē & preciū rei: unde recte Perſius. Nec ſi qd turbida Roma Eleuat, acceđas: examē'q; improbum in illa Caſtiges trutina. Ceteꝝ aliter quoq; acceptum atteſtať Manci. dicens ſic. ¶Eleuo itē ſignificat in altum tollo. Plau. Capedū lapidē hunc atq; eleua.

¶Leuo, & alleuo, qd ſignificent. Cap.lxxxi.

Leuo

LEuo, & alleuo, eſt moleſtiam, laborē'q; extenuo. Nam pro illo ſignificato, qd eſt ſuſtollo, notum eſt, ut Liui. lib.xxi. Mox aqua leuata præuēto cum ſuper gelida montium cacumina cōcreta eſſet. Subleuo, auxilium, defenſionemq; præſto. Cicero. Zophyrus, qui ſe naturā cuiuſq; ex forma perſpicere profitebatur: deriſus a cæteris eſt: qui illa in Socrate uitia nō agnoſcerēt: ab ipſo autem Socrate ſubleuatus: eum illa ſibi ſigna ratione a ſe de uicta diceret. Alleuo in altum tollo: uel de imo: & ubi quid iacet: atq; proiectum eſt: ſurſum tollo. Quintilianus. Vidi multos: quorum ſupcilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. Idem. Homini in aquam lapſo, atq; ut alleuaretur orāti. Inde per trāſlationem ad qualitatem fortunæ. ut idem.

Subleuo

Alleuo

Quare non petit ut miſerum puteris: niſi & inocens fuerit: non petit ut afflictum alleuetis: niſi & probauerit ſeſe infeliciorem: quod patrem amiſit, ꝗ̄ quod oculos. Etiam nōnunquā ſubleuo pro alleuo: ut apud Suetonium de Veſpaſiani uita. Dūq; ſurgit: ac nititur: inter manus ſubleuantium extinctus eſt. Eleuo, imminuo, & extenuo. ut idem Quintilianus. Nam quis ignorat: quin id lōge ſit honeſtiſſimum, ac liberalibus diſciplinis: & illo, quem exigimus, animo digniſſimum: non uendere operam: non eleuare tanti beneficii auctoritatem: cum pleraq; hoc ipſo poſſint uideri uilia: quod preciū habent? Nuſquam memini in alium ſenſum reperiſſe me. Nam Hieronymus teſtatur quodam loco illud Iſaiæ, Eleuatum eſt ſuper limina templi: debuiſſe transferri ſublatum eſt. Sed ad tollendam ambiguitatem, ne quis putaret ſenſum eſſe talem, qualis eſt: ſublatū eſt mihi pallium: ad aliud uerbum recurſum fuiſſe: proprium tñ erat ſublatum. ut idem Quintilianus. Tūc te fas eſt ſublatis ad cælum manibus proclamare. mathematice, mentitus es.

Eleuo

¶Epitome capitis.lxxxii.

ASCEN. ¶PERPENDO, ideſt exacte pondero: & examino: nō autem intelligo, aut percipio. Expendo quoq; pro perpendo fere accipitur. Appendo. i. ſuſpendo: aut ad lancem ſtateráue pondero. Impendo: ideſt impertior: ſed impendeo eſt ſup caput iamiam caſurus pendo. Ab utroq; ſit participium impendens: ſed diuerſæ ſignificationis.

¶Impendere penultima lōga poteſt ſcribi etiam apice ſic impendere: quomodo ſcribi ſolēt anteꝗ̄: ut ne quæ nis ſyllabæ: ut utraq; utræq; utriq; &c.

¶Perpēdo, appēdo, ipēdeo, ipēdo. C.lxxxii.

Perpēdo

PErpendere eſt exacte pōderare, atq; examinare: non aūt (ut aliqui uolūt) intelligere, atq; aīaduertere. Cicero. Quid in amicitia fieri oportet: quę tota uirtute perpenditur? Expendere eiuſdem fere ſignificationis. Idem in Verrem qnto. Deinde hæc expendite: atq; æſtimate. Idem offi. primo. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſque habeat ſui:

Expendo.

eadéq; moderari: nec uelle experiri q̃ ſe aliena deceant. Appendere eſt, tum ſuſpendere: ut notum eſt appendi uuas: tum ad lancem, ſtateramue ponderare. Idem in Antonium. Vt iá appendatur pecunia: non numeret̃. Et in pœmio orationum Aeſchynis, ac Demoſthenis a ſe tranſlatarum figurate ad incorporea traſtulit. Ea putaui non annumerari lectori debere: ſed tanquam appendere. Impendo habet participium præſentis tale, quale eſt ab impendeo. Vt admoniti ſimus cauendum eſſe: ne illa nos fallat ambiguitas: quale eſt apud eundem de ſenectute. Mortem igitur impendentem omnibus horis timens quis poſſit animo conſiſtere? Hoc participium eſt ab impendeo: non ab impendo. Eſt autem impendere ſupra caput iam iam caſurum pendere: ut nubes impendent: & gladius ille equina ſeta appenſus ſupra Dionyſii conuiuæ caput iminens impendebat. Impendere ab impendere apice diſtinguendum eſt.

Appendo

Impendo
Impédeo

¶ Epitome capitis lxxxiii.

ASCEN.

¶ RAPERE res aliquas eſt eas uiolenter & celeriter auferre. At rapere perſonam eſt eam, aut ſicut alias res auferre: aut uitiare potiſſimum uirginem. Eripere auté cum datiuo & accuſatiuo eſt quaſi e manibus alicui ſua rapere: non tamé ſemper ad uſum rapientis. Itaq; in malum fere accipitur: ſed cũ accuſatiuo & ablatiuo mediante de, uel a, uel ab, uel abs: plerunq; in bonum: ut eripuiſti ab hoſte. ſed interdum quoq; in malum: ut eripuiſti a me filiam. Præripere autem non regit ſic ablatiuum: ſed qui præripit ſemper in ſuum uſum rapit: non tamen præ illic anteceſſionem temporis ſemper declarat: interdum tamen eſt ante rapere: ſed potius in paſſiuo: ut præreptus morte: quaſi præuentus.

¶ Rapere, eripe, præripere, qd ſint. C. lxxxiii.

Rapere

RApere manifeſtam ſignificationem habet: cum de aliis rebus loquimur: cum uero de perſonis: duobus modis accipitur. Vno: qui ad res pertinet: uelut apud Virgilium. Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret? Rapta dixit, pro ablata. Et alibi. Raptas ſine more Sabinas. Altero, pro eo, quod eſt uim afferre, atq; uitiare: uel ſi non aſportet: nec fœminam loco deducat. quod proprie de uirginibus, quæ uitiatæ ſunt: dicitur. ut apud Senecam: qui eandem legem non eiſdem uerbis repetit: quodá loco ſic extulit. Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Alio loco ſic. Vitiata uitiatoris aut mortem, aut ídotatas nuptias optet. Ab hoc uerbo duo cópoſita ſunt: eripio: & præripio: quorum primum quotiens habet cum accuſatiuo datiuum: fere in malam partem accipitur: ut. eripuiſti mihi omnes bene uiuendi facultates. Quotiens uero ablatiuum cum præpoſitione a, uel ab, ſiue abs: plerunq; in bonam: ut, eripuiſti me a periculo: interdum in malam: ut, eripuiſti a me filiá. Quod uerbum ita differt a præripio: præterquá quod nunquam hoc poſtulat talem ablatiuum: quod qui alteri aliquid eripit: poteſt id non in ſuos uſus eripere: ut eripuit illi uitam. qui uero præripit: in ſuos proprios uſus capit. neq; præpoſitio illa anteceſſionem temporis declarat. Cicero pro Gallo. Demoſthenes tibi præripuit ne eſſes primus oratorũ tu illi, ne ſolus. Non hoc ĩtelligit Cicero: quod Demoſthenes huic, aut aliquid eripuerit: ut qui auferre nihil poſſet nódum nato: aut priorem ſe fecerit. nó enim Demoſthenes primus oratorum antiquitate temporis dicitur: ſed facultate. Neq; hunc ſolum Demoſthenes ætate anteceſſit: eo quidem magis: quod hic ipſe æqualis Ciceroni nó potuiſſet inuicem antiquiſſimo illi aliquid auferre. Ergo ille præripuit tibi: id eſt rapuit ſibi iſtam dignitatem: ut ſummus orator eſſe uideatur futurus etiam ſolus: niſi tu partem in te illius laudis tranſtuliſſes: eſſeſq; tu dignus nomine oratoris: quáuis non æquandus Demoſtheni. quo nomine adhuc poſt illum præter te dignum uidimus neminem. Nonnunquam hoc uerbum ſignificat antecapere: ſed magis in paſſiuo: ut. Immatura morte præreptus non potuit præſtare, qualem promiſerat regem. Sunt enim hæc uerba Plinii iunioris de uiris illuſtribus. quaſi dixiſſet: immatura morte præuentus.

Eripio
Præripio

¶ Epitome capitis lxxxiiii.

ASCEN.

¶ TITVBARE eſt pedibus nó ualentibus inſiſtere præ ſenio, ebrietate, aut infirmitate ſe huc illucq; motare: tráſfertur q; ad animũ. & ad linguam: ac dentes Nutare eſt ꝓprie male ſolidatæ molis ruinam minantis ac uertice trementis: ſeu hõis caput agitantis: aut aĩo titubantis. Vacillare eſt alterno motu inconſtantem eſſe: q̃uo & naues uacuæ uacillant: & per tranſlationem literæ nó recte ſcriptæ uacillantes dictæ ſunt a Cicerone. Et a iuriſconſultis teſtis non ſatis ꝯſtans uacillás Transfertur enim ad animum quoq;.

¶ Titubare, nutare, uacillare, qd ſint. c. lxxxiiii.

Titubare

TItubare eſt pedibus non ualidis inſiſtere: quales ſunt ebrũ, aut ĩfirmi, aut uulnerati, aut decrepiti ſenes. ut apd Quintilianum. At non tua culpa fames cępit: ſed uulneratum iugulaſti: titubárem ſtrauiſti: fumantem incendiſti. Transfert etiá ad animum. ut apud eúdem. Neq; ulla unquá tanta fuerit dicendi facultas: quæ non titubet: aut hæreat: quotiens ab animo uerba diſſentiunt. Titubare quoq; lingua, & dentes dicuntur. hinc linguæ, & oris titubantia. Nutare eſt proprie alicuius malæ ſolidatæ molis ruina minantis. de animo quoq; titubante, & neſciente quo potiſſimum ſe conferat nutare dicitur. Vacillare eſt alterno motu inconſtantem eſſe. ut idem. Eſt & illa indecora in dextrum, ac

Nutare

Vacillare

læuum latus uacillatio alternis pedibus iſiſtentium. Cicero. Cum ex eo in utrãq; partẽ toto corpe uacillãte quæſiuit. Vñ & naues utiq; uacuæ uacillant. Et idem Cice. de quodam præ infirma ualitudine nõ recte ſcribente inqt. Vacillãtibus literulis. Ad aium quoq; transferimus: ut apd iuriſcõſultos de fide teſtis uacillãte: q incõſtãtia, & diuerſa teſtimonia dixerit.

ℭEpitome capitis. lxxxv.

ASCEN. ℭVACARE cum datiuo eſt operam dare: cum ablatiuo uacuum eſſe & carere: ſed uacamus oĩbus quæ non habemus caremus ꝓprie qbus egemus, nec caret qui non ſentit: deeſt uero quicquid deſit. Vacat autem imperſonale aut uacuum & non occupatum eſſe ſignificat, aut inane & ſuperfluum, aut placitum & libitum. Iuuenalis: Si uacat & placidi rationem admittis eandem. Virg. Et uacet annales noſtrorũ audire laborum. i. uacuum ſit tempus.

ℭQuod Aeneas tunc non fuiſſe innuit Aeneid. i. ubi ea uerba ſic ſcribuntur. O Dea ſi prima repetens ab origine pergã: Et uacet annales noſtrorum audire laborum. i. ſi uacuum & placitũ ſit. Et errauit ergo in hoc auctor noſter: ꝙ putauit ea uerba. ii. Aenei. ſic haberi. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Et uacat &c. cum illic ſubſequatur. Et breuiter Troiæ ſupremũ audire laborem. Mancinellus quoq; nõnihil in ipſum annotauit dicens. Marcus Tullius lib. i. Tuſcu. ita ſcribit: Carere igit̃ hoc ſignificat egere quod hẽre uelis. ineſt enim uelle in carendo &c. poſtea ſubiicit: Dicitur ẽt alio modo carere cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias etiam ſi id facile patiare &c. Subſequitur inde: Carere enim ſentientis eſt, nec ſenſus in mortuo, nec carere qdem igitur in mortuo eſt. Præterea carere de omnibus fere; non ſolum de illis quibus indiges dicitur. Pli. lib. xxviii. ca. i. de capra loquẽs ait. Q d eqdem miror: cum febri neget carere. & Ouid. lib. xv. Metamor. Morte carent animæ. Hora. item lib. ii. Carmi. Quæ caret ora cruore noſtro. Tu uero lector attẽde ulterius errare illos: qui uolunt careo habere ſignificatum quod habet deſum. Duo enĩ careo ſignificat: ut p Ciceronis uerba patuit: Egeo. ſ. & nõ habeo, nec idẽ eſt Deſum & nõ habeo: ut ignari qdam eſſe cõtendũt: hinc careo ſentictus eſt. Aliud igit̃ eſt careo denariis. i. egeo denariis: ſiue non habeo denarios. Aliud deſum: quo ita utimur: deſunt mihi denarii.

PETrus de FON. ℭVACO uacas, ui. eſt, operam literis ferre, & cum datiuo conſtruitur: ut uaco ſtudio & theologiæ. Interdum uacare ſignificat: quod nobis ſecundum naturam eſſe non poteſt: quod uacuum dr̃, & ponitur abſolute: ut Plau. in Caſi. Fac uacent ædes. Idem: Cæſar id ea maxime rõne fecit qd uoluit: cũ locũ unde Heluetii diſceſſerũt uacare. Mõ cũ ablatiuo: ut dicit Lau. boni uiri dãt operã ut pturbationibus uacẽt. Virg. Hoſte uacare domus: ſedeſq; adſtare relictas, & Cicero: Nullum eſt tẽpus ꝙ iuſtitia uacare debeat.

ℭ Vaco quot modis accipiatur. Cap. lxxxv.

Vaco operam do. Vaco careo. Carere.

VAcas ſapiẽtiæ: das operam ſapiẽtiæ: uacas ſapientia: cares ſapientia: quãuis carere ꝓprie eſt uacare qbus indigesꝗd ſignificauit Cicero: cũ inqt. Satiatis uero, & expletis iucundius eſt carere: quã frui: quãquã non caret is, qui non deſiderat. Improprie tñ dicimus cares culpa: cares periculo: cares dãno. cum noie tñ ſignificante actõem qdam, ſiue qualitatem adiungimus, a, præpoſitionem: ut uacas a labore: uacas a componendo: uacas ab agricultura: uacas ab omni moleſtia. Similiter p nomẽ. uacuus ſum ab omni occupatiõe, atq; ab omni ſollicitudine. Hoc

Vaco cũ ablt̃o cũ p̃poſitiõe

aũt uerbum, cũ ſit impſonale: quæri poteſt qd ſignificet? Quint. inqt. Nõ immo oderit reg uerba aucupantẽ, & anxium de fama ingenii: & cui eſſe deſerto uacet. Hic uidetur uacet accipi pro eo, quod eſt curæ ſit. Idem alibi. Tunc inchoare hæc ſtudia uel non uacabit uel non libebit. Hic uidetur eſſe pro eo, quod eſt, tempus uacuum erit. Nam libebit idem eſt, qd curæ erit. Et neq; auderet imutare licebit pro libebit: Plinius iunior (ꝗꝗ infinita ſunt hmõi exẽpla) querens quod non poſſet operã dare admirando cuidam philoſopho: ita ad amicum ſcribit. Quo magis te, cui uacat, hortor, cum in urbem ꝓxime uenies: (uenias autem ad hoc maturius) illi te expoliandum, limãdumq; permittas. Quid igit̃ duas has ſignificationes huic tribuemus uerbo? cum, præter id, quod ambiguum erit utrum potius ſignificet: ſupuacuum uideat̃ diceret uel non uacabit uel non licebit? ſatis ſit dicere non uacabit. quo uidebuntur foraſſe duo illa ſignificari. Quare exponamus, ut cæteros locos, ita & illum, cui eſſe deſerto uacet: uacet uacuum eſt: hoc eſt uacuum tempus eſt: uel ſi uis: cui eſt uacuus animus: ſignificauit Virgilius. cum inquit. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. hoc, quãtum ad uoluptatem: quod eſt ſi libet: deinde quãtum ad facultatem tpis, uel ad uacuitatem animi. Et uacat annales noſtrorũ audire laborum. Dixerat enim. Et iam nox humida cælo Præcipitat: ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. quaſi non uideretur tempus illud tantam narrationem patitur ipſa Dido eo tempore æquo animo poſſe audire, quod audire cupiebat.

Vaco cu tæ.

Vacat i. ẽ. pro uacuũ eſt

ℭEpitome capitis. lxxxvi.

ℭCONSCISCERE fere ad mortem ptinet: ut ſit conſciſcere & inferre ſibi mortem. Aſciſcere eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatum capere. Deſciſcere eſt ſe ab imperio ducũq; alterius quaſi per defectionem ſubtrahere. ASCEN.

ℭ Inter conſciſcere, aſciſcere, & deſciſcere. Cap. lxxxvi.

COnſciſcere fere ad mortem ptinet. plerũq; enim ſic legimus. mortem ſibi ipſe conſciuit: mortem tibi ipſe cõſciſcis: mortem mihi ipſe cõſciſcam. cogam te ad mortem tibi per te ipſum conſciſcendam. Aſciſcere eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatum capere. Cicero de Oratore. Expertes eſſe prudẽtiæ, quam ſibi aſciuerunt. Idem in Oratore. Quod minime politi, minimeq; elegãtes ſunt: aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, & quaſi adipale dictionis genus. Deſciſcere eſt ab imperio, ſubductuq; alterius ſubtrahere: ut milites a duce: populi a domino: diſcipuli ab opinione magi-

Cõſciſcẽ

Aſciſcere

Deſciſcer

ſtriquá prius ſequebantur: præſertim ad alterius imperium, uel ſententiam ſe transferentis.

ℭEpitome capitis.lxxxvii.

ASCEN. ℭASSEVERARE eſt inter ipſa argumenta admiſcere uim animi, motumq́ſeu intellectus diuiſionem circa omnium rerum ciuilium facultatem. Quando uicem fiduciam præferentes audacter aut exclamamus, aut minaciter interrogamus: aut quid in approbationem facimus ſimile.

ℭAſſeuerare, quid ſit. Cap.lxxxvii.

Aſſeuerař

ASſeuerare, eſt inter ipſa arguméta, probationeſq́ admiſcere uim animi, motúq́. Quod declarat Quintilianus cum inquit. Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego hoc feci. Tu hoc mihi dixiſti: & o facinus indignum. Et alibi. Cú præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione, & perſeuerantia.

ℭEpitome capitis.lxxxviii.

ℭEXHIBERE & facere, aut faceſſere alicui negocium eſt ipſum moleſtia ac labore efficere: & ut plurimum per accuſationem: cuius cauſa uidetur ꝙ negocium apud Ciceronem ſæpe laborem ſignificat.

ℭExhibere negocium. Cap.lxxxviii.

Exhibere negociú

EXhibere illi negocium, facere, uel faceſſere negocium, eſt alterum moleſtia, ac labore afficere: frequéter quidem per accuſationem. Cice. offi. iii. Criminabitur etiam quod Titum filium, qui poſtea Torquatus eſt appellatus ab hoibus relegaſſet: & ruri habitare iuſſiſſet: quod cum audiſſet adoleſcens negocium uidelicet exhiberi patri: hoc eſt patrem accuſari uel moleſtia, laboreq́ affici. Nam negocium ſæpe pro labore, apud hunc præſertim, legimus. Quid negocii eſt iſta poetaꝝ portenta cóuincere? quõt quid operis? quæ exépla paſſim reperiuntur. Idem de natura deoꝝ. Dii nec hñt negociũ ipſi: nec alteri exhibent. Quinti. lib. v. Vt uulneratus, aut filio orbatus non fuerit alium accuſaturus quádo, ſi negocium inocenti facit: liberet eum noxa: qui admiſcerit: ideſt ſi innocentem reum facit. Cice. ad Appium. Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent: ideſt accuſarent: inſectarentur: ad pœnam uocarent.

ℭEpitome capitis.lxxxix.

ASCEN. ℭDETVRBARE eſt deorſum cum uiolentia deiicere. Exturbare eſt uiolenter eiicere e loco. Diſturbare diſſipãdo: diruendoq́ diſiicere.

ℭDeturbare, exturbare, & diſturbare, qd differant. Cap.lxxxix.

Deturbař
Exturbař
Diſturbař

DEturbare eſt deorſum cum uiolentia deiicere. Virgilius. Pupi deturbat ab alta. Exturbare e loco eundem in modum eiicere. Diſturbare diſſipando, diruendoq́ diſiicere. Quintilianus. Nó enim diſcuſſos alicuius operis angulos, aut diſturbatos parietes obiicimus. Cicero. Vt dicere in hoc ordine auderet ſe publicis operis diſturbatuꝫ publice ex ſenatus ſententia ædificatam domum.

ℭEpitome capitis. xc.

ASCEN. ℭADMOVERE eſt cum motu apponere: amouere remouere. Aduertere ad aliquid conuertere. Auertere alicũde alio conuertere. Aduerſus dicitur oppoſitus obiecto pectore. Auerſus terga oſtendens.

ℭInter admoueo, et amoueo, aduerto, et auerto, aduerſus, & auerſus. Cap.xc.

Admoueo
Amoueo
Aduerto
Auerto

ADmoueo manũ: appono manũ: Amoueo manum: remoueo manũ. Aduerto oculos mentemue: aliquo oculos, mentemue conuerto. Auerto oculos, aut métem: alicũde conuerto oculos, aut mété. Aduerſus oppoſitus: oppoſito pectore, atque obiecto. Auerſus terga oſtendens. Vnde illud Tullianum aliquáto obſcenius, ſed ad rem declarandam pertinens. Et aduerſus, & auerſus impudicus es.

ℭEpitome capitis.xci.

ASCEN. ℭCONSTERnere eſt corpus ſternẽdo conturbare. Conſternari aio turbari: unde fere conſternatus aio dicitur.

ℭCóſternere, & cóſternari, qd differát. C.xci.

Cóſternerē
Cóſternari

COnſternere eſt corpis: cóſternari aũt animi: cũ mens turbata eſt, & de ſtatu mota: & quaſi humi ſtrata. Ideoq́ ſæpe coniungi animum uidemus: ut conſternatus aio. Salu. tamen hiſt. primo inqt. Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucii conſternantur. Cum ſit uſitatius, cóſternuntur.

ℭEpitome capitis.xcii.

ASCEN. ℭPLACERE ſibi eſt ſupbire dote aliqua: aut bono quo confidit cum inferioꝝ contemptu: idemq́ quaſi eſt admirari ſe. Sed non placere ſibi, aut diſplicere ſibi manifeſtę ſunt ſignificationis: ſicut aliquid præter ſe: quod laudi dari ſolet.

Placere ſibi pro ſuperbire

ℭNã mirari quaſi pro imitari dř. Vnde Luca. Miratorq́ Catonis Sicut aũt dř quis placere ſibi, aut mirari ſe: ita ego placere mihi: & mirari me: & tu tibi ac te: & ita in cóſimilibus.

ℭNon placeo mihi: & diſpliceo mihi qd differant a placeo mihi. Cap.xcii.

Non placeo mihi.
Diſpliceo mihi.
Placeo mihi

NOn placeo mihi, & diſpliceo mihi, ab illo, placeo mihi, diuerſæ ſignificationis ſunt, pręter negationẽ. Nãq́ ea prima aperti itellectus ſunt. ut de Orat. Cicero. Nunq̃ mihi minus, q̃ heſterno die placui. Et in Philippicis. Cũq́ de uia lãguerem: & mihimet diſpliceré. Tertium eſt idem, qd ſupbio dote aliqua, bonoue, quod mihi adſit: & glorior: & mihi eo noie cõfido plerũq́ cum inferioꝝ contemptu. Quintilianus. Placeas licet tibi, opum tuaꝝ fiducia diueſſi mihi idem iuidere non expedit: pares ſumus. Pene in hunc ſenſum accipiť mirari ſe. Nam id efficere in alteꝝ laudabile eſt. Vnde apud eundem de Socrate dicitur. Nam ideo dictus eſt

εἰρώνι idest agens iperitũ: & admirator alioꝝ, tanq̃ ſapientũ. De ſeipſo crebrius in uitium eſt. Idem. Quod ſe ſilentio parricida mira tur. Martialis Valeri⁹. Ipſe ego, quã dixi (qd dẽtẽ dẽte iuuabit Rodere? carne opus eſt: ſi ſa tur eſſe uelis) Ne perdas operam. qui ſe mirantur: in illos Virus habe: nos hæc nouimus eſſe nihil. Se mirantur dixit: quaſi ſibi placent: uel de ſe magnifice ſentiunt.

Epitome capitis. xciii.

ASCEN. MOROR te & maneo te uulgus exponit pro expecto: ſed id fit apud poetas. Nam oratores moror te pro retineo te, aut detineo te dicunt. Maneo autem cum accuſatiuo pro eo quod futurum eſt cum datiuo.

PETrus de FON. MOROR aris pro ſpecto certiſſime exponit: ut Plau. Nil moror iſtas magnas dotes dapſiles: hoc eſt nihil curo nõ ſpecto, & morari eſt detinere ſeu retardare: ut Quītilia. Quid me adhuc pater retines: quid moraris abeuntem.

Moror te: & maneo te. Cap. xciii.

Moror te
Maneo te

MOror te, & maneo te, a qbuſdam exponunt pro expecto: ſed mea tñ ſententia magis poetice, q̃ oratorie. Virgilius. Et tua ꝓgenies mortalia demoror arma. Terentius. Quẽ hie manes. Oratores potius accipiunt moror te, pro retineo, & in mora teneo. Ideoq; hæc duo uerba ſæpe iungunt: ut apud Quintilianũ. Quid me adhuc pater detines? Quid moraris abeũtem. Maneo pro eo, quod futuꝝ eſt: ut ipſe accipio, apud ipſos interdum etiam poetas. Virgilius. Te quoq; magna manent regnis penetralia noſtris: ideſt: tibi futura ſunt. Cicero. Cuius te fatũ ſicut Curionem manet: hoc eſt cuius fatũ tibi futuꝝ eſt: ſicut fuit Curioni.

Epitome capitis. xciiii.

ASCEN. CONflare ac cõtrahere æs alienũ: eſt fieri debitorẽ: diſſoluere æs alienũ eſt contractum reſtituere pluribus.

Conflare, ſiue contrahere æs alienum, quid ſint: ac diſſoluere. Cap. xciiii.

Conflare æs alienũ.
Cõtraheř æs alienũ.
Diſſoluer

COnflaui æs alienum: & contraxi æs alienum: idem eſt, quod factus ſum debitor alienæ pecuniæ. Diſſoluo æs alienum: idem eſt, quod contraxeram æris alieni, reſtituo: & pluribus ſoluo: uel quaſi cathena, qua alligabar, me ſoluenda pecunia diſſoluo. Quintilianus. Nõ ego æs alienum luxuria contraxi. Cicero. Patri perſuaſi ut alienũ æs filii diſſolueret. Quibus exẽplis plena ſunt omnia.

Epitome capitis. xcv.

ASCEN. MIGRARE eſt domicilium mutare & alio ſe ad habitandũ cõferre relicta priore habitatione: cui ſimile ſignificãt cõpoſita emigro, demigro, cõmigro ſalua tñ ſignificatione præpoſitionis. Vnde remigrare eſt in priſtinũ domiciliũ. Trãſmigrare aũt in longioris loci domiciliũ, habitationẽ mutare. Immigrare uero in domũ aliquã habitandi gr̃a ire. Quo circa morientes migrare dicuntur: ſed apud doctos cũ appoſitione hmõi aut ſimilis clauſulæ: uita: hac uita ex hoc mundo, aut ad inferos, aut ad ſuperos: ad infernas ſedes. Milites aũt nõ migrare: ſed diſcedere dicunt. Decedere licet accipiatur nõnunq̃ ꝑ diſcedere, aut recedere: tñ ꝓprie eſt a mãdato cuſtodiæ ſuæ loco recedere: quẽ qa morientes derelinquunt: ideo dicunt decedere: ſed nihil addat intelligit uita. Excedo aũt uult ut exprimat particula uita, aut e uita.

Remigrare in priſtinũ domiciliũ.

Decedere ꝑ diſcedere.

Quomodo migro: decedoq; differant a diſcedo, & recedo. Cap. xcv.

Migro
Decedo

MIgro decedoq; ſic a diſcedo, recedoq; differunt: qđ migrare eſt domiciliũ mutare, & alio ſe ad habitandũ cõferre, relicta priore habitatiõe. Et eſt apud iuriſcõſultos titulus de migrãdo. Similia huic ſunt emigrare, demigrare, cõmigrare. Remigrare aũt reuerti i priſtinum domiciliũ. Tranſmigrare in longinquioris loci domiciliũ habitationem mutare. Immigrare in domum aliequam habitãdi gr̃a ire. Ea ꝓpter homines, qui moriunt: migrare dicuntur. Sed rectius cũ appoſito, q̃ ſine appoſito: ut multi faciunt, neſcientes Ciceronem cum appoſito ſolere loqui: ut de rep. lib. vi. Antequã ex hac uita migro: conſpicio in meo regno, & his tectis P. cornelium Scipionem. & Quint. in corpore ꝑfecto. Seu eum ad infernas ſedes anima migrauit. Etenim qui moriuntur: itanq̃ domicilium corporis relinquentes, alio ad habitandum dũtaxat anima ſe tranſferunt. Contraq; nequaquã milites, cum caſtra mouent: aut de ſtatione, munitionibuſue diſcedunt: migrare dicuntur: utpote ubi domicilium non habuerunt: nec in domicilium ſe conferunt. Decedere, quãquã accipiat nõnunq̃ ꝑ eo, qđ eſt, diſcedere, aut recedere: tñ ꝓprie eſt a mãdato cuſtodiæ ſue loco recedere. Vñ cõſules, ꝓcõſules, p̃ſides, p̃tores dicunt ex ꝓuincia decedere: itẽ p̃ſidia de urbibus, atq; caſtellis. Sine appoſitione intelligit ꝑ mori: q̃ſi a cuſtodia, & gubernatione corꝑis ꝓficiſci. Cicero d ſenectute. Vetat Pythagoras ſine iuſſu imꝑatoris, ideſt dei fieri de p̃ſidio, & ſtatione uitæ decedere. Idem de republica. Ideoq; & tibi Publi, & cæteris oĩbus retinẽdus eſt aĩus in cuſtodia corꝑis: ne aſſignatũ uobis a deo munus defugiſſe uideamini. Eo igit modo dicit deceſſit: quo dicit defunctus: ut ſubintelligat uita. At in excedo addit uita: nõ ſubintelligit. Idem in Antoniũ. In ipſa cura, & meditatione obeundi ſuis numeris exceſſit e uita.

Emigrare
Demigrare
cõmigrare
Remigrare
Tranſmigrare.
Immigrare

Decedere
Recedo

Excedo

Epitome capitis. xcvi.

ASCEN. PRECARI Deum aut ſimile qd ſine datiuo expreſſo aut ſubintellecto notum eſt quid ſit: ſed cum datiuo eſt imprecari: hoc eſt precando Deos optare alicui bonam aut ma malam fortunã: iprecamur tamen potius malam.

Precari, qd ſignificet adiũcto dtõ. C. xcvi.

PRecari qd ſignificet, certum eſt: cũ merũ accuſatiuũ hẽt. adiuncto autẽ datiuo idem eſt, quod imprecari:

hoc eſt, optari alicui deos precando bonam fortunam, aut mala m: qui datiuus ſæpe intelligitur. ut apud M. Tullium in Piſonẽ. Vt oẽs ſui ciues ſalutem, incolumitatẽ, reditum precarentur: & qd mihi contigit? an quod tibi proficiſcenti euenit? ut oẽs execrarenť: male precarentur. Et Q. tuintilianus. Inde fugientia uela lõgo uiſu proſecuti, facilem emptionem, ſecundos uentos, placidum mare, non ſic, ſi ipſi nauigaremus, precati ſumus. Cum datiuo, idem.

Sed ſi tantope efflagitantur, q̃ tu affirmas: permittamus uela uentis: & oram ſoluentibus bene precemur. De imprecemur hoc eiuſdem ſit exemplum. Non imprecamur debilitates, naufragia, morbos: pauper ſiti & amet quãcũq; meretricem: & amare non deſinat. quod crebrius accipitur in malum.

Imprecor

Epitome capitis. xcvii.

ASCEN. DICES uenuſte: habui orationem: non feci. Contra feci ſermonem potius, q̃ habui: nõnunq̃ tamen & habui.

PETrus de FON. HABERES in itum diſcedo: ut Liuius lib. i. Hæc locutus ſublimis abiit. inde abitus & abitio pro diſceſſu. Teren. in Heau. Propter eam hæc turba atq; abitio uenit. it dr̃ abire q nos paulatim deſerſt: ut mẽſes abierunt decem. i. effluxerunt.

Habui orationem: feci ſermonẽ. Cap xcvii.

Hẽo rõnẽ Feci ſermonem

HAbui orationem n. õ feci orationem: feci ſermonem, potiuſq̃ habui: nonnunq̃ etiã habui. Cicero de ſenectute. Cyrus quidem in eo ſermone, quẽ moriens habuit: cũ admodũ ſenex eſſet: negat ſe unq̃ ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam, q̃ in adoleſcentia fuiſſet.

Epitome capitis. xcviii.

ASCEN. ABE re cũ infinitiuo & actõ idem eſt qd gerũdiuum nomen cũ ſubſtãtiuo ſuo, & uerbo eſt. Hẽre aũt cum infinitiuo abſoluto idẽ qd gerũdium in dum cũ uerbo eſt & datiuo: habeo quoq; uideť interdũ accipi pro uolo Exẽpla ſunt in textu: ut tãtum hẽo polliceri. i. tantum pollicẽdum eſt mihi: hẽo cõuenire debitores. i. conueniendi ſunt mihi debitores.

Habeo polliceri, & ſimilia: qd ſint. c. xcviii.

Hẽo polliceri Hẽo audire Hẽo cõuenire

TAntum habeo polliceri. inquit Cicero ad Lẽtulum. Idẽ in Catone maiore. Neq; eos ſolum conuenire habeo: quos uidi: ſed etiam quos audiui, & legi. Idem in Orato. Audire habeo qd ſentiat. Quod (ut ipſe interpretor) idẽ eſt, qd pollicendum, cõueniendum, audiẽdum eſt mihi quod probatur ex illo, licet diuerſo loquendi modo: quale apud Quintilianum. Adeoq; ludibriis miſeræ ſim diuerſitatis implicitus: ut impetrãdum a uobis habeam odii mei fauorẽ: ideſt ut impetrãdum mihi ſit a uobis odii mei fauor. qd licet cõmutare in ſuperiorem modũ, ſic. ut impetrare habeã odii mei fauorem. Sicut cõtra illum in hunc ſic. tãtum hẽo pollicendũ: neq; eos ſolũ cõueniendos hẽo: audiẽdum hẽo huius ſniam: uel hẽo pro uolo. ut nõ mirum ſit q̃re aliqui legãt aueo: ſed nõ recte legere eos ex illis Auguſti uerbis oſtendiť: cũ dixit. Quid aliud habeo deos immortales precari?

Epitome capitis. xcix.

ASCEN. MEREOR de te eſt aliqd in te confero: bene mereor de te eſt aliquid beneficii in te confero: male mereor maleficii Demereor: ideſt bene de te mereor. Emereor. i. expreſſe mereor. Emeritus ſum. i. extra merendi officium ſum donatus rude: cũ ſit q pro me opus agat. i. laboret.

Vnde milites q præ ſenio amplius militare nõ poſſunt, & gladiatores q nõ amplius dimicare: donanť rude. i. uirga qua dimicãtes dirimãt ſi legẽ excedant: hinc p trãſlationẽ ẽt boues qui amplius arare non ualent dicuntur emeriti.

Mereor & eius compoſita. Cap. xcix.

Mereor

MEreor de te, eſt, aliquid in te cõfero: ſi beneficii quidem: bene mereri de te dicor: ſin autem offenſionis: male de te mereri. nonnunquã utrunq; rei cemus: ſed in ambiguum ſenſum ut. quid de te ſum meritus? nonnunquam per negationẽ ſic. homines nihil de me meriti. i. q nihil in me beneficii, aut officii contulerunt. Quibus exemplis omnes M. Tullii libri ſcatẽt. Demereor quoq; pro bene de aliquo mereor accipitur. Sed cum accuſatiuo. ut Ouidius Heroidum. Dic mihi quid feci? niſi non ſapienter amaui. Crimine te potui demeruiſſe meo. Et Quintilianus. Simul ut pleniore obſequio demererer amantiſſimos mei. Emereor idem, pene quod mereor. præteritum eius emeritus. Vnde emeriti ſtipendia, qui militia perfuncti ſunt, nominantur. Et in ſignificatione paſſiua: ſtipendia emerita. ut idem. Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per tranſlationem a Vir. Emereri boues dicuntur: & quædam alia. Emeriti autem ſenes ſolent hẽre eos, qui pro ſe laborent: qui dicunť pro alio opus agere. Quint. de apibus inquit. Habebam, quæ pro me opus agerent.

Demereor

Emereor

Emeriti

Epitome capitis. c.

ASCEN. REFERO ad ſenatum: ideſt conſulo ſenatum. unde ſit ſenatus conſultum. Ad populum tuli. i. conſului: unde rogatio quæ inſtar eſt legis. Refero acceptum. i. fateor me abs te accepiſſe tam bonum q̃ malum, aut habeo pro recepto: licet non receperim: unde ſit acceptilatio: nõ accepti relatio: unde ẽt acceptum fero pro eodem dicimus. Retuli expẽſum: ideſt rationem de expenſis exhibui.

Refero, & fero. Cap. c.

Refero

REtulit Pompeius ad ſenatum. i. cõſuluit. in eadem rñ ſnia Põpeius ad populum tulit. Ex illo ſit ſenatuſcõſultum: ex hoc rogatio: q instar eſt legis Dicimus præterea: refero tibi acceptum: pro eo, qd eſt: fateor me hoc abs te accepiſſe. Neq; id modo in bonam partem: uerũetiam in malã. ut pro Deiotaro Cicero. Vitam acceptã refert clementiæ tuæ. Idem in Antoniũ. Omnia deniq;, quæ poſtea uidimus (qd autẽ mali non uidimus?) ſi recte rationabimur: uni acce

pta referemus Antonio. Idem eſt fero tibi acceptum ſiue pro eo, quod eſt habeo pro recepto abs te, quod mihi debebas etiam ſi ſolutio nulla intercefferit. unde fit acceptilatio quã Iuſtinianus per interrogationem, & reſponſionem fieri uult. Retuli expenſum: ideſt: rationes de impenſis confeci. uel exhibui.

Fero

ℭEpitome capitis.ci.

ASCEN. ℭEXHORREO hanc rem: ideſt expaueſco. Abhorreo ab hac re. i. alienus ſum ab hac re.

ℭMancinellus docet dictum eſſe etiam abhorreo hanc rem id tñ rariſſime ut neſcias an legendum ſit obhorreo. Verba Mancinelli ſunt. Abhorreo nõ ſolum ablatiuo iungitur: ſed etiam accuſatiuo. Catullus eñi ait: Sæuaq; abhorrebas priſci pcepta parẽtis. Porphyrio item Ode. iii. ibi uidelicet: Quem mortis timuit gradum ait: Quem mortis inquit gradum abhorrere poteſt. q monſtra maris, & aſperrima ſaxa ſine lachrymis uidere potuit. Apu. lib. x. Me. Nam & quod potiſſimum abhorrere, aſinus excogitantes ſcrupuloſe &c. Plin. li. xxx; ii. cap. penulti. In omni alio uſu acriora abhorrẽtes. Calepinus autem plura affert eiuſdem locutionis exẽpla. Quale eſt illd' Ti. Li. lib. iiii. Parũ abhorrens famã ampliaram. Et illud Sueto. de Augu. Nã pumilios & diſtortos, & oĩa generis eiuſdẽ: ut ludibria naturæ: maliq; oĩs abhorruit. Lanctan. lib. iii. Nõ eſt ſapiẽtia ſi cœtum hoium abhorret. Addit idem: Forte decepit Laurentiũ Vallam ab præpoſitio: q ablatiuum exigere uidetur: ſed ſi hoc in pleriſq; uerbis fiat: non tñ oibus: ſicut in aboleo: abluo, & hmõi: quæ actm̃ nõ ablm̃ poſtulant. Ambro. lib. i. Offi. Abhorret (ideſt aliena eſt) quũquidẽ ab efficiendo dictum putamus quaſi efficium. Sane ſicut qdam obhorreo pro abhorreo aut exhorreo uſurpant: ſic & abhorreſco: ut Lactan. de Ira Quem terra contremiſcit, & latebræ tartareæ, & Demones abhoreſcunt. Vbi ergo in textu eſt: hoc ſemper addendum eſt fere: ut ſit fere ſemper: quia melius & uenuſtius cum ablatiuo conſtruitur.

ℭInter exhorreo, & abhorreo. Cap. ci.

Exhorreo Abhorreo

EXhorreo hanc rem: idẽ eſt, qd expaueſco: abhorreo ab hac re: idem eſt, quod pquam alienus ſum ab hac re. hoc ſemper poſtulat huiuſmodi ablatiuum: illud uero nunq̃: ſed accuſatiuum.

ℭEpitome capitis cii.

ASCEN. ℭBENE mecum agit. i. in bona conditione ſum, & bene mihi ſuccedit ſimiliter præclare & optime &c. Et nonnunq̃ conſimiliter actiue. ut Bene tecũ egerunt ciues ſed actum eſt de aliquo: ſemper in malam partem accipitur: pro eo quod eſt periit: nec amplior de eo ſpes eſt.

ℭBene agi cũ aliquo, qd ſit & actũ eẽ. C. cii.

Bene agi cũ aliquo qd ſit

BEne mecũ agit: idem eſt, qd in bona cõditione ſum. Idem, præclare mecũ agit: optime cũ illis agit: melius cũ hoibus ageret: ſi paruo cõtenti eſſent ita male mecũ agit: ac peius, incõmodiuſue, & peſſime. Cicero. Cũ illo uero qs neget actum eſſe præclare? mecũ incõmodius? Nõnunq̃ ẽt actiue. Val. Max. lib. v: Bene egiſſent Athenieſes cũ Miltiade: ſi eũ poſt trecẽta milia Perſaꝝ Marathone deuicta i exiliũ ptin' miſiſſẽt: ac nõ i carcere, & uinculis mori coegiſſent.

Actum eſſe

Actũ eſt, ſemper in malam partem accipitur: ut actum eſt de repub. ideſt reſpublica extincta, deſperata, perdita eſt.

ℭEpitome capitis.ciii.

ASCEN ℭSALIO: ideſt ſaltum facio: interdum quaſi ſalto. Salto autem. i. tripudio: quod uulgo dicũt choretzo: peritiores choream duco: ſaltus eſt incompoſitus: ut ceruorum, agnorum, canum, leporumq; ſaltatio: hominum quod tripudium uocant: idemq; dicitur ſaltatus. ſed non ſaltus.

PETrus de FON. ℭSALIO ſalis quartæ coniugationis prima corepta ſignificat ſale condio tibi farre pro placet, & ſaliẽte ſale: huius præteritum ſaliui: ſupinum ſalitum. Salio ſalis p ſimplex l ſaliui uel ſalii: ſeu ſalui diuiſas ſyllabas & ſuum ſupinum ſaltũ eſt: ut Virgil. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres: ſignificat ſalto. Compoſita tamen magis præteritum per ui faciũt: ut aſſilio aſſilui: cõſilio cõſilui. Virgil. Deſiluit Turnus &c.

ℭInter ſalire, & ſaltare. Cap. ciii.

Salio

SAlio, unde ſaltus: pro eo, qd' eſt, ſaltum facio: ſalto tripudio: unde ſaltatio. Interdum, ſalio pro ſalto. Virgi. ii. Georgicorum. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Quid autem diſtet ſaltus, & ſaltatio, notũ eſt. Saltus enim eſt, qualis ceruorum, leporumq;: ſaltatio uero illa hominum iactatio, quã uulgo tripudium uocant. Et licet ſalio pro ſalto accipitur: non tamen ſaltus pro ſaltatio, ſaltuſue: qui eiuſdem ſignificationis eſt. Liuius. Ferre, ac per urbem ire cum tripudiis, ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

Saltus Saltatio

ℭEpitome capitis ciiii.

ASCEN. ℭABDICARE eſt expellere filium a bonis paternis patre adhuc uiuo Exhæredare poſt mortem. Ideoq; grauius eſt abdicari: quod etiam exhæredationem continet q exhæredare. Abdicare etiam eſt quaſi priuare, & alienum dicere: unde Liuius libro quarto. Dictator bello ita geſto i urbẽ rediit magiſtratuq; ſe abdicauit. Item repudiare: ut Teren. Generũ abdicat. Item negare. ſed id apud ueteres. Pacu. Regno expellunt: conſanguineam eſſe abdicant.

ℭInter abdicare, & exhæredare. Cap. ciiii.

Abdicare Exhæredare.

ABdicare eſt expellere a bonis filiũ: dũ uiuit pater: Exhæredare uero poſt mortẽ. Sed abdicare eſt grauius: qd ẽt in ſe exhæredationem continet.

ℭEpitome capitis.cv.

ASCEN. ℭAD me ſpectat. i. pertinet: ad mortem, perniciem, exitiũ ſeu futuritum ſpectat. i. reſpiciendo tendit.

ℭAd me ſpectat quid ſit: & ad mortem ſpectat. Cap. cv.

Ad me ſpectat Ad mortẽ ſpectat

AD me ſpectat: ideſt ad me ptinet. Ad mortem ſpectat: ideſt quaſi reſpiciendo tendit. Ci. off. lib. iii. Ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit: patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. Quinti. in pauperem amatorem. Et, quod ad peſſimum ſpectat euentum: miſerabilis ſis oportet ut amator eſſe uidearis.

ℭEpitome capitis. cvi.

ASCEN. ℭCONVENIT hoc nobis: ideſt conueniens eſt: & decens, aut utile. Conuenit. inter nos. ideſt conſtat, & cõtrouerſia ſeu diſſenſione caret. Iuue. Sęuis inter ſe ꝯuenit urſis. Conuenit mihi hoc tecum ſentio: ideſt de hoc ut tu. Interdum dicitur tñ hoc conuenit. Interdum ſolum conuenit. Et in plurali cum ſuppoſito. Vnde Teren. Hæc fratri mecum non conueniunt. Eſt ubi conuenio cum actõ conſtruitur: ut in libro quarto dictum eſt.

PETrus de FON. ❡CONVENIRE autem ſimul: eſt ſimul uenire, cógregari, coire Liui. Poſtero die arma capiũt: quo mihi erant cõueniunt. Saluſt. Poſtq̃ uniuerſi locum omnes cõuenere. Hinc conuentus dicitur & proprie religionis.

❡Conuenit nobis, & conuenit inter nos, quo differant. Cap. cvi.

COnuenit hoc mihi: aut cõuenit hoc nobis: ideſt decens eſt, & co nueniẽs. conuenit hoc inter nos: ideſt conſtat: & controuerſia caret. conuenit mihi hoc tecum: ideſt ſine controuerſia eſt iter nos, quod ego dixi. conuenit tibi mecum: ideſt ſine controuerſia eſt inter nos quod tu dixiſti. Nõnunquam ſine appoſito: ſed tamen ſubintellecto: ut. hoc conuenit. Nõnunquam ſine utroq;: ut. conuenit.

❡Epitome capitis cvii.

ASCEN. ❡VARIIS modis dicit̃ quis obuius: ut Obuius tibi fio: obuius ſum tibi: obuium me tibi fero: obuium me tibi fortuna obtulit: obuius me tuli more Virgiliano: obuiã ueni: obuiam proceſſi: obuiam iui: obuiam exiui: obuiam me tuli: obuiam factus ſum: ſed potius obuius.

❡Dictum autem fere uolũt de minore ad maiorem: ut obuius factus regi: exiui obuiam regi. Rex habuit me obuiũ: ſed fit uterq; alteri obuius: & in itinere ſuo rex habet milites obuios: & milites in ſuo regem. Exire autem uel procedere obuiam eſt humiliantis ſe, aut exhibentis humanitatem.

❡Inter obuio tibi, & obuius tibi fio, & cætera. Cap. cvii.

OBuio tibi: & obuius tibi fio: obuius ſum tibi: obuium me tibi fero: obuiũ me tibi fortuna optulit. Cicero. Fit ei obuius Clodius. Virgilius. Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua. Domitius Afer apud Q uintilianum. Forte uos in illa ſolitudine obuios caſus miſeræ mulieri optulit. Obuiam quoq; per eadem, & per alia plura uerba uariatur: ut. obuiam proceſſi: obuiam iui: & alia multa.

❡Epitome capitis cviii.

ASCEN. ❡SIMILITER uarie dr̃ quis ſibi finẽ: ſeu ſũmum ꝓponere: ut in textu patet. Neq; tñ uerba textus negligẽter legenda ſunt: nam ꝑter philoſophoꝝ de ſũmo bono placita quæ illis explicant: opæprecium eſt ſcire, terminare, finire, metiri: talẽ uſum hẽre. Nam terminare oĩa uoluptate: eſt cõſtituere finẽ omnium in uoluptate. Metiri naturæ bonis ſingula: eſt æſtimare ſingula eſſe bona quatenus naturæ utilia ſunt.

❡Q uot modis una, eademq; res dicat̃: quæ, & quem finẽ ſibi quis ꝓponat. Cap. cviii.

EPicurus oĩa terminat uoluptate. Zeno cuncta finit honeſtate. Hieronymus uniuerſa determinat, definitq; indolentia corpis. Carneades ſingula metit̃ naturæ bonis. Ariſtippus nihil nõ ad cõmodum ſuum refert. Pyrrhon nihil relinq̃t: qđ non reuocet ad ſcientiam. Ille ſũmum bonum in gula cõſtituit. ego bonum ipſum pono in dilectione dei. Tuus finis, ad quem tẽdis: tibi ipſi ignotus eſt. Tot igitur uerbis unam, eandemq; rem declaramus. quæ exempla paſſim inquirentibus ſeſe offerent.

❡Epitome capitis cix.

ASCEN. ❡CONſimiliter & coniecturam facere.

❡Coniectare, cõiecturare, coniecturã facere, & cætera pro eodẽ accipi. Cap. cix.

COniecto, coniecturo, coniecturam facio, coniecturam capio, coniectura conſequor, coniectura colligo, cõiectura ducor, pro eodem accipiuntur: aut parum differunt: quia efficacius quiddam eſt in coniectura conſequor, & coniectura colligo: quã in cæteris. quorum exempla adducere longnm eſt.

❡Epitome capitis cx.

ASCEN. ❡ITEM nõ ignoro aut ſcio uarie dicit̃: ut in textu patet: ſed & pluribus modis idẽ dici põt: ut nõ me latet: nõ ignoro: certo ſcio, cõptũ habeo, cognoſco, & aliis nõ paucis

❡Non me fallit: nõ me præterit: & cætera idẽ ſignificare. Cap. cx.

NOn me fallit, non me præterit, non me fugit, non me capit, idem ſignificare: quod non ignoro. Q uintitianus auctor eſt.

❡Epitome capitis cxi.

ASCEN. ❡PRAETEREA uarie dicere licet I te aliquo ſpẽ hr̃e. Sed capio ſpem de te. Concipio ſpem, ducor in ſpem, uocor in ſpem, ingredior in ſpem, non tantam ſpei firmitatẽ ſignificant: quantam colloco & repono te in ſpem.]

PETrus de FON. ❡CAPIO capis cepi in præterito, & in ſuo ſupino captum format: idem eſt q accipio. Virg. libro quarto Geor. Cape fata manu: cape robora paſtor. Sed quodam modo differunt: quia capere eſt cum effectu accipere cum quis non ſic accipit: ut habeat: ideo ut Vlpi. ſcribit: nõ uidet̃ quis capere: quod eſt reſtituturus, & capere eſt ſponte uel nõ, accipere tñ uoluntate: ut dicimus cõiter cepi labores: cepi moleſtiam, & ſuſcepi inimicitias. Vale. Maxi. Vt non coactus enſem accipere: ſed ſua ſponte ſumere uideretur.

❡Quod capere ſpẽ de te, nõ tantũ ſit, q̃tũ in te ſpem colloco: & cætera. Cap. cxi.

CApio ſpem de te, cõcipio de illo ſpẽ, ducor in ſpem huius negocii, uocor in ſpẽ, ingredior in ſpẽ, non tñ ſpei firmitatem ſignificat: q̃tũ colloco in te ſpẽ, & repono i te ſpẽ. Cicero. In quo maiores natu ſpẽ dignitatis ſuæ collocarãt. Q uintilianus. In quo ſpẽ unicã ſenectutis reponebã.

❡Epitome capitis cxii.

ASCEN. ❡AD hoc multifariam te memorem dicas: ut In mentem uenit mihi: occurit mihi, ſuccurit mihi, ſubiicit mihi: ſed hoc ultimum frequenter de commiſerante dicitur. Reperitur etiam ſubeo cum accuſatiuo: quaſi ſubintro, & inuado ut Sera pœnitentia ſubiit regem.

❡In mentẽ uenire mihi, occurrere mihi, & cætera, ꝓ eodẽ accipi. Cap. cxii.

IN mẽtem uenit mihi, occurit mihi, ſuccurrit mihi, ſubit mihi, pro eodẽ accipi ſolent. Sed hoc ultimum frequenter quoq; ad miſerationem. ut

Quintilianus. Nobis uero natura aduerſis exanimes ingemuit, non ſolum miſerationem, quæ cogitationi noſtræ ſubit: ſed etiam religionem: Vbi non ita decuiſſet ſuccurrit: occurrit: in mentem uenit. Virgilius. Subiit cari genitoris imago. Subiit deſerta creuſa. Vbi nequaquam decuiſſet in métem uenit de caro genitore, & de Creuſa deſerta. Iungitur etiá hoc uerbum cum accuſatiuo. ut Curtius. Sera pœnitentia ſubiit regem.

ℭEpitome capitis cxiii.

ASCEN. ℭQVINETIAM uideas: uidere licet: cernere licet, cernere eſt: pro eodem accipi ſolent.

ℭAt quia de cæteris textus exempla ponit: addam dũtaxat de ultimo illud. vi. Aenei. Nec non & Tityon terræ oipotentis alumnum Cernere erat &c.

ℭQuod uideas, & licet uideri, pro eodé accipi ſolent: & ſimilia. Cap. cxiii.

Videas, licet uidere, licet cernere, apud quoſdam ét cernere pro eodem accipiunt: ut. Ita uideas iuſtos iniuſtis rebus maxime dolere: imbecillibus fortes: moderatos immodeſtis. Licet uidere nõnullos tanta ſtultitia: ut uix differant a natura brutorum. Licet opera ipſa cernere oratorũ, ut imitentur. Ciceronis hæc exempla ſunt.

ℭEpitome capitis. cxiiii.

ASCEN. ℭVARIA quoq; eſt perorandi atq; concludendi operis ratio: ut in textu uidere licet.

ℭ Habes quæ ſentiam: hæc duo habui, quæ dicerem: & cætera. Cap. cxiiii.

Habes, quæ ſentiam, Brute de oratione dicendi. Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. Hæc ſunt, quæ putaui dicenda hoc tempore. Sunt uerba Ciceronis ad extremum materiæ a ſe tractatæ. quibus & cæteri auctores uti ſolẽt: ut Quintilianus. Habes marcelle Victori quibus præcepta dicédi adiuuari poſſe per nos uidebant. Et iterum. Nihil habui amplius, quod in uniuerſum præciperem. Et iterum. Hæc fere ſunt emendatæ loquendi, ſcribendiq; partes.

ℭEpitome capitis. cxv.

ASCEN. ℭNECNON & mandatũ aut præceptũ: ſeu inſtitutum eſſe uariis modis conſequi poſſumus ut ſequentibus.

ℭ Vt dicat more maiorum cõparatũ eſt: legibus ita conſtitutũ eſt: & cætera. Cap. cxv.

More maiorum comparatum eſt: legibus ita conſtitum eſt: ita natura comparatũ eſt: ita natura cõſtitũ eſt: ita natura præſcriptum: hoc nobis ipſa natura præſcribit: nobis natura datum eſt: ut periclitátes alleuemus: hoc ratio ipſa præſcribit: ita uidetur ratio dictare.

ℭEpitome capitis cxvi.

ASCEN. ℭINSVPER ad quæcunq; pertinentia uarie p interim. & ſuper adiũcto gerundio, aut noié uerbali exprimi poſſunt: ut inter cœnandum, in cœnando, cum cœnarem, inter cœnam, in cœna, ſuper cœnam, & ita de conſimilibus.

ℭ Inter agendum, & inter actionem, in agédo, & ſimilia. Cap. cxvi.

Inter agendum: inter actioné: in agendo: inter cœnandum: inter cœnam: in cœna: ſuper cœnam: inter conſulendum, ſiue conſultandum: inter cõſilia, ſiue conſultationes: in conſulendo, ſiue conſultando.

ℭEpitome capitis. cxvii.

ASCEN. ℭDEniq; ad appellationem ac iudiciũ ſpectantia multifariam enunciare poſſumus: ut per appello exiſtimo, ꝑdico & ſentio, ꝑputo & loquor: ꝑhaberi & appellari. Conſimiliter ad ꝑductioné pertinẽtia: ut diligentia, honores, & gignit & continet. Literæ & parant & conſumant ſtudio.

ℭEt appellant te homines ſapientem: & exiſtimant: & cætera. Cap. cxvii.

Et appellant te homines ſapiétem: & exiſtimant. Te malum eſſe & dicunt, & ſentiunt. Illum & putant probum, & loquuntur: hi & habentur mali, & appellantur. Diligentia honores & gignit, & cõtinet. Studio litteræ & parant, & cõſumant.

ℭEpitome capitis. cxviii.

ASCEN. ℭIMPONERE cũ datiuo & accuſatiuo notum eſt qd ſignificet. Impono cum ſolo datiuo aut ſine caſu ſignificat decipere: inde impoſtor deceptor.

ℭDicitur autem per ſyncopam pro impoſitor: ſicut a Virgi. dicitur Aeneid. i. Manet alta mente repoſtum Iudiciũ Paridis.

ℭImpono tibi onus: impono tibi. Cap. cxviii.

Impono tibi hoc oneris notum eſt qd ſignificat. Impono tibi: idem eſt, qđ decipio te. Quintilianus. Quid? quod hoc ipſum tam placide tam gete facit: quaſi captes imponere? Et alibi. Fefellit te ingenitus honeſtis animis gloriæ amor. ſpes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Vnde impoſitores dicuntur: qui alios uerbis pollicentibus incantationibuſq; ſeducunt: ac decipiunt. Paulus. Item aleatores, & uinarios non contineri edicto quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait: quemadmodum nec guloſos: nec impoſtores, aut mendaces, aut litigioſos. Vlpianus. Non tñ ſi incantabit: ſi imprecatus eſt: ſi (ut uulgari uerbo in poſterum utar) exorcizauit: nõ ſunt iſta medicinæ genera: tamenſi ſint, qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment.

Quæſtio de infinitiuo.

ASCEN. QVAERITVR utrum infinitiuus ſit nomen aut uerbum. Arguitur ꝙ ſit nomen Nam quod reddit ſuppoſitum uerbo eſt nomẽ: ſed infinitiuus reddit ſuppoſitũ uerbũ: ergo eſt nomen. Maior patet. Quia nulla pars orationis præter nomen reddit ſuppoſitum uerbo. Minor patet dicendo: Secare eſt agere. Scire tuum nihil eſt &c. Secundo ſic: Omne quod eſt ſubſtantiuum adiectiui eſt nomen uel ſaltem non eſt uerbum: ſed infinitiuus eſt hmõi: ergo &c. Maior nota eſt: & minor probat: dicendo: Hodie bonum eſt diſputare. Tertio ſic:

Illud qđ poteſt referri per relatiuum eſt nomen:ſaltē non eſt uerbum:ſed infinitiuus eſt hmōi:ergo &c. Maior eſt nota: & minor probat̃.nam cum dr̃. Tu fugis.qđ mihi ꝓcul abſit dicunt grāmatici:ꝙ ly fugis eſt añs rōne ſui infinitiui:ergo &c. In oppoſitum arguit̃ ꝓbando ꝙ ſint uerba:nā modi uerboꝝ ſunt quinq;:ergo infinitiuus eſt uerbū:ꝯña tenet:qa ſi infinitiuus nō eſſet uerbū:nō eſſent quinq; modi uerboꝝ. Añs eſt oīum grāmaticoꝝ. Pro ſolutione qōnis notandum eſt: ꝙ ſicut eadem uox reperitur qñq; eſſe nomen:& qñq; participiū:& ſic de aliis:ſic eadem uox æquiuoce capta eſt nomē & uerbum:ut dicendo:ſecare eſt agere: tunc ſunt noia:ut patet ex ſpondæo:ſectio eſt actio. Cōcluſio infinitiuus:hoc eſt eadem uox æquiuoce eſt uerbū & nomen:iſta concluſio ſatis manifeſta eſt:& ſic patent ſolutiones ad argumenta.

PETrus deFON. ❡ PRO qōnis reſolutione aliquæ uerificationes ſat perite notant̃:quaꝝ prima notanda uidet̃. Eadē orationis pars diuerſis notationibus uerbū & nomen dr̃:ut amare eſt infinitiui modi. Secūdaria igit̃ annotatio minus principalis pars in orōne pĩcipalis agnoſcit̃:ut ſi eſt cōiunctio: de ꝑpoſitio:hodie aduerbium:hoc ſub materiali,& nō ꝑſonali uoce dicitur.

❡ Finis quinti Libri.

❡ Epitome Aſcenſiana in ſexti Libri elegantiaꝝ Laurentii Valleñ. Procemium.

ASCEN. SI Seruio Sulpitio licuit librum ſcribere de notis Scæuolæ & ꝑceptoris ſui:& in facultate iuridica nimirum principis:cum id & reip.& ipſi qui deceſſerat e uita cōmodū uideret̃. Licebit & auctori nr̃o de notis ēt doctiſſimorū in lingua latina librū hūc ꝯficere:cū id non aīo carpendi:ſed emēdandi faciat:ſibiq; fieri æquo aīo paſſurus ſit.

PETrus deFON. ❡ IAMPRIDEM hortamur latini ſermonis amantiſſime circa ĩtroductionis eloquētiam:nā ego ipſe ſtatim negocio cōmunibus ſcholaſticoꝝ utilitatibus maxime neceſſario partē aliquam mihi additionū curæ de fonte aſſumerē:nihil in ea re detrimenti:ſed hēre cōpertum nōnihil gloriæ poſſe capere:ꝙ ego ita fore inertius eram. Ille mihi ſponte pollicebat̃:itaq; condēnationē huic ēt uiro ſuperiori de caſtro: ſed unū illud iam primo ſingulis exploratis magna auctoris diligentia nūc nuper in recenti ludo correctū.quo duce ꝑcipue cœpi decreuimus:nā duo reliqua alteꝝ Caſar Auſtuga delatum:alterum noſtra Brachinone impreſſum:quātum utroq; iudicio:arbitrioq; noſtro exhauriendum uidebatur.

❡ LIBER SEXTVS.

SVLPITIVS ILLE Seruius, cuius quanta in iure ciuili fuerit auctoritas:plurimoꝝ monumēta teſtant̃:ſiue aliorum exēplo, ſiue priuato cōſilio fretus, non exiſtimauit turpe ſibi ad famā fore: ut librū de notis Seæuolæ conſcriberet:nōmodo antiſtitis in ea facultate, atq; oīum principis, uerūetiam præceptoris ſui. cogitabat enim neq; poſſe id ſibi uitio dari:qđ publicæ utilitatis cauſa ſuſciperet: neq; iniuriam illi fieri:qui reꝑhēderetur:ſi modo rite reꝑhendatur:qđ in ſe fuiſſet ipſe facturus:ſi errata ſua aīaduertiſſet. Probe itaq; Sulpitius, & ingenue, ac uere Romane. qn ipſe quoq; populus prudēter, & grato inuicem aīo:qui factum huius, non reꝑhenſione, ſed laude dignū, ac gloria putauit:nec minore uolumen hoc, ꝗ cætera, honore proſecutus eſt. Nam præcepta aliqua doctrinæ tradere cuilibet mediocribus ſaltem litteris imbuto promptum eſt. Errores maximoꝝ uiroꝝ deprehendere: id uero tū doctiſſimi hoīs eſt:tum opus utiliſſimum: & quo nullum dici poſſit utilius. Quis enim dubitet non minus agere, qui aurū argentum, cæteraq; metalla expurgat: ꝗ qui illa effodit? qui triticū mundat: ꝗ qui metit? qui pinus, amygdala, cæteraſq; nuces eligit: ꝗ q eaſdem legit? Ita eum, qui emēdat:niſi pauciſſima ſunt, quæ emēdat: nō inferiorem exiſtimare debemus: quā ipſum illum inuentorē: nec minorem ab illo, quā ab hoc percipi fructum: Imſuperq; nōmodo huic ex illius caſtigatione nullum damnum afferri, atq; iacturam:uerūetiam ꝑcium, ac dignitatē, perinde atq; auro, & cæteris, quæ modo cōmemoraui: quantum corporis purgatio ipſa detrahit:tātum reſiduo precii (ut dixi) & dignitatis accreſſit: adeo plus utilitatis in parte eſt, quæ ſuperat: quā fuerat in ſolido. Quare ſi qs Seæuolæ apud inferos de Sulpitii facto ſenſus fuit: quæ erat illi æquitas, & iuſtitiæ amor: auſim affirmare:fuiſſe gauiſum: ſecūq; præclare actū eſſe dixiſſe: quod ſuoꝝ libroꝝ aurum ab omni ſcoria eſſet ac fece purgatum:nihilq; foret: per quod conciues ſui per eius ſcripta falli poſſent. Neq; immerito. Plinius iunior ad amicū ita ſcribit. Ita enim magis eredā cætera tibi placere: ſi quædā diſplicuiſſe cognouero. Quo modo igit̃ non ſit beneficium id offerre: quod ſolet beneficii loco poſtulari? Quod ſi hoc nō præſtat̃, aut iam defunctis, aut tale beneficiū reſpuentibus: ꝓfecto hiis præſtat̃, ad quos ex ipſa magnoꝝ auctoꝝ emēdatione multa in primis utilitas peruenit. Ideoq; ab optimis qbuſq; cuiuſlibet artis ꝓfeſſoribus receptum eſt: ut eorū ipſoꝝ, quos diſcentibus imitationem ꝓponunt:etiam uitia, ſi qua fuerint, oſtendat. Hmōi igit̃ ego & exemplis, & rationibus adductus, faciundum mihi putaui: ut unum librum hunc de notis ſcriptoꝝ cōponerem: nō quo illos carperem:(nam præterquā quod hæc inhumana uoluptas foret: certe & alibi maior mihi hæc facultas daretur: & de hac ipſa re pene infiniti libri conſcriberent̃) ſed quo ꝓdeſſem aliquid linguam latinam diſcere uolentibus, nonmodo ex noſtris præceptis, ſed ex alioꝝ quoq; erratis: ubi & de noſtro non nihil ad rei teſtificationem admiſcebimus. Dedimus aūt noſtroꝝ libroꝝ ſuam cuiq; materiam: ut ſi per ſe opus non multum ſibi fauoris pararet: ipſa certe uarietas cōmendationis blandiret̃, ex hoc præſertim uolumine: ī quo & uniuerſa, quæ ī ſuperioribus ſingula continentur: & de plurimis, præſtantiſſimiſq; auctoribus pronunciatur: iudi-

ciumq; cõtra eos fit. Sumus autem accuſatores
quidem ſimul, & iudices: ſed qui aliorum pari
ter acuſationem, iudiciumq; ſubeamus: niſi le/
gitime & auctoris, & iudicis fuerimus officio
functi. Sed iam in forum deſcendamus.

Epitome capitis primi.

ASCEN. ALMNVS eſt qui ab aliquo alitur: non ẽt aliquẽ alit:
ut Nonius Marcellus pcepit. Exẽpla certe eius non id pbant:
nec alumnum dominum eſſe ſignificant: ſed alitum. Per inci
dentiam autem docet armigeros: ideſt qui arma gerunt: ma
gnorũ uirorũ etiam magnos fuiſſe. Auſpicare autem accipi p
p incipere potius in bonum q̃ in malum: cũ auſpicatũ ſigni
ficat ſemp bonũ: auſpex uero eſt qui nuptiis pro marito præ/
eſt: ſicut pronuba pro uxore.

Cæterũ licet exẽpla Nonii non cõgruant: ſnĩa tamen eius
recipiſ: unde Mãci. Alũnus qdem (ut Nonius Marcellus ait)
ſignificat. Sillius nãq; lib. viii. ſcribit. Palladem ita Ioui loquẽ
tem: Non teneros delere aderant: ſed lumen alumnæ Hãni/
balem Libiæ pelli florentibus annis. Vita atq; extingui pri/
mordia tãta negabãt, & Pli. lib. iii. de Italia loquens, ait: Ter
ra oĩum terrarũ alumna: eadem & parens numine Deum ele/
cta. In calce quoq; totius operis inter multas Italiæ laudes
inquit: Italia rectrix, parẽſq; mundi alia. Strabo ẽt lib. v. de Sa
binia loquẽs ita latine dicit: Vt autem ſummatim dicã: Ita/
lia cũcta pecorũ & frugũ pſtantiſſima nutrix eſt. Hæc addidi:
ut illa Terra oĩum terrarũ alũna nutrix ſine controuerſia in
telligatur. Virg. item in Cyri ſic: Magna quæror nec: ut illa
qdem cõmunis alũna Oĩbus iniecta tellus tumulabit arena
& Curtius lib. viii. ſcribit Alexandrum commilitones allo/
quentẽ inter plura & illa dicere: Oro quæſoq; ne humanarũ
rerum terminos adeuntem alumnum: commilitonemq; ue/
ſtrum: ne dicam regem deſeratis:

Alumnus. Cap. I.

Alũnus ſecũdũ Nonium qd ſignificet.

ALumnus eũ ſignificat, Nonius Mar/
cellus inquit: & qui ab aliquo alitus
eſt: & qui aliquem aluit. cui in prima
ſignificatione ſuffragor: in ſecunda
refragor. nec illius exempla ſecum facere oſtẽ/
dam: ſed mecum: quæ hæc ſunt, tum Cicero/
nis in Verrem: Italia aũt alũnum ſuum ſeruitu
tis extremo, ſũmoq; ſupplicio fixum uideret:
tum Varronis. Et ecce de improuiſo ad nos
accedit cana ueritas, atticę philoſophię alũna.
Quorũ exemplorũ ſalua Nonii pace utrũq;
ſignificat educatum: non educatorem. Nam
Cicero qdem Italiam quaſi altricem, illum ab
ea altũ dixit. Varro uero non alio mõ locutus
eſt: quã Quintilianus: ubi ait. Verba omnia,
& uox eius alũna urbis eſſe ſolet: ut oratio Ro
mana plane uideaſ: non ciuitate donata. Vult
enim uerba noſtra, & uocem uideri debere na/
tam, & alitam intra Romã. ita Varro itra Athe
nas, atq; in ſinu altricis philoſophiæ. Adiicit ẽt
Nonius: alũnum ſignificare dominum: ut apud
Virgilium. Corpus ubi exanimi poſitum Pal
lantis acetes Seruabat ſenior: q Parrhaſio Euã/
dro Armiger ante fuit: ſed nõ fecilibus æq; Tũ
comes auſpiciis caro datus ibat alumno. Du/
re nimis, ne dicam inerudite uir ſane eruditus
expoſuit. quaſi neſciamus nõ domini mortem
a ſeruo, uel cõite Virgiliũ feciſſe deplorari: ſed,
qd plus eſt, q̃ ſi uel Euãder ipſe fuiſſet occiſus:
ac multo triſtius: ab altore, ſiue nutricio mortẽ
ei⁹, quẽ aluerat: & quẽ loco filii hẽat. q̃lis Phe/ Phœnix
nix ille Homeric⁹. i Achillẽ fuit: quẽ qm̃ educaſ
ſet, filiũ ſemp appellat p alũno. Et certe armige
ri magnorũ pricipũ ſemp & ipſi magni uiri fue
rũt. Siqdẽ (ut taceã de Phœnice: q bonæ parti
Myrmidonũ iperabat) Patroclus auriga Achil Patroclus
lis priceps erat: & Sthelenus Capãnei regis fili⁹ Sthelenus
auriga Diomedis: & Merionas iter primos du Merionas
ces Cretẽſium auriga Idomenei: & Hectori aliqs
fratrũ fere aurigabaſ currũ. Talis fuerat Acetes Acetes.
Euãdro. ergo nõ fuerat Seruus, aut Seruo ſimi/
lis apud Euandrũ: multo minus apud filiũ: ſed
patri ſimilis, & pro patre, præſertim illo abſen
te. Duo aũt hæc nomina, quæ ab eadem litte
tera incipiunt: armiger, & auſpicium, quæ apd
Virg. mõ legimus: non nota oĩbus, etiam expli
cemus. Armiger eſt: qui in prælio gerit tela do
mini ſui: ut ſcutũ, & archũ: ut lanceã, & cætera
hmõi. Imperiti armigerũ uocãt armatũ eqtem. Auſpiciũ
Auſpiciũ eſt, uel a paſtu auiũ, uel ab inſpectiõe
auium. Sed qa conſul, antequã iret in expeditio
nem, capiebat auſpicium: hinc factum eſt: ut di
camus auſpicia ducum, atq; principum: quæ
a ſolo duce capianſ. & hinc auſpicari nõ modo Auſpicari
auſpicium capere: ſed ẽt incipere: nec in bonã incipere
tãtum partem: quod frequentiſſimum eſt: uerũ
in malam quoq;. ut apud Plinium. At homo
infeliciter natus, manibus pedibuſq; deuinctis;
animal cæteris imperaturũ, a ſuppliciis uitam
auſpicatur. Nam quando non eſt uerbum: fe/
re in bonum accipiſ: ut apud Terentiũ. Haud
auſpicato me huc attuli: ideſt: non feliciter:
quaſi auſpiciis repugnãtibus. Quod declarat
Quin. de Achille (ut opinor) loquens: qui ad
mortem, quã dii futuram denunciauerant: cu/
piditate ulciſcẽdi Patrocli ruebat. Sic nãq; ait:
Eant noui antiquarũ conditores fabularũ poe/
tæ: & ſe ad exhortandã amicitiæ fidem magna
quædã cõpoſuiſſe carminibus putẽt: ſi dixerũt
aliquos p maria, terraſq; aſperiorem fortunam
amicorũ tãtum ſecutos: aut principem Græciæ
uirũ inultionem interfecti amici i auſpicata bel
la geſſiſſe. & alibi. Itaq; ut apud illos Home
rus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimũ de/
derit exordiũ. Auſpex: q præerat nuptiis cele Auſpex q nuptiis præerat.
brandis: q auſpiciũ pro nuptiis capere ſolebat.
Adhibebaturq; hic p pte mariti. Pronuba: quę Pronuba.
præeſt ipſa nuptiis celebrãdis pro uxore. aliqñ
etiam magis pprie pro eo, qui dux militiæ eſt:
ut primo carminum apud Horatium. Nihil
deſperandum teucro duce: & auſpice teucro.

Epitome

¶Epitome capitis.ii.

ASCEN. ¶CITARI nõ eſt laudari: qđ Nonius ꝑdit: ſed cõuenire: & in teſtimonium uocari in exẽplo ab eo adducto & citato.

¶Citare. Cap.ii.

Citare Salamis

Citare, idem inquit, pro laudare accipitur. ut Cicero. Citetur q; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ. Neſcio cur id dixerit. Non enim tantus uir tã parua neſciuit: niſi putat ſe acutiorẽ uiſum iri: ſi clara faciat obſcura. Citant teſtes: non laudantur. Nam Salamis, qui fuit locus uictoriæ Themiſtoclis: nihil laudis meret: quippe qui nihil egit: ſed teſtis fuit: quia interfuit: uel quia in eo poſita ſunt trophœa uictoriæ: quæ rem geſtã teſtificant tranſeuntibus. Ergo ſi teſtificari locus: põt merito ut teſtis citari: non tñ tanq̃ uenturus: ſed ad quẽ eant, qui teſtimonium deſiderant. Vel citent Salamini: cõtinens pro cõtẽto: uel citentur auctores: & libri, qui de hac ſalamine uictoria meminerũt, teſtimoniũq; dicunt.

¶Epitome capitis.iii.

ASCEN. ¶CAPERE non tot & tã diuerſa: ut Nonius uult ſignificat: ſed unum diuerſimode: ſm diuerſa adiuncta: habetq; reciprocum quendam uſum: ut cepi uoluptatẽ: & uoluptas cepit me. Vix tñ ſomnus cepit me dicẽ & nequaq̃ delectatio cepit me. Captus autem oculis. i. cæcus: orbatuſq; oculis. Capio dolorem potius q̃ dolor capit me. Sed utroq; melius: Tenet me dolor. Cepi indignationem potius q̃ indignatio cepit me: & ita in multis quæ textus notat. Eſt autem capere ſponte: & nõ ſponte accipere. ſumere ſemper ſponte: & interdum a ſe quaſi arroganter capere.

¶Capio. Cap.iii.

Capio q̃ late pateat

Capio ſm eundẽ in paſſiuo ſignificat propitiationem: ut apud Lucretium: Nec bene pro meritis capit: nec tangitur ira. Capere facere. Terentius in Andria. Non ſi capiundos mihi inimicos ſciam eſſe oĩs hoĩes. Capere perpeti. Terentiũ in Heautontimerumenon. Dum abs te abſsum oẽs fuere mihi labores, quos cepi, leues. Cape tollere, tenere. Virgilius libro. iiii. georgicoꝝ. Hic tibi nate prius uinclis capiundus: ut omnẽ. Varro in Meleagris. Quẽ iccirco terra nõ cepit: & cælum nõ recepit. Idem in Eumenidis. Stolam, calceoſq; muliebres propter poſitos capio. Capere eligere. Teren. in Ecyra. Cum illum generꝝ cepimus. Virg. in georgicis. Ante locũ capies oculis. M. Tul. de officiis. Quod inſit aliqd probi: qđ capiat ignotos. Capere delectare: ſuſtinere, habere, decipere, circũuenire, occupare, detinere, ſatiare, accipere, cõplecti, inuenire. ſingulorũq; exẽpla ſubiicitq; quæ ipſe, ne longior eſſem, ꝑtermiſi: in quibus nõ eſt ꝓbabilis expoſitio. Nam quis credat auctores uni dictioni tot ſignificata, & quidem pro ſe quẽq; noua dare uoluiſſe. tanq̃ linguam ipſam cõfundere cuperent? Cur igit ita locuti ſunt. Nempe quod nihil intereſt inter has ſignificationes: capio hoſtem: capio generꝝ: capio ſaxum. Præterea duæ proprietates in hoc uerbo notandæ ſunt. Vna: qđ habet reciprocũ quendam uſum: ut idem ſit: cepi uoluptatẽ: & cepit me uoluptas. Cicero. Magnã cepi ex lr̃is tuis uoluptatẽ. Quintilianus. Nec me tanta capiebat uoluptas: qđ fluẽta cæris mella cõderẽ. Plinius ad Caluiſium lib. viii. Capio aliquã uoluptatẽ: qđ ulla uoluptate non capior. Cepi ſonum: captus ſum ſono, uix dr̃: ſed dici poſſet: ut oppſſus uidelicet, qui opprimit ſomno: capit ſomno. cepi delectationem: uix unq̃ delectatio cepit me: ſed i paſſiuo potius: captus ſum delectatione: & itẽ in cæteris, quæ ad delectationẽ ꝑtinent. Captus ſum amœnitate loci, dulcedine uocis, ſpecie mulieris, amore pecuniaꝝ, ſpe honoꝝ, magnitudĩe, ſublimitateq; materię. Iſta enim oĩa delectãt. Ideoq; ſubintelligi ſolet delectatio. quale ipm illud M. Tullii. Quo inſit aliqd probi: qđ capiat ignaros: id eſt delectet. Ergo ꝓbitati ineſt delectatio: ut ſit ita exponẽdũ: cuius ꝓbi delectatio capiat ignaros: ſiue ignari capiant delectatione. Hẽt, inq̃t Teren. captꝰ eſt: ſubintellige amore, ſiue pulchritudĩe fœminæ. i. delectatione: non autem (ut teſtatus ſum) actiue: cepi amorẽ. Nec lõge ab hac rõne abeſt illud: captus ſum oculis: pro orbatus ſum oculis: nec unq̃ repias, niſi in paſſiuo nunq̃ fere, niſi de oculis dici, ſimilibuſq;. Miſericordia cepit deos: nõ dii miſericordiã, dicimus: i. nõ delectatio: ſed dolor ille ex alieno malo. Et: merita mea ceperunt deos: ut ait Lucretius: qui ſermo rarus eſt. i. admiratio, uel delectatio, uel affectus eos cepit. Capio dolorẽ tñ potius, q̃ cepit me dolor, dicimus: nõ quia nõ poſſumus & ſic dicere: ſed qa hẽmus alium in uſu modũ magis ꝓprium. Tenet me dolor: ſicut tenet deſiderium. Delectatio enim uidetur tm̃ capere: nec diu ꝑmanere: dolor aũt, & deſiderium tenere, quaſi ꝑmanendo. Item cepi indignationẽ: cepi, ſiue contraxi moleſtiam, potius q̃, cepit me indignatio: cepit me moleſtia. Contra, cepit me tedium: cepit me odium: cepit me obliuio, potius q̃ retrorſum. Virgilius. Tãta meæ ſi te ceperũt tedia laudis. Terẽtius. Neq; agri, neq; urbis odiũ me unq̃ ꝑcipit. Cicero. Propter qđ tñ odii cepit eloquentia: ut homines ſtudioſiſſimi quaſi ex turbulẽtiſſima tempeſtate ſe in ſtudium traderent quietũ: id eſt ut eos iuſtitiæ capiat obliuio. Pli. lib. vii. natu. hiſto. ait. Præ alto tecto lapſus matris, & affinium: ꝓpinquorũq; cepit obliuionẽ. Altera: qđ capere ſignificat uel ſponte, uel non ſponte accipere: ſumere

Capio reciproce dici

tantum ſponte. Atq; hinc eſt illud. cepi labores cepi moleſtiam: cepi dolorem: cepi, uel ſuſcepi inimicitias: ſuſcepi curas: ſuſcepi ſumptus: accepi calamitaté: accepi cladem: accepi damnum: accepi iniuriam: accepi cõtumeliam: accepi repulſam: accepi uulnus: quod nunq̃ fere aliter dicimus. non ſuſtinui: nõ perpeſſus ſum uulnus: ſed fere ſemp accepi: niſi more poetico: ut apud Ouidiũ lib. ii. Metamorphoſeos. Nullam patiere repulſam. Cicero. In domũ multiplicatam honoribus nõ ſolum repulſam retulit: ſed etiam ignominiam, & calamitaté: cũ dixit. Nequaq̃ contra hoc, quod præcipio, facit.

Sumo ſuppliciũ Nam ſumo ſupplicium: ſumo pœnam: nõ in me ſed a me in altero infligi intelligitur. Ideoq; adiungitur ablatiuus cum præpoſitione de. Cicero. De illo paulo poſt ſupplicium ſumitur. Quintilianus. Vt niſi occurriſſet ad diem de eo, qui reſtiterat: pœna ſumeret. Poteſt tamé quis de ſe etiam ſumere ſupplicium: erũtq; tanq̃ duæ perſonæ: quæ agit: & quę patit. Porro quia ſumere eſt ultro, quaſi non pmiſſu aliorum capere: eo fit, ut intelligatur pro nimium; & interdum pro arroganter ſibi tribuere. ut Cicero de officiis. Orationem autem latinã efficies legendis noſtris profecto pleniorem. Nec uero hoc arroganter dictum exiſtimari uelim: nam philoſophandi ſcientiam concedens multis, quod eſt oratoris proprium, apte, diſtincte, ornate dicere: qm̃ in eo ſtudio ætatem conſumpſi: ſi id mihi aſſumo: uideor id mihi meo iure quodámodo uendicare. Aſſumpſiſſe ſe ait eã ſibi laudem: quæ niſi uera eſſet, ac palam uera propter rei magnitudinem arrogãs uideretur. ergo aſſumere eſt multum, & pene nimium ſibi tribuere. Idé pro Plancio. Quanq̃ nõ tantum mihi ſumo iudices: neq; arrogo. Inde in eruditoꝝ uocabulum præſumptuoſus. Denique quodam loco Valerius Maximus ita plane proprietatem hoꝝ uerboꝝ proprietatem diſtinxit: ut hanc differentiam pene præcipere uideatur: cum de Catone Cẽſorino loquitur: qui enſem de medijs hoſtibus recepit: q̃q̃ hoc aliqui filio Catonis tribuant: inquiens. Vt nõ coactus accipere, ſed ſua ſpõte ſumere uideretur. Quare ſi latine nos loqui uolumus: dicamus dominum Ieſum carné qdé humanã ſumpſiſſe: mortem uero accepiſſe.

Meo Tuo Meo iure, quod mõ apud Ciceronem legimus: ſiquis forte deſiderat: exponamus. Significat auté idem quodámodo, quod mea auctoritate, meaq; licentia, ac conceſſa mihi ab omnibus libertate. ut idé pro Archia. Quare ſuo quidem iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas.

Suo iure quid ſit Suo iure, inquit: quod poeta erat: & probatiſſimus poeta. Idem eſt, pro meo iure. ut idem alibi. Pro iure meo hoc dico: uos eo me priuaſtis. quaſi confitenter dico. Eſt enim efficiens cauſa non finalis. q̃lia cætera ſunt hoc modo dicta: pro mea in uos beniuolentia: pro ueſtra in me humanitate: pro tua manſuetudine: pro ſua pietate. Vbi efficiẽs (ut dixi) cauſa intelligitur, non finalis.

¶Epitome capitis. iiii.

ASCEN ¶CONTENDERE & intẽdere pro eodẽ ſumunt: pro eo uidelicet qd eſt neruum aut chordã, aut ſimile qd extendere: cõtinuare, aut pſeuerare uocẽ ex itẽtione quæ nõ ſignificet pprie ppoſitũ: ut uulgus autumat: ſed tã intẽtio q̃ cõtentio p pſeuerãtia, ꝯtinuatiõe, & elatiõe uocis pmiſcue in orõne ponunt: qbus cõtrariæ ſũt remiſſio & ſubmiſſio uocis. Et ratigit Nonius tã uarias iterptationes accumulãs. Cõtentus aũt de quo hic ſermo eſt a cõtẽdor non a cõtineor uenit.

PETrus de FON. ¶CONTENDO qd eſt cõtra pficiſcor: ut Cæſar lib. i. Ipſe de quartã uigilia eodẽ itinere: quo hoſtes ierant ad eos contẽdit: & contendere idem qd certare: ut Virg. lib. iii. Quis talia demens adimat: aut tectũ maluit contendere bello. Itẽ ſignificat cõtendo: ſiue cũ conatu ac nixu petere: ſeu aliquid aliud agere: ut cõtenta corpora dicimus: quæ cũ nixu intendunt aduerſus labores: ut in arcu neruus. Cice. lib. 2. Tũ ſunt quędã animi ſimilitudines cũ corpe: ut onera cõtẽtis corpibus. Et ipſe idẽ Cice. Miſerrima oĩa ambitio bonoꝝ contentio.

¶Contendere: intendere. Cap. iiii.

Cõtẽdere Contẽdere, idem ait, eſſe feſtinare. ut Virgilius. Quæ pxima littora curſu Cõtendunt petere. Cõtentio eſt pſeuerantia, uel elatio. M. T. de offi. lib. i. Ex cõtentione uocis, & ſũmiſſione, & cęteris ſimilibus facile iudicabimus. Salu. hiſto. lib. iiii. Rurſus iumẽta nacti ad oppidũ ire cõtendũt. Cõtendere cõtinuare. Cicero de ora. iii. Id qd eius ſcripta declarant: & cõtentiones uocis, & remiſſiones cõtinuarent. & in tertio. Nihil pniciosius q̃ ſine itermiſſione cõtentio. Præterea ait: contẽdere eſſe aſtringere, intorquere, cõparare, certare, extorquere, pripere, uel dirigere ſignum. iterũq; pro feſtinare, intendere. Sed neq; pręcepta, neq; exẽpla ſatis diſtincta ſunt. Quid enim differt: cõtentio eſt pſeue-

Contẽtio rantia: & cõtendere eſt cõtinuare? cum præſertim eadem exẽpla utrobiq; ſubiiciat? Quid iterum Virgilianũ illud: Contendunt petere? & illud Saluſtianum: Ire cõtendunt? Quæ duo idẽ declarant: qd tẽdunt, uel pergunt ire, ſiue petere. Iam uero apud Ciceronem cõtentio non eſt perſeuerantia: neq; contendere continuare: ſed

Intentio Intendere intentio, atq; intendere. Indifferenter enim dicimus hoc loco contentio, & intentio: contendere, & intendere. Nam plurimi falluntur accipiẽtes intentionem pro uoluntate, atq; propoſito. Afferam ad hoc probandum ex M. Fabio exẽplum: per quod & ipſa res, de qua agimus: probabitur. Neq; grauiſſimus autem in muſica ſonus: nec acutiſſimus orationibus conuenit:

Nam & hic para clarus, nimiuſq; plenus nullum afferre animis motum põt: & ille prætenuis, & imodicæ claritatis, cum eſt ultra neruum: tum neq; pnunciatione flecti neq; diutius ferre intẽtionem põt. Nam uox ut nerui, quo remiſſior, hoc grauior, & plenior: quo tẽſior, hoc tenuis, & acuta magis eſt: ſic ima uim non habet: ſũma rumpi periclitat̃. mediis ergo utẽdum ſonis. Hi quoq;, cum augenda intentio eſt: excitãdi: cum ſũmittenda: ſunt tẽperandi. Manifeſtum ergo eſt quid ſit intẽtio: cuius etiam ſimilitudo neruorũ manifeſtius docet: unde ſiĩtudo ſumpta eſt. nam ut neruus in cithara, aut neruus in arcu quo magis intenditur: eo uehemẽtiorem uel ſonum, uel ictum efficit: quo magis relaxat̃: eo remiſſiorem: ita & uox, quæ utiq; uſum neruorũ corporis exigit, quos uidere licet in acutiſſime exclamantibus maxime intẽdi: tanq̃ in cithara, aut in arcu: ſiue contẽdi: quæ (ut dixi) idẽ ſunt: atq; idẽ eẽ ex uerbis utriuſq; auctoris, quos nominauimus: liquet. Neq; uero quiſq̃ negauerit cõtinenter eſſe, qđ continue, ſiue cõtinuate: qđ Marcellus ait. ſed a cõtinuo uenit: cõtentus: uero a cõtendo: licet & cõtineo faciat cõtentum.

¶ Epitome capitis. v.

ASCEN. ¶ CVRSVS non eſt (quod Nonius uult) uolatus: ſed penuria uocabuli cogimur pro omni celeri profectione in aere, aqua, & terris curſum ponere: ſicut iaculari & lapidari pro diuerſarum rerum iactu. At in frequentatiuo conſuetior eſt locutio: ut curſitare, uolitare, & raptare dicamus: q̃ in principalibus quæ non transferuntur ſic.

¶ Curſus. Cap. v.

Curſus CVrſus, inquit idẽ, eſt uolatus. ut Virgilius. Curſumq; per auras Dirigit in lucum. quaſi non figurate dicamus de uolatu curſũ: & de curſu uolatum. Vnde illud apud Teren. Feſtinato ſeruũ ire iubens, inquit. uola: pro eo, quod eſt curre. De nauigatiõe quoq; feſtina dicimus curſum, ut M. Tullius. Quo curſu frumento onuſtas naues petentes Rhodum uiderit. & Quintilianus. Nauigationẽ dixit fugam, ſiue naues fugientes, quæ uelocem curſum cõficerent: cum inquit. Inde fugientia uela lõgo uiſu proſecuti. Is enim, qui fugit: uelociſſime currit. Eoq; Virgilius inquit. Pedibus timor addidit alas. Idem quoq; Quint. inquit. Multa ſunt græce, & latine non denominata. Nam & qui iaculum emittit: iaculari dicitur: qui pilam, aut ſudem: appellatiõe priuatim ſibi aſſignata caret: Iaculari & ut lapidare quid ſit, manifeſtum eſt: ita glebarum, teſtarũq; iactus non habet nomen: unde Lapidare abuſio, quæ καταχρησις dicit̃: neceſſaria eſt. Quare ad hanc Quintilia. formulam nõ aliter nauem uelociter euntem, & auem uelociter uolantem currere dicimus: q̃ iaculari ſudem. Illud autẽ apud oratores obſeruaui: uolitare potius, q̃ uolare, pro diſcurrere dici ſolere: ut apud eundem. Me per omnia maria uolitantem. & apud Ciceronem. Qui per forum uolitãt. Volito

Quale eſt reptare. Nam cum repere ſit animalium carentium pedibus, & uentre euntium: licet quædam reptilia pedes habeant: ut lacertæ: tamẽ reptare hominem dicimus: qui ſegniter, lente, & quaſi teſtudineo paſſu icedit: quales ſunt qui in hortis, aut uinetis, ſimilibuſq; locis ſpaciantur. Horatius. An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres. Pli. ad Bebium. Scholaſticis porro dominis, ut hic eſt: ſufficit abunde tantum ſoli: ut releuare caput, refigere oculos, reptare per limitem unam ſemitã terræ, oẽſq; uiticulas ſuas noſſe, et numerare arbuſculas poſſit. Idem. Frequentior currentibus, q̃ reptantibus lapſus eſt. Terent. in Adelphis. Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam, ad lacum: quo non? Repere Reptare

¶ Epitome capitis. vi.

¶ CARPERE non eſt attenuare & aperire: nec celeriter præterire: ut Nonius uult: ſed ſenſim decerpere: & quaſi primis digitis detrahere: ut Virgo roſam decerpit: aut ungulis ſolum diſcerpere: ut equus acer ſolet. ASCEN.

¶ Carpere. Cap. vi.

CArpere, ingt, pro attenuare aperire. Virgil. Nec nocturna qdẽ carpẽtes pẽſa puellæ. Hoc ne puellæ qdem ipſæ diceret. Nã ut carpimus linũ uirens ex humo: cum uellimus: ita puellæ ſiniſtra manu de colo penſum trahẽtes, ſenſimq; uellentes, carpũt. Et ut decerpimus roſam primis digitis: ſic puellę primis & ipſe digitis decerpũt particulatim linũ, lanãue. Item. Carpe celeriter pterire. ut Virg. Et acri carpe prata fuga. Et in eodẽ. Carpe mox gyrũ Incipiat. quaſi ĩ primo celeritas illa nõ magis ĩtelligat̃ p hoc, qđ dixit fuga: qui eſt celer curſus: q̃ per illud carpe: & in ſcđo ſignificet̃ uelociter præterire. Aliud nanq; eſt ĩre in gyrũ: aliud pterire. qđ de equo, & aſſeſſore utrũq; poetice dictum eſt. Carpere

¶ Epitome capitis. vii.

¶ ACCIPERE nõ eſt paſcere. Vbi Nonius & Seruius ſic acceptũ uolunt: ſed in cõuiuium apparatum aſſumere: aut in domũ: honoris & amicitiæ cauſa aliquẽ cõuiuium capere: ita tamen ut dum dico: acceptus ſum a te laute: intelligatur in conuiuium: aut tractatus ſum. Nam accipere eſt interdũ tractare, & accipi tractari. ASCEN.

¶ Accipere. Cap. vii.

ACcipere pro paſcere: idẽ ingt. Terentius. Accipit hõ nemo melius proſus: neq; prolixius. Et hũc imitatus Seruius in Virgiliũ. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius profecto, & lautius loqui poterant. Pecora gregatim, Accipere

altiliaq; dicuntur paſci:nō homines. Nos enim quotiens accipimur: ſiue excipimur in conuiuium:non ad ſaginam,ſed ad iucūditatem illā, atq; apparatum iuitamur:ut minima pars cibis aſſignetur. Vnde conuiuere dicimus eo tempore,nō cōmeſſari,aut compotare,aut,quod deformius eſt,cōpaſcere,ſiue compaſci. Siquidē Terentius de Thraſone,non tanq̃ de ſaginatore locutus eſt:ſed tanq̃ de ſplēdido apparatore cōuiuiorum. Et Virg. Helenum regem uult regiā quandam magnificentiam in exhibendo conuiuio declaraſſe:nam ſolam(ut ita loquar) paſtionem,&(ut dixi)ſaginam. Fateor tamen accipere nōnunq̃ ſignificare in domum ſuam honoris,& amicitiæ gratia aliquem conuiuam capere ita tamen: ut ſubintelligatur in conuiuium. Acceptus ſum a te laute:ideſt acceptus in conuiuium,uel tractatus. Nam frequenter in contrarium dici repimus. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Hoc apud Terentiū.& apud Ciceronem. Ex quo illud laudatur Archytæ: qui,cum uillico factus eſſet iratior: quo te modo,inquit,accepiſſem:niſi iratus eſſem?

Cōuiuere (margin)

ℭ Epitome capitis.viii.

ASCEN. ℭ GRAVIS nō dr̃ pprie grauida:ſed p circūlocutionē:ut Marte grauis.i.ex ſemīe Martis. Nec graue plenū:ſed plenæ.i. pgnātes ſere graues ſunt:ſicut & onuſtæ lacte:graues dici poſſunt. Nec uir pietate grauis dicet plenus pietate:ſed maturus & magnæ auctoritatis. Nec grauis dicet grādæuus. Aeneid.5. Hic grauis Entellū dictis caſtigat Aceſtes:ſed grauis prudentia & moribus. Sed ne multa:graue pprie ſignat pōderoſum:& trāſfert ad ſenectutē,ad morbū,ad dolorē,ad laborē:q̃ ita ſia pmunt:ut res grauis. Ideoq; graue dr̃ moleſtum,ēt aio:ut grauis cōtumelia,iniuria,moeror,iactura. Itaq; quæ corpori:aut aīo moleſta ſunt grauia uocant. Itē uiri graues.qui nō citō ab īſtituto ſuo mouent:ſicut nec lapis:ut alia res grauis a loco. Ecōtrario mobiles & icōſtātes leues dicuntur.

ℭ Graue. Cap.viii.

Graue (margin)

GRaue,inquit,ſignificat grauidū. Virgilius. Donec regia ſacerdos Marte grauis. Circūlocutio fecit ut intelligatur grauida. Nam ſi dicam regina,aut leæna eſt grauis:nemo prorſum intelligat:ſi addam ex rege,aut marito: fortaſſe intelligatur eſſe grauida. Ita apud Virgilium. Marte grauis,pro ſemine martis impleta. Graue plenum. Virgilius. Non inſueta graues tentabunt pabula foetas. Si accepit foetas pro grauidas:ſuperuacaneum eſt exponere graues pro plenas. Per illud enim quod prægnantes ſunt: plenæ eſſe intelliguntur. Graues uero eſſe, per epitheton appoſitum eſt:quippe grauidæ omneſq; ut ipſa quoq; uox indicat. nam a grauis fit grauidus. ſin accepit foetas,pro his,quæ pepererunt:ut puerperas mulieres:quæ pximis diebus matres ſunt factæ:graues lacte dicentur:q̃ uaſi honuſtas: non quaſi plenas. Durum ſit nanq;

Virg.fol in Bucol.* (margin)

appellare oues,capraſue plēnas lacte: ſed ubera plena lacte: ut eſt apud eundem per tranſlationem grauida. Et grauido ſuperāt uix ubere limen. Quod ſiquādo reperiatur grauis, pro plenus: hoc tamen in loco non ita accipitur. Hunc eundem,quem ego protuli,uerſum & ille affert:quaſi de grauido,& non de graui ſit quæſtio. Nec poetæ modo,uetūetiam oratores ſic loquuntur:ut Quintilianus. Luctantur intra uiſcera animæ:& uterū funeribus grauidum in os agunt. Sed ad grauē reuertamur.

Grauis,inquit,plenus. Virgilius. Tum pietate grauem,& meritis ſi forte uirum quem. Virum pium,& bene meritum appellare plenū pietate,& plenum meritis,quis audeat? Nō ergo ita exponēdum eſt:ut nec eſſet utendum. In quo paulo poſt meam ſententiam oſtendam. Graue,inqt,grādæuum. Virgilius. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Ego potius accipio grauis prudentia,& moribus: quō pxime grauis pietate,& meritis dicebat. Multa præterea ſignificata dat huic eidem nomini: quæ profecto forēt infinita:ſi ad illum modum poetarū omnium exponamus exempla:qd longe abeſt,tum ab utilitate diſcentium,tū ab ipſa rei natura. Etenim graue ſuapte natura ponderoſum ſignificat:ut graue ſaxum: grauis ſarcina:grauia arma:graue ſcutū:quod ſcilicet grauat nos in ferendo:& quod ægre,& cum moleſtia fertur. Inde per abuſionem transferimus ad ſenectutem,ad morbum,ad dolorem,ad laborem:quia hi,qui moleſtiam ex ſenectute,morbo,cæteriſq; ſentiunt: quaſi onere intolerabili premuntur:quod cupide,uelut graue pondus, a ſe uellent deponere. Neq; ſolum ad moleſtias corporis tranſlatio hæc fit:uerum ad moleſtias animi:ut grauis contumelia:grauis iniuria:grauis moror:grauis iactura:quæ animum genere quodam ponderis premunt. Itaq; unus modus eſt:quę corpori,aut animo moleſta ſunt:ea grauia appellare: eoq; moleſtia a mole: ideſt a re magna,magniq; pōderis uocitata eſt. Alter modus eſt:quod quemadmodum grauia & grandia ſaxa,ac graues trunci non facile loco mouentur:ſed ad omnem tempoꝝ mutabilitatem,hærent:ita homines conſtantes,ac prædīti ſapientia merito per figuram graues nominantur:qd nec precibus,nec minis,nec uanitate, nec promiſſis ab æquo,& iuſto ſummouentur:ut hi ſaciunt:quos leues uocamus: qui in ſimilitudinē pulueris,ac palearum ad omnem auram uentilantur. Cæterum quid miret:ſi in his,quæ ſunt altioris intelligentiæ,fallitur:cū in leuioribus, atq; apertis allucinetur Marcellus.

Graue (margin)

¶ Epitome capitis.ix.

ASCEN. ¶ INFICIATOR non eſt proprie falſi criminis obie/ ctor. ut idem inquit. Sed is qui negat ſe, uel debere qđ actor petit: uel cómiſiſſe quod accuſator obiicit. unde ſtatus conie cturalis dr̃ inficialis: in quo ſemper reus inficiatur, uel iſicias it. Inficiari enim aut inficias ire: eſt uerbo negare. Negare aút eſt aliqñ & facto. Vetare non eſt negare: ſed prohibere & con/ trarium eius quod eſt iubere & imperare. Inficias quidé non habet niſi accuſatiuum: & uerbum eo is it. Simili autem mo/ do dicimus ſuppetias uenire: & proficiſci: ac ire aut ferre: pro auxiliari: aut in auxilium uenire: ſeu ire. Plautus tamen ſup/ petiæ in nominatiuo dixit.

PETrus deFON. ¶ INFICIATOR qui negat ſe, uel debere q̃ auctor pe/ tit: uel cómiſiſſe q̃ accuſator obiicit: ut Cice. lib. i de Orato. Nóne intelligebat ut ſi inficiator probaſſet iudicii ante peti/ tam eſſe pecuniam: quæ eſſet deberi cœpta: unde ſtatus conie cturalis dicitur inficialis: in quo ſemper reus inficiatur: & in/ ſiciatrix ex illo dici poteſt.

¶ Inficiator. Cap.ix.

INficiatores, ingt, ſunt falſi criminis obiectores. ut Cicero de Ora. lib. i. Vt ſi ille iſiciator pbaſſet iudiei an/ te petitá eſſe pecunia: quá eét ceptai deberi. Hoc de reo dictú eſt a Cicerone: nec reo eriminis; ſed pecuniæ. Ille uero accipit nó tátum pro actore, ſed pro accuſatore ét, & ac/ cuſatore falſi criminis. Vbi enim pecunia, & pe titor noiant: ibi nulla eſt criminatio. Inficiator (Inficiator) igit is ſignificat: qui negat ſe uel debere, quod actor petit: uel cómiſiſſe, qđ accuſator obiicit. uń ſtatus coniecturalis dr̃ inficialis: in quo ſem/ per reus inficiat: uel inficias it. Inficiari enim, et id, qđ dixi, iſicias ire, eſt uerbo negare. ut Plau/ tus. (Inficiari, Inficias ire) Nemo it inficias. Ná negare eſt aliqñ & facto. ut Virgilius. (Nego) Egregii forma: ſed qs for/ tuna negarat In patriá reditus. Veto notú eſt aliud eſſe, q̃ nego. Et (ut breuiter ſignem) cótra riú eſt illis, impo, & iubeo. (Veto, Impero, Iubeo) Nó eſt aút huic no mini, niſi accuſatiuus caſus: & unú uerbú eo is itide inficias loquor. Cuius ſile eſt ſuppetitas, (Suppetiæ) pro eo, qđ eſt auxilium. ut in. xii. Cómetarioꝝ Cæſaris. Et nunciabant auxilia magna eqta/ tus oppidanis ſuppetias uenire. Et in eodem. Suiſq; rebus timés, elephantiſq;. xxx. relictis, ſuis finibus, oppidiſq; ſuppetias pfectus eſt. & iteꝝ in eodé. Atq; ſuis fugiétibus ſuppetias ire cótédit. Suetonius de Veſpaſiano. Legatú i/ ſup Syriæ cóſularé ſuppetias ferétem rapta aq/ la fugauerunt. Suppetias, pro auxiliú. Plaut' in epidico. Sed meméto, ſiqd ſæuiút ſænes: ſup perias mihi cú ſorore ferre. Idé in eodé ntó eſt uſus. Auxilia mihi, & ſuppetiæ ſunt domi.

¶ Epitome capitis.x.

ASCEN. ¶ INCISIM nó eſt ſimul: ſed penitus ɔtrariú minutatim quaſi per iciſa mébra. Cice. aút appellat cola, comata, & pio/ dos: mébrú incifioné, ambitú: ſiue cóprehéſioné: ſiue cómuta tioné. ſiue circúſpectioné. Cuius Quint. duo gñra facit Iciſum & mébrú. Inciſum aút eſt ſenſus nó expleto numero conclu/ ſus: fiuntq; ſingulis uerbis iciſa. Mébrú aút eſt ſenſus membris cóclufus: ſed a toto corpe abruptus: & per ſe nihil efficiens.

¶ Terminamus ergo, aut diſtinguimus: ſeu (ut dicunt) peu/ ſamus tripliciter comate quod inciſum dicitur: & in cariol/ ne cæſura: quando poſt duos pedes manet ſyllaba ultima di ctionis: & prima ſequétis pedis. Item colo: ideſt mébro. Nam colum græce dicitur membrum latine: cuius diffinitionem iam uidimus: ac periodo: ideſt circuitu ſiue ambitu: ſiue có/ prehenſione ſeu continuatione: dicitur enim iota ſententia a peri: quod eſt circú. & hodos uia.

¶ De inciſſim cótra Noniú Marcellú. Cap.x. (Inciſim)

INciſim, inquit, quaſi ſimul. Cice. in Oratore. Hæc qdé duo binis pedi/ bus iciſim: deinde mébratim dicere ſolebas. Quid magis cótrarium, q̃ iciſim. i. minutatim: & ſimul, qđ eſt cóiunctim? quaſi neſciamus qd ſint Cola, comata, & pio/ di: de quibus Cicero pluribus in locis diſputat: appellás ea inciſioné, mébrú, circuitú, ſiue am/ bitum, ſiue cóprehéſionem, ſiue cótinuationé, ſiue circúſcriptioné. Cuius ultimi, quod multis noibus Cicero uocat: duo genera Quint. facit. Priora aút ſic definit. Inciſum eſt ſenſu nó ex/ pleto, numero cóclufum plerúq; pars membri: ut. dom' tibi deerat: at hébas: pecunia ſupabat: at agebas. Fiunt aút ſingulis uerbis iciſa. Mé/ (Mébrum) brum eſt ſenſus mébris cóclufus: ſed a toto cor pore abruptus, & per ſe nihil efficiens.

¶ Epitome capitis.xi.

¶ CANDERE dicitur ignitum eſſe & candidum eſſe: (Candeo) candeſcere autem uehementer iraſci: ſed per methaphoram: quem Nonium declarare decuit. Multa enim unum ſignifi/ cant principaliter. & alia ſecundario per quádam ſequelam: ut de excandeſcere declarat auctor in textu.

¶ Candere. Cap.xi.

QVid ergo? nihil ne bñ dixit Marcel/ (Candere) lus? imo uero aliqd, atq; adeo multa ſed nunc bñ dictis nó eſt locus: itaq; in his, quæ laudari queút: nó nihil interdú deſi dero. ut. Cádet: ignitú eſt. M. Tullius de offi. Candéte carbone adurebat capillú. Cádet: candidú eſt. Virgilius Aeneid. lib. iiii. Candé tis uaccæ media iter cornua fudit. Sed hic (ut dixi) nó nihil deſidero. Ná & excandeſcere ho (Excandeſcere) miné dicimus: cú ueheméter iraſcit. Præterea oſtédenda eſt paſſim cauſa, quáobrem unú uer bum plura ſignificet: uelut in hoc. Cum enim ignis obſtantia exuperat: ac fumú uincit: candorem flámæ concipit: uel quod ſol quáto candi/ dior: tanto ardentior: ita animus, dum ira conci tatus eſt: inflámatus, incenſus, & excandeſcens dicitur. Vel quod mare uentis conflatum, & in morem aquæ bulientis in lebete, uel ipſa aqua lebetis ebuliens ſpumas albentes ciet: ita ani/ mus ſimili perturbatione percitus excandeſce/ ſcere dicit: ut tanta cómotio mentis ſignificet: quáta eſt uel maris, uel aquæ ad ignem iam al/ beſcentis. qđ ex unius a Quin. expoſiti uocabu li pateſcit exéplo. Vertex, ingt, eſt cótorta i ſe (Vertex)

aqua:uel quicqd aliud ſiſ uertitur. Inde ꝑpter flexũ capilloꝝ pars ſũma capitis. Ex hoc inq́ in mõtibus eminẽtiſſimũ recte dixeris: hęc oĩa uerticesꝫ ꝑpe tñ unũ initiũ duxit. q̃re nemini dẽt mirũ uideri:cur iterdũ una uox plã ſignificet.

ℭEpitome capitis.xii.

ASCEN. ℭLAETVM ſm Seruium ſigñat fœcũdum,pingue,pulchrum,grauidũ,uiride,& multa alia: ſed reuera unũ ſignificat:uidelicet id qd aſpectu gaudium ꝑmit. Nã gaudere eſt intrinſecus lætari extrinſecus. Vnde ꝯuenit aialibus lætitiã hñtibus:ſed trãſferẽ ad ſilia,ad ſegetes,uites, olíueta &c. Quæ iõ quoq; læta dicunẽ:ꝙ lætos faciũt,ab effectu:uidelicet,ut alia multa accõmodant epithera,ut locus tutus:qa tutos facit.

ℭLAETVM pro morte ſm Priſ[illegible]a accipitur:& a leo ſit: quo ueteres uſi ſunt pro deleo:qm̃ mors omnia delet. Apul a luo deductũ:ideoq; per e ſcribi pręcepit:ut Var. Feſtus ad nos fieri putauit:quidam eſſe lætum per antiphraſim dici uolũt: quaſi minime lætum. Inde lætalis & lætale mortiferum. Pli. lætales in æde hominis duraſſe.

ℭLætus. Cap.xii.

Lætus Aetũ Seruío placet multa ſigñare:fęcũdum,pingue,pulchrũ, grauidum, uiride,& multa alia. Idq; apud Virgilium modo. qđ ſi alios quoq; poetas expoſuiſſet:adhuc alia multa ſignificata adiecíſſet. Sed ipſe rõnem reddam cur in uarios ſenſus abutamur:cum unũ natura ſignificet. Lætũ id appellamus:qđ aſpectu gaudium ꝑmit. Nã gaudere ꝑprie eſt itrinſecus:lætari extrinſecus. Gaudere Lætari Recte igit aíata dicuntur læta:quotiens lætantur. Et quia ſic natura cõparatum eſt:ut quę bona corporis habitudine ſunt:alacriora,quæ uero debili,triſtiora ſint: eo fit:ut pinguia uocemus læta:ut lætas oues:lætas boues:lætos greges:læta armẽta. Transferimus hoc ad ſimilia, ad ſegetes,ad uites,ad olíueta,ad cæteras arbores. Vnde ſicut ex illis ſupioribus dñi percipiũt fructus:& quẽadmodũ illa:ita hæc quoq; qualia ſint, declarat aſpectus:appellãturq; lætæ ſegetes,lætæ uites,læta olíueta,læta arbuſta: eo quidem magis:quod multi nolunt hæc etiam animata eẽ. Vel læta dicimus ab effectu:quod nos lætos faciũt:ut locus tutus: quia nos tutos efficit. Ideoq; nõ appellantur homines læti ob fœcũditatem,pinguedinem, pulchritudinem, grauitatem,& ſimilia:ſed ea tãtum,quæ in noſtros uſus cedunt,aut(ſi ita contingat)in noſtrã delectationem, lætitiam nobis uoluptatemq; parientia. Hanc igitur regulam tenentibus,hoc nomen & apud auctores inuentum facile intelligetur:& multifariã ſine ambiguitate in utendo ſuppeditabit.

ℭEpitome capitis.xiii.

ASCEN. ℭACCVSARE (ut Seruius cũ aliis multis cẽſet)eſt maioris de minori. Ecõtrario icuſare minoris de maiori:uel paris de pari:ſed hæc dĩa uera nõ eſt cũ & minores accuſare & maiores icuſare recte dicanẽ. Veꝝ accuſare eſt apud iudices, aut alios ſigñare aliquẽ peccaſſe. Incuſare uero rephẽderẽ mores alterius:& quaſi cum q̃rela ob iniuriam ab eo illatam.

ℭAccuſare,incuſare. Cap.xiii.

Accuſare Incuſare Accuſare (ut idẽ cũ multis aliis uult) eſt maioris de minore:incuſare minõris de maiore:uel paris de pari. quoꝝ ſingularis inſcitia uehementer eſt caſtiganda. Apud quem enim auctorum obſeruatio iſta reperietur? Nonne apud ueteres adoleſcentuli ſolebant probitatis ſimul,& eloquentiæ laudem capeſſere ex magnorum uirorum accuſatione? Atq; (ut ait M. Fabius) crediti ſũt etiam clari iuuenes obſidem reipub. dare malorum ciuium accuſationem. quod ſignificauit & Cicero:eum dixit. Quam eſt illa miſera:quã dura ſeruitus. adoleſcentibus paulo loquacioribus ſeruiendum eſt. Nũquid Demoſthenes cum tutores:ſuos adoleſcentulus in iudicium uocauit:aut Cicero,cum Verrem reũ fecit:prætorium uirum ipſe quæſtorius nõ accuſauit? male q; locutus eſt: dicens accuſationem ſuam ſemper:nunquam incuſationem. Et hoc quidem de accuſando. quid autem de incuſando? Certe ſi illud non eſt de maiore in minorem:neq; hoc eſt de minore in maiorem: & alioquin nullo unquam in iudicio auditum eſt nomẽ incuſatoris. quid porro extra iudicium? Virgilius inquit Quem non accuſaui amens hominumue,deumue. Dii quidem maiores Aenea ſunt:homines uero, duntaxat Troiani, minores. At eſt apud Terentium pater ad filiũ loquens. Quid me incuſas Clitipho? Hoc enim iſti exemplum ſumũt. cæterum exempla omittunt,quæ contra eos faciunt:quæ ſunt infinita. Cæſar cõmentario primo. Hæc cum animaduertiſſet Cæſar:conuocato cõſilio,omniumq; ordinum ad id conſilium adhibitis centurionibus,uehementer eos incuſauit. Sed nemultis morer:accuſare eſt uel apud iudices,uel apud alium quẽuis: etiam apud illum ipſum, quem accuſes ſignificare: atq; oſtendere aliquem peccaſſe: incuſare uero reprehendere mores alterius: & plerunq; cum querela: quod ab illo iniuria ſis affectus. Et ita apud Virgilium,Terẽtium,Cæſarem,atq; cæteros auctores accipiendum eſt.

ℭEpitome capitis.xiiii.

ℭBARBA n[illegible] (ut Seruius uult) tm̃ hoĩs:nec barbæ tm̃ quadrupedum. ſed utrũq; tã homini, q̃ quadrupedi cõpetit. ASCEN.

ℭSILVIVS numero plurali de homine etiam dici poſſe oſtendit lib.13. Indociles nũc proſpectis in pectora barbis Vertere humum. huius nominis cõpoſita poſſunt. Et in plurali barbam brutorum conſumat:ut Pli lib.30. Cum geminos tranſit Sol triſtis & auribus unguibus gallinaceorum ſi Luna raſis barbis eorum &c.

ℭBarba. Cap.xiiii.

Arba, idem inquit, hominis: barbæ Barba uero hircorum, uel quadrupedum. Barbæ

Sed non eſt barba tantum hominum neq; bar/
bæ tantum hircorum, uel quadrupedum: quin
& barba hircoꝝ, uel quadrupedum: & barbæ
hoium utriq; multoꝝ dicuntur. Horatius. Vtq;
lupi barbam uario cum dente colubre abdide/
rint furtim terræ. Plinius lib. xxix. Rabiem
hircoꝝ, ſi mulceaſ barba: mitiorem: eadẽ præ/
ciſa nõ abire eos in alienum gregem. Nam il/
lud Virgilianũ, Striiaq; impexis induruit hor
rida barbis: magis de hoibus dictum eſt, q̃ de
hircis. Et illud, Nec minus interea barbas, in/
canaq; menta Cinyphei tõdent hircii ad mul
tos hircos referſ: perinde ut ſi diceremus cau/
das: cum tamen ſingulæ ſingulis hircis ſint: ita
& barbæ. Sunt etiam barbæ aliorum, q̃ quadru
pedum. ut Plinius in. xxx. Cum geminos tran
ſit ſol: criſtis, & auribus, & unguib⁹ gallinaceo/
rum: ſi Luna: raſis barbis eorum.

℃Epitome capitis. xv.

ASCEN. ℃NVNCIVS eſt qui nunciat & quod nunciatur: etiam
hoc nuncium dici Seruius, ſed quod nunciatur, docet: quod
ſe auctor nuſq̃ legiſſe dicit.
℃At alii legerũt. Vnde Mãcinellus Seruium nõ erraſſe anti/
quoꝝ teſtimonio ꝓbat. Lucretius enim ait: Et ad calidũ de/
currunt nũcia ſenſum Catullus de Berecynthia & Ati. Gemi/
nas deorum ad aures Noua nuncia referens. Tibullus lib. 3.
Epiſto. Dii meliora ferant. Dii uero monent uenturæ nuncia
ſortis: Vera monent Thuſcis exta probata uiris.

PETrus de FON. ℃NVNCIVS a nũcio nũcias: ꝑ nũcio, moneo, ſignifico.
Terẽ. in Hecy. Ad iſtos ludos Dii ꝑdant: qui hoc libẽter nun
ciant. Huius cõpoſita ſunt Annũcio: qd eſt alicui nũciũ por/
to: ut Hiero. lib. 1. Neq; fieri põt ut ſi certe cognouero cõple/
tã eſſe patris mei malitiã: contra te nõ annunciaui tibi.

℃Nuncius. Cap. xv.

Nuncius

NVncius, inqt idẽ, eſt qui nunciat: qd
autem nunciatur: licet neutro dicaſ:
tñ inuenitur & maſculino. miror cur
ita dixerit. Ego quidem nuſq̃ hoc nũ
cium legi: ac ne ipſe quidem: ut opinor: cũ Fe/
ſtus Pompeius uetuſtior eo auctor ita ſcribat.
Nuncius & res ipſa, & nuncius dicitur.

℃Epitome capitis. xvi.

ASCEN. ℃ARCERE potius eſt uetare ne uenĩẽtes accedant q̃ ꝓ
hibere. Transfertur etiam ad incorporea: ut arcere ab impro/
bitate. Abigere autem eſt contrarium huic: quia eſt a loco fu
gare atq; expellere: etiã pecora, ut oues, capras, aſellos, quan/
do nobis odioſi ſunt. Aut eſt tollere gregatim furto, aut la/
trocinio. Vnde abactores pecuariorum animalium fures, la/
trunculiue. Qui etiam abigei dicuntur: de quo uocabulo in/
ter iuriſconſultos controuerſia eſt: fures autem clam ſubdu
cunt: aut ſublegunt: ſeu ſubripiunt latrunculiue graſſantur.
Præſtare quo iuriſconſulti, & oratores ſæpe utuntur: eſt ꝓhi
bere ne alicui fiat aliqd incõmodi: & ſi non ꝓhibuerit ſatiſfa
cere: ut uenditor debet præſtare uitium rei quã uendit.

℃Arcere, abigere, abigei, abigeatus. Cap. xvi.

Arcere

ARcere, idem ait, eſſe ꝓhibere. Sed mi
hi uideſ potius eſſe uetare ne accedãt
hi, qui ueniũt. Iuno ſeptem tñ annos
arcuit Troianos ab Italia: quã ubi cõ/
tigerunt: non arcebat ab ea amplius: ſed in ca eẽ
prohibebat. Transferſ, ut pleraq; de corporeis
ad incorpea. Cicero in paradoxis. Quæ uis
enim eſt, quæ magis arceat hoies ab improbi/
tate: quã ſi ſenſerint nullũ in delictis eſſe diſcri/
men? Cõtrarium huic uerbum eſt abigere: qd
ſignificat a loco fugare, atq; expellere: ut. abi/
ge muſcas a facie mea ſcribentis: abige canes a
popina tua: abige ſturnos ſonitu a uinea. Quin/
tilianus. Ibo in littus miſer: plãctibus aues abi/
gam. De pecoribus uero idem, quod de cæ/
teris aialibus, accipiendũ eſt: quæ ſi nobis odio
ſa ſunt: abigimus: hoc eſt expellimus: ut oues,
capras, aſellos, ab hortis, a uineis, a pratis. Quod
ſi ita non ſit: ſed furto tollimus: utiq; gregatim
abigere aliud ſignificat: id eſt furto tollere: aut
etiam latrocinio. ut apud eũdem. Adhuc ſpo
lia traſeuntium, & abacti pecorum greges ſub
hoc titulo defendebãtur. Vnde abactores uo
cantur pecuariorum animalium fures, latrũcu/
liue. Hos quidam abigeos uocant. Vlpianus.
Abigei autem, inquit, proprie hi habentur: qui
pecora de paſcuis, uel ex armentis ſubtrahunt:
& quodãmodo deprædantur: & abigendi ſtu
dium quaſi artem exercent: equos de armẽtis,
uel oues de gregibus abducentes. Cæterum ſi
quis ouem oberrantem, uel equos in ſolitudi/
ne relictos abduxerit: nõ eſt abigeus: ſed fur po
tius. Hic abigeum a non abigeo diſtinguit lo/
co non numero. Claudius numero, nõ loco: in/
quiens. Quãtitas diſcernit furem ab abigeo.
Nam qui unam ſuem ſurripuerit: ut fur coerce
bitur: qui gregem: ut abigeus. Hic furem ab
abigeo ſeparat: ut ſuperior fecit. Macer nõ ſe/
paraticum ait. Abigeatus crimen publici iu/
dicii non eſt: quia furtum magis eſt: ſed quia ple
rũq; abigei & ferro utuntur: ſi deprehendãtur:
ideo grauiter puniri eorum admiſſum ſolet.
Quomodo autem hi iuriſconſulti inter ſe cõ
ueniant: aut non conueniant: nihil ad hoc tem/
pus. Hoc tantum dixerim: non modo fures, ſi/
ue furtim aliqui ſolent abigere armẽta, uel gre
ges: ſed etiam latrunculi: qui facta prædonum
manu in alienum agrum incurſionem exercen/
tes pecora etiam interdum abigunt: & abigei
nominari poſſunt. Præſtare, quo uerbo ſæpe
& iuriſconſulti, & oratores utuntur: eſt prohi/
bere: ne alicui fiat aliquid incõmodi: & ſi non
ꝓhibuerint ſatiſfacere: ut uenditor debet præ/
ſtare uitium rei, quam uendit: id eſt prohibere,
atq; efficere: ne emptor damni quid faciat: alio/
quin ſatiſfacere. Neq; id in alterum modo, uerũ
etiam in nos ipſos. Cicero in Tuſculanis.
Cum id quod ab homine non potuerit præſta/
ri euenerit: id eſt caueri & prohiberi.

Abigere
Abigei
Abigeat*
Præſtare

¶Epitoma capitis.xvii.

ASCEN. ¶INNOXIVS: innocuus,& innocens idē ſunt:is uidelicet qui non nocet nec nocuit,& ita extra culpā eſt:non aūt innocuus cui non nocetur:ut uult Seruius.

¶Littus autem innocuum, & naues innocuæ a Virgilio dicuntur figurate more poetico, quia eorum uſus nemini nocuit.

¶Innocuus:innoxius. Cap.xvii.

Innocuus Innoxius.

INnocuus,inquit Seruius,eſt,cui non nocetur. Innoxius, qui non nouit nocere. Vellem exempla recitaſſet quibus oſtenderet eam expoſitionem in nocui ueram eſſe. Nāq; illud Virgilianum, qđ eum in hanc impulit opinionē: Donec roſtra tenent ſic cum:& ſedere carinæ Omnes innocuæ: nō eſt accipiendum:quod ſederūt tales: ut eis nihil noceret: ſed uel more poetico: qđ nihil peccauerūt quaſi innocētes homines. Nocentes enim ſunt, quicūq; ab honeſto recedūt: etiā ſi nemini noceāt:uel q̄a non nocuerūt neq; ſibiipſis,neq; uectoribus,ac nautis.

Nocētes

¶Epitome capitis xviii.

ASCEN. ¶INSTAR non eſt ad ſimilitudinem(ut Seruius uult) ſed ad æquiparationem:æqualem magnitudinem,aut menſuram. Neq; dicemus ad inſtar.ut nonnulli: ſed ſine præpoſitione genitiuum addemus.

¶Mihi quidē uidetur inſtar deductum ab in & ſtatus:ut ſit in ſtatum & formam:quo circa dum res reparatur inſtaurari: non reſtaurari a peritis dicitur: & quia in:æquipollet ſæpe huic præpoſitioni ad: fruſtra præponeretur:nam ut non dicam ad inſtatum: ita nec ad inſtar. Seruius tamen lyricus (ut auctor eſt Seruius)dixit ad inſtar: ſicut & Hieronymus noſter: ut Iob.xx. Et gaudium Hypocritæ ad inſtar puncti. Item Ioſue ſeu Ieſu naue.iii.Steteruntq; aquæ deſcendentes in uno loco: & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab urbe.Sed hoc forte excuſari poſſit p regulā nocam æquiualens geminis &c.nolim tamen imitari.

¶Inſtar. Cap.xviii.

Inſtar.

INſtar montis æquū diuina palladis arte. Inſtar,Seruius ait,ad ſimilitudinem. Quid ſimilitudinis equo ad montē?qđ ſi ēt ſimilis eſſet:non tñ eū magnū potiuſquā paruū eſſe,qđ Virgilius ſenſerit,intelligeremus. Archimedes ille geometricus globum ad ſimilitudinē cæli fabricatus eſt:in quo effigies cæli aderat: magnitudo non aderat. Idē fit de tabula illa depicta ad ſimilitudinē orbis terrarū:quā nō auſim dicere depictā iſtar orbis terrarū:neq; alia multa hmōi: ut iſtar Antonii ambulas:inſtar patris ſcribis:inſtar languidi ſedes: ſed ad ſimilitudinē, uel in modū, uel in morē,uel tanq̄, & ſimilia.inſtar potius ſignificat ad æquipationē,uel ad mēſurā. ut apđ eundē Virgiliū. Argolici clypei,aut phœbeę lāpadis inſtar. Cicero. Hexametrorū inſtar uerſum. Nā illđ apud eoſdē,inſtar mortis du cunt,& fulminis inſtar: ſignificat æquipationē doloris: morte,& impetus ex flumine. Quod ſi qñ reperiat̃ ꝓxime accedere ad ſignificationem ſimilitudinis: admoniti ſimus ut nimiam utendi licentiam deuitemus. Nam uix ego auderem ſic utitur Seruū familiariſſimus Macrobius,cum ſæpe alias,tum ſtatim in prohœmio Saturnaliorum,ita inquiens. Vt quæ indiſtincte,atq; promiſcue ad ſubſidium memoriæ annotaueramus: in ordinem inſtar membrorum cohærentia conuenirent.

¶Epitome capitis.xix.

¶PASSIM non eſt(ut idem uult)ubiq; ſed per paſſus q̄ſi per ſingulos paſſus. Vnde interuallum habet: ubiq; autem eſt in omni loco ſine interuallo. Neq; accipietur pro ubiq; & undiq; ut a Lactantio: ſed uſq̄ potius concedetur ſignificare: & in loco:& in locum:ſeu ad locum. ASCEN. Paſſim & per paſſus differunt.

¶Verum in exemplo Lactantiano poſſet paſſim accipi̇̃ proprie:ut ſit ſparſim ſic:Eo ſparſim cōfugerunt ex finitimis locis. Nā ſi undiq; dixeris fruſtra addideris ex finitimis locis.

¶Paſſim,ubiq;,uſquam. Cap.xix.

Paſſim Vbiq;

PAſſim,inquit,ſignificat ubiq;. Mihi autem aliud uidetur ubiq;, quā paſſim. nāq; in prato ubiq; eſt herba: nō paſſim. Cōtra, grex paſſim paſcit potius, q̄ ubiq;. Quippe aliquid interualli eſt inter pecudem,& pecudem:nō item inter herbā,& herbam. Eſt autem paſſim quaſi paſtu diſtāte, uel ſparſim:quēadmodum dicimus paſſis manibus,& paſſis crinibus. Quod accipi ſolet ēt pro crebro:dum de rebus mentis loquimur. Lactantius tamen pro ubiq; accepit:cum inquit. Credit̃ ei paſſim,tanq̄ cognitæ ueritati. Neq; ſolum pro ubiq;,ſed etiam,quod inſitatius eſt, pro undiq;. Cūq; is numerus condendæ urbi parum idoneus eſſe uideretur: conſtituit aſylū: eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi quiq; ſine ullo conditionis diſcrimine. Vſquam,& nuſq̄,duo hæc potius ſignificat in loco ſimul,& ad locum:ut Teren.in Eunucho. Occidi:neq; uirgo eſt uſquā. Cicero in Philippicis. Neq; uero uſq̄ diſcedebam.

Vſquam

¶Epitome capitis.xx.

ASCEN. ¶ADVERBIA in im:aut pro poſitiuis in e:& in er minus uſitatis ponunt̃:ut priuatim pro priuate: ſeparatim pro ſeparate:ꝓperatim pro ꝓperanter:diſſimulatim pro diſſimulanter:ubertim pro exuberanter:affatim pro abunde aut abūdanter:raptim pro rapte,ſeu raptanter aut feſtināter:curſim pro currenter:quo barbari utunt̃ ſeu celeriter:& multa alia. Aut pro ſuis nominibus pluralis numeri & præpoſitione p: aut pro ablatiuo ſingulari:aut pro gerundio in do:ut generatim per genera ſingula,aut in genere. Sūmatim:ideſt p ſūmas:aut per ſūmam:ſeu(ut dicunt)ſummando: uiritim per ſingulos uiros:aut ſingula capita:aut uir cum uiro. Nominatim per ſingula nomina,aut nomine. Mēbratim per mēbra, aut demēbrando. Cæſim per inciſiones,aut incidendo. Punctim per punctiones,aut pungendo. Tractim per tractus,aut trahendo. Cateruatim per cateruas: ſic gregatim,turmatim, manipulatim:imo ſturnatim,& cothurnatim:quibus lepide utitur Beroaldus. Præterea Domeſticatim,Vicatim, Regionatim,Oppidatim,Municipatim,Prouinciatim, per uarias domos,uicos,regiones,oppida,municipia,ꝓuincias. In ſūma,& ad ſūmam paꝝ differunt a ſūmatim:niſi in utendo. Nā ſic utimur particula ſūmatim. Dicam de hac re ſummatim.

In ſumma ſic. In ſũma ne prolixius de hac re loquar hoc di‑ ctum uolo. Ad ſummã ſic. Ad ſũmam ne agã de ſingulis &c. Ad ſũmum uero .i. ad ſũmum numeꝝ: ultra quem plura ne‑ gamus: ut annos uixit ad ſummum ſexaginta: ideſt ſexaginta dũtaxat, & non ultra. Interdum referſ ad tempus: ut ſcies aũt cras: ad ſummum perendie: ideſt ſi non cras: non tamen ultra perendinum diem. Semel aũt ſic a Quinti. atq; aliis doctis di citur: ut ab imperitis ſimul totum. Quomodo etiam aduer‑ bium breuiter reperitur dictum: ut textus declarat.

ℭ De aduerbiis in im deſinentibus. Cap. xx.

Priuatim
Sepatim
propatim
Diſſimu‑latim
Vbertim
Affatim
Raptim
Curſim
Gñatim

ADdamus de quibuſdam aduerbiis in eam uocem exeuntibus. Priuatim ni‑ hil differt a priuate: ſi priuate dicere liceret: nihil ſeparatim a ſeparate: ſi hoc reperiatur: nihil ꝓperatim a properanter: nihil diſſimulatim a diſſimulãter. Vbertim idẽ eſt, quod copioſe: affatim, qđ abunde: raptim, qđ feſtinanter: curſim, qđ currẽdo. Tñ aliud eſt generatim, q̃ generaliter. hoc enĩ ſignificat oĩa ſimul, quæ ſub genere ſunt amplectendo: illud uero per ſingula genera: ſeu magis per ſingulas ſpecies. Siquidem ſpecies genera uocamus: ut. quot ſunt genera arboꝝ: quot ſũt genera uitiũ: potiuſq̃ quot ſpecies. Virgilius. Generatim di ſcite cultus. Varro. Non in uolucribus gene ratim ſeruaſ analogia? Non ex aquilis aquilæ? atq; ex turdis procreantur turdi? ſic ex reliquis ſui cuiuſq; generis? An aliter hoc fit, q̃ in aere: q̃ in aqua? Non hic conchæ inter ſe generatim innumerabili numero ſimiles. Eodẽ modo ut generatim per ſingula genera dicimus: ita ſum‑

Sũmatim

matim per ſingulas ſũmas. Aliqñ dicimus ſũ‑ matim, & generatim, nõ per ſingulas ſummas, generaq;, ſed per unam, unumue: ut. dicam de hac re ſũmatim. Cicero de Ora. lib. v. Infini‑ tum mihi uideſ id dicere: in quo aliquid gene ratim quæritur hoc modo. expetenda ne eſſet eloquentia: expetendi ne honores. Cæterum quo differat ab illis, ad ſũmam, in ſũma, poſtea

Viritim

reddam. Viritim, per ſingula capita uiroꝝ: ut. Gracchus diuidebat uiritim ſemodios frumẽ‑ ti. Tamen de uno aliqñ dicimus: ut apud Cur‑ tium. Siquis uiritim dimicare uellet: prouoca

Noĩatim

uit. Nominatim per noĩa ſinguloꝝ: ut. aſſigna ti ſunt cõiurati nominatim cuſtodi carceris. Et de uno etiam: ut. Tenens cruentum pugionem Brutus nominatim Ciceronem ĩclamauit. Mẽ‑

Membratim
Cæſim
Punctim
Strictim
Carptim
Tractim
Cateruatĩ
Gregatĩ
Turmatĩ
Manipulatim
Dõeſticatĩ

bratim, per mẽbra: cæſim, per iciſiones gladii: punctim, per punctiones, infixioneſq; gladii: ſi‑ ue incidendo, & pungẽdo: ſtrictim, ſtringendo ſingula, uel certũ aliqđ. Carptim, hinc & hinc decerpendo: non ipſam ſeriem ſequendo. Tra‑ ctim trahendo: nõ interrũpendo ſeriem. Cater‑ uatim, gregatim, turmatim, manipulatim, ꝑ di uerſas cateruas, ꝑ diuerſos greges, diuerſas tur‑ mas, diuerſos manipulos. Domeſticatim, uica‑

Vicatim
Regiõatĩ
Oppidatĩ
Municipatim
Prouĩciatim

tim, regionatim, oppidatim, municipatim, ꝓuĩ ciatim: per uarias domos, uarios uicos, uarias urbis Romæ regiones, uaria oppida, uaria mu nicipia, uarias prouincias. Venio nũc ad id, qđ promiſeram. In ſũmam, & ad ſũmam magis modo utendi differũt a ſũmatim, q̃ ſignificato. Quintil. in corpore proiecto. In ſũma nõ re‑ cedo: fas eſt mihi inuitis etiam parẽtibus pie fa cere. Cicero de officiis. Ad ſũmam ne agam de ſingulis: cõmunẽ totius generis humani ſo‑ cietatem, cõgregationem, & cõciliationem co lere, tueri, cõſeruare debemus. Differt autem ad ſũmam, & ad ſũmum: quod ſꝫm ad numerũ refertur. Idem Cicero pro Milone. Vnus, aut ad ſũmum duo inuenti ſunt, qui Milonis cãm non ꝓbarent: ideſt non plures, q̃ unus, aut duo ex pluribus. Idem ad Lucium Meſſeniũ. Nolĩ enim exiſtimare mihi nõ ſolitudinem iucũdio‑ rem eſſe: quã tamen ipſa uti non licet: q̃ ſermo‑ nes eoꝝ, qui frequẽtant domũ meam: excepto uno, aut ad ſummum altero: hoc eſt: excepto uno, aut ut multum duobus. Quintili. in ſenſu priore ſolet uti tali genere dicendi per aduer‑ bium ſemel. Deniq; ut ſemel finiam: ſic fere

Semel

cõponendum, quo ꝓnunciandum erit. Et ali‑ bi. Vt ſemel oĩa complectar. Et iteꝝ. Et ut ſemel quod eſt potiſſimum dicam: ſecretum in dictando periit: ideſt ut in ſũma dicam. Cuius rei cauſa eſt ipſum illud ſemel: quod ſignificat una uice pro oĩbus: ita ut poſtea non oporteat qđ addi. Ideoq; ſolet accipi pro imutabiliter: & irreuocabiliter: quia quod ſemel tantum fit: id non habet regreſſum: ut iteꝝ fiat. Idem in ma thematico. Quid hæc fulgentium ſyderum ueneranda facies? quod quædam uelut ĩfixa, ac cohærentia perpetua, ſemelq; capta ſede col‑ lucent. Alia toto ſparſo cælo uagos curſus cer tis ementiuntur erroribus. Virgilius. Quĩ nequid tale uideret: Procubuit moriens: & hu‑ mum ſemel ore momordit. Ouidius. Nul‑ la reparabilis arte Læſa pudicitia: deperit illa ſemel. Lucanus. Dixitq; ſemel naſcentibus auctor Quicquid ſcire licet. Semel inquit: ut nullum poſtea uerbum addat. In eundẽ ſenſum idem Quintilia. accipit breuiter: ut in geminis languẽtibus. Breuiter tamen lõge crudelitas explicanda ſæuitia eſt: ex omnibus, quæ pertu‑ lit leuiſſimum fuit: qđ occiſus eſt. Plinius ma‑ ior. A reliqua uero Gallia latere ſeptẽtriona‑ li montibus gebẽna, & iugeribus agroꝝ, cultu uiroꝝ, morum dignatiõe, amplitudine opum, nulla ei ꝓuinciarum præferenda: breuiterq; Ita lia uerius, q̃ prouincia. Et iteꝝ de luſcinia: quę uulgo dicitur Philomena. Nunc cõtinuo ſpi‑

ritu trahitur in longũ:nunc uariaṫ inflexo:nunc diſtinguiṫ conciſo: copulatur in torto:premiṫ: reuocaṫ:infuſcaṫ ex inopinato:interdum & ſecum ipſe murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uiſum eſt, uibrans, ſummus, medius, imus: breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarũ tormẽtis ars hominum excogitauit.

℄Epitome capitis.xxi.

ASCEN. ℄TANDEM nõ uacat apud Virgiliũ ornatus cã(nullus eni in uãcãdo cõſiſtit ornatus. Licet id Seruius uelit)nec apd Ciceronẽ eſt cõiunctio expletiua: qđ cẽſet Priſcianus: ueꝝ urgẽdi & accelerãdi uim affert potiſſimũ p interrogationẽ aut tacitã aut expſſam: quo a doctis fere uſurpaṫ: at ſine iterrogatione eſt: qſi id qđ dicũt finaliter poſt lõgã morã. quo demũ & deniq; accipi poſſunt: ueꝝ deniq; tñc pcipuũ hẽt locũ qñ multis enumeratis uolumus ultimũ eſſe oium: quaſi ſit: ſed ut uno uerbo cõcludã, aut ſemel dicã. Demũ pcipue cũ is & ita iũctũ ſolet accipi p ſolũ, aut oino ut ea demũ magna uoluptas: is demũ fructus &c. id demũ poſſu;: ita demũ mihi ſatiſfacies &c. ideſt ſolũ p oino. ſic Pliñ. Ea demũ ſola auiũ &c. Oui. Deniq; pro demum poſuit: ut in textu patet:

℄Tandem. Capi.xxi.

Tandem. TAndem idem ait, poni non neceſſitatis, ſed ornatus cauſa ut in illo Virgiliano. Sed uos qui tãdem? qbus aut ueniſtis ab oris? Nec cuius ornatus, aut quare ſit ornatus, explicat. Idem ſentit Priſcianus dicens. Tandem nõ ſolum pro aduerbio tẽporali, ſed ẽt pro coniunctione expletiua inueniṫ. ut Cicero in uectiuaꝝ lib.i. Quouſq; tandem abutere Catilina patiẽtia noſtra? Mihi qdem nullum ornamentum uideṫ eſſe in ſuperuacuis, & nihil agentibus uerbis: quãquam apud Grecos dictiones nonnullæ ſunt: quæ aut numeꝝ, aut ſonum implent: quod in hac dictione non eſt: quæ habet potius urgens qddam, & accellerans, eoq; fere per interrogationẽ. quæ exẽpla uulgo ſunt plurima: ut illud ipſum, quo uſus eſt Priſcianus, Ciceronis exẽplum. Quidã tamen inter primos huius ætatis docti ſolent citra interrogationem uti hoc aduerbio: nõ tam auctoritatem ſequentes eiuſdem Virgilii, & in eodem loco: Et quo ſub cælo tandem, qbus orbis in oris lactemur, doceas: & Horatii: qui ait: Quãuis ſæua tibi per te tibi conſulis: &. ſeis Quo tandem pacto deceat maioribus uti. Diſce docendus adhuc: quã Ciceronis in Catone maiore dicentis. Qua tandem ſpe ſibi tam audacter obſiſteret? reſpõdit ſenectutem. Et pro Roſcio. Cum ab eo quæreṫ qđ tandem accuſaturus eſſet eum? Nõnulliſq; aliis in locis. Sed tñ utrũq; interrogationem habet: & eam directam latenter ad ſecundam pſonã. Nã hic qui loquiṫ: uerba refert alterius. Siquidem Piſiſtratus a Solone ſic quæſiuit. Qua tãdem ſpe mihi tam audacter obſiſtis? Et Fibria ab illo, quiſquis fuit, ſic petiuit. Quid tandem in eo accuſaturus es? Neq; uero legem iſtius dictionis ſcribo: ſed uſum frequẽtiſſimum trado. Sine interrogatione aũt quid ſignificet: nemo ignorat. ut Virgilius. Iam tãdem Italiæ fugiẽtis prendimus oras. Eiuſdem ſignificationis ſunt demum, & deniq;: ut notum eſt. ut idem Virgilius. Tunc demũ optata gemina ſub arbore ſidunt. Cicero. Cum exceſſiſſet e uita: tum deniq; uiueret. Sed plerũq; cum ſunt multa enumerata: tum ſubiungimus deniq;, ſignificantes hoc ultimum eſſe oium. ut idem Virgilius, & Cicero. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas: Nil noſtri miſerere: mori me deniq; cogis. Cũ ſibi non multitudine militũ, nõ idoneos imperatores, nõ pecuniam ſibi preſto eſſe uiderent: non deniq; ullam rem, quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Demum ſolet accipi pro ſolum, ſiue oio, præcipueq; cum is, & cum ita iunctum. Cicero in Saluſtiũ. Ea demũ magna uoluptas eſt Criſpe Saluſti: æqualẽ, ac parẽ uerbis uitã agere. M. Fabius. Illud ingenioꝝ pcox genus nõ temere unq̃ puenit ad frugẽ: hi ſunt, qui parua facile faciunt: & audacia puecti: illud qcquid poſſunt, ſtatim oſtendunt. poſſunt aũt id demũ: qđ in pximo eſt uerba continuant: ac uultu interito nullã tardati uerecũdia pferunt. Et iteꝝ. Tum illa quoq; ex cauſa, qđ mentẽ tantæ rei intentã uacare oibus aliis ẽt culpa carentibus curis oportet: ita enim demũ libera, ac tota, nulla diſtringẽte, atq; alio ducente cauſa, ſpectabit id ſolũ ad quod accingiṫ. & alibi. Iacebat hæc inſomnis, ingerat: cũ diceret iã ſtatim apparebit: iã ſtatim ueniet: nunquã tñ tardius uenit. Miſeram me fili pxima nocte iam ueneras. ecce iam medios ſydera tenẽt curſus: indignor: iraſcor. ita demũ mihi ſatiſfacies: ſi apud patrẽ fuiſti. Ideo aũt dixi ſolum, ſiue omnino: quod Plinius uideṫ accipere pro omnino de hirundine dicẽs. Ea demum ſola auiũ non niſi uolatu depaſciṫ. Quidam uolunt ab is demũ cõponi idem. Ouidius pro demum poſuit deniq; lib.iii. ſine titulo. Siqua metu dempto caſta eſt: ea deniq; caſta eſt.

Demum
Deniq;

℄Epitome capitis.xxii.

ASCEN. Stella & ſidus non differũt. ℄STELLA & ſidus ſic differũt: ut Macrobius uult: quia: ſidus etiã de ſtella una diciṫ: quinetiã aſtrum: ut Ecce Dionei pceſſit Cæſaris aſtrum: ſed tamen ſtella non diciṫ de ſigno ut ſidus. Nec ſtellam hibernã dicimus: ut ſidus.
℄Quia a ſidendo & influẽdo ſidus dictũ uideṫ. Vnde pſpero aut infelici ſidere uates dicũt: non ſtella.

℄Inter ſtellam, & ſydus. C.xxii.

Stella. Sydus. STella, & ſydus differũt: ſi Macrobio credimus ita ſcribenti: Nunc uideamus quæ ſint duo hæc noia: quorum

pariter meminit cum dicit. quæ ſydera, & ſtellas uocatis. Neq; enim res una gemina appellatione monſtratur: ut enſis gladius: ſed ſunt ſtellæ quidẽ ſingulares, & erraticæ quinq;: & cæteræ, quæ non admiſtæ aliis ſolæ feruntur. Sydera uero, quæ in aliquod ſignum ſtellaꝝ plurium cõpoſitæ formantur: ut aries, taurus, Andromeda, Perſeus, uel corona: & quæcũq; uariaꝝ genera formaꝝ in cælum recepta creduntur. Sed & apud Græcos aſter, & aſtron diuerſa ſignificant. Et aſter ſtella una: aſtrum ſignum ſtellis coactum: nos ſidus uocamus. Hæc differentia Macrobii pace nuſq̃ reperitur: ut apud eundem Ciceronem de uniuerſitate. Itaq; neſciunt hos ſyderum errores. Et iteꝝ. Toto igitur orbe cõſtituto ſyderibus, parem numeꝝ diſtribuit aiorum: & ſingulos adiunxit ad ſingula. Et li. ii. de natura deoꝝ. Nam cum duo ſint genera ſyderum: quoꝝ alteꝝ ſpaciis imutabilibus ab ortu ad occaſum cõmeans nullum unq̃ curſus ſui ueſtigium inflectit: alteꝝ autem continuans conuerſiones duas iiſdem ſpaciis, curſibuſq; conficiat. Quintili. in mathematico. Quid hęc fulgentium ſydeꝝ ueneranda facies? quod quædam uelut infixa ac cohærentia perpetua, ſemelq; capta ſede collucent: alia toto ſparſo cælo uagos curſus certis ementiuntur erroribus.

Quod non ſenſiſſe Ciceronem, ut Macrobius uult: documento eſt, quod non propoſuit ſtellas. Debet enim ſpecies generi, pars toto prępони: ut. dicam de prudentia, & uirtute huius. Dicam de facie Helenæ, eiuſq; pulchritudine: non autem e diuerſo. Fateor tamen nunquã ſtellam dici arietem, taurum, Andromedam, Perſeum: ſed ſydus: & hinc eſt, quod dicimus, hibernum ſydus: & illud Quintiliani. Nos graue huius anni ſydus afflauit.

℃Epitome capitis xxiii.

ASCEN. ℃RESCIRE non eſt quod Aulus Gel. uult: ſed rem geſtã poſtq̃ geſta eſt ſcire: quam cum gereretur neſciebas.

℃Itaq; reſcimus poſt factum: deprehendimus, aut deprendimus ipſo facto. Vnde deprehenſi in adulterio dicũtur. Horã. Deprendi miſeꝝ Fabio, uel iudice uincam. Item nautę quaſi alteꝝ elementum ingreſſi dephendi dicunt a tẽpeſtatibus in mari. Virg. Deprenſis miſeris ſtadio tutiſſima nautis.

℃Reſciſcere. Cap. xxiii.

Reſciſcere. Reſciſcere, A. Gellius uult rem eẽ occultam, & inopinatam, inſperatamq; cognoſcere. Miror de hoc ſollertiſſimo uerboꝝ inueſtigatore, atq; cenſore: qui uocabulum hoc de facili difficile, de claro obſcuꝝ, de trito nouum, de expoſito abſtruſum fecerit: ne dicam falſo expoſuerit. Nunquid, ſi uideam hoiem cælo uolãtem: ut feciſſe Dædalus, Perſeuſq; fertur: ut aliquem e terra prodire: qualis Thages fuiſſe ab Hetruſcis: aut Satyrum aliquem, ſemiuiꝝ, ſemicaprũq;: quem ſe uidiſſe nonnulli ſcripſere: aut archana quedam naturæ perueſtigauero: dicam reſciuiſſe? non opinor. Eſt igitur proprie reſciſcere rem, poſtq̃ eſt geſta, ſcire: quam neſciebas, cum gereretur: præſertim ad te, tuoſue pertinẽtem. ut Teren. in Adelphis. Hem tibi: reſciuit omnem rem: id nunc clamat ſcilicet.

℃Epitome capitis xxiiii.

ASCEN. ℃DEPRECOR ſupplicium nõ eſt deteſtor, exequor, depello, uel abominor: ut idem Gellius cenſet: ſed quaſi dicto uel facto recuſo, uel uerius eſt præcor ut non ſit ita: ut contrarium eius quod eſt præcor & depræcor. Sicut defendo me ictibus, & defendo ictus diuerſimode dicimus.

℃De enim (ut prius diximus) tria facit. Nam aut ſignificationem auget: ut deprecor pro ualde precor: deamo: id eſt ualde amo: ſic demonſtro, debello, deprauo &c. Aut mutat in contrarium: ut depono, deteſtor, dedoceor, dediſco, aut peruertit & in malum mutat: ut demẽs peruerſe mentis. Deuius peruerſam uiam tenens. Amens autem quaſi ſine mente, & auius aberrans a uia, & inuius ſine uia: delyrus ſine lyra & regula, aut regulam peruertens. Item reperitur de pro deorſum. ſicut ſub pro ſurſum. Vnde antique dictum eſt apud Au. Gellium. Suſq; deq; fero: id eſt ſurſum & deorſum fero: hoc eſt pro eodem habeo, & quod dicunt nihili curo. Deprecor ergo eſt, aut ualde precor: ut ſit aut non ſit. Infinita ſunt exempla ubi de ſignificat deorſum: ut demigro, deuenio, deſcendo, deſpicio, decurro &c.

℃Deprecor. Cap. xxiiii.

Deprecor. Deprecor ſuppliciũ, idem A. Gel. ait dictum eſſe: quaſi deteſtor, uel execror, uel depello, uel abominor. Ego autem ita dici puto deprecor: ut precor, & imprecor. Præcor tibi bonũ: precor tibi malum. Sic depræcor liberationẽ: & depræcor pœnã illam ut potiar: hanc ut uitẽ. Ouid. lib. i. de Ponto. Sæpe precor mortem: mortẽ quoq; deprecor idem: Ne mea ſarmaticum cõtegat oſſa latus. Deprecor dixit quaſi precor mortem non dari mihi in hac terra. Nec mirũ id fieri in deprecor: cum fiat in magis uſitatis: ut in defendendo: ſiquidem dicimus defendo me: quod fere dicitur: & nõnunquam defendo ictus. Cicero de ſenectute. Veſtitaq; Pãpinis, nec modico tempore caret: & nimios ſolis defendit ardores. Cum præſertim mos Romanus ſit etiam præcandi ne ueniat. unde templa Timori, Pallori, Febri, aliiſq; ſimilibus fuere dedicata: & his (ut ita dicã) numinibus fiebant ſacra. quod etiam Virgil. pbat. Nigram hyemi pecudem: zephiris felicibus albã. Neq; ſolum deprecari eſt uoce: ſed ẽt p ea, quæ inſtar uocis optinere ſolẽt uultũ, geſtũq;. Etenim Bucephalum, qui præter unum Alexandrum omnem alium recuſabat ſeſſorem: non recte dixeris deprecari alios ſeſſores, præter regem. Deniq; deprecor magis ſignificat uel dicto, uel facto recuſo: quam illa, quæ A. Gel. attigit.

Precor Imprecor

ℭEpitome capitis.xxv.

ASCEN. ℭSITVS non eſt negligentia(quod Priſcianus cenſet) ſed ſordes illa atq; i luuies quæ innaſcitur locis humidis, & diu non repurgatis:lanugo uidelicet atq; mucor fœtens:qui & pedor dici poteſt. Situs ĩt eſt loci qualitas aut d poſitio:p quo barbari ſituationem dicunt. Et caſtrũ ſituatũ pro eo qđ eſt ſitum. Nam etiam adiectiue ſitus ſita ſitum dicitur.

ℭ Situs. Cap.xxv.

Situs. SItus, Priſcianus inquit, dicitur pro negligentia. ut Virgilius. Sed te uicta ſitu, uerięq; effœta ſenectus. Sed nõ ita eſt: potiuſq; ſordes illa, & illuuies: qualis intra opaca domus, quæ diu non repurgantur: ut inquit. M. Fabius. Excitanda mens, & attollenda ſemper eſt: quæ in hmõi ſecretis aut langueſcit, & quædam uelut in oppaco ſitum ducit: aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Hmõi igitur qdam ſitus ſedet in uultu, capite, totoq; & corpore uetulæ, & habitu, præſertim inopum: qualem illam Virgil. intelligit. Et de malefica anu ait Lucanus. Fœda ſitu macies. Quod etiam pedorem poſſumus appellare: ut idem Lucanus. Lõguſq; in carcere pedor. Et Cicero in Tuſculanis. Pedores mulíebres. Et iterum. Barba pedore horrida.

Pedor. Miror Priſcianum hoc in loco a definitione Seruii deſciuiſſe: qui hoc uocabulũ ꝑprie, definiuit, inquiẽs. Situs ꝑprie eſt lanugo q̄dam ex humore ꝑcreata. Fit aũt in locis carẽtibus ſole. Situs uero ꝑ loci q̄litate manifeſtum eſt: ut de ſitu Meſſanæ: & de ſitu Syracuſaꝝ.

ℭEpitome capitis.xxvi.

ASCEN. ℭDOCILIS eſt qui facilis docetur, facitq; in ſuperlatiuo potius docillimus q̃ docilliſſimus. Docibilis atem quem Priſcianus uult eſſe qui facile dicitur a d nõ dicitur ſed pro eo ſignificato eſt perceptibilis aut perſpicuus & ad diſcẽdum facilis, & ſi reperiret̃ uix differret a docili. Nam ſæpe rẽ unam diuerſis uocibus eloquimus. unde aliquãdo idẽ ſunt: Aequalis & æquabilis: exitiale, & exitiabile. ſenſile, & ſenſibile: rationale, & rationabile. Penetrale autem adiectiue non reperit̃: ſubſtantiue uero eſt penetrale. ſ locus penitior & interior domus quem penetrata domus adimus. Penetrabilis uero eſt qui facili penetrat & qui facile penetratur.

ℭDialectici autem recentiores dicerent ſenſile paſſiue accipi: quod & Lucretius facit: ſenſibile uero qđ Lucretius pro eodem poſuit actiue. Vnde animal ſenſibile quia aptum ſentire: ponitur q; pro differentia ſubſtantiali animalis: ſicut rationale pro differentia talis hoĩs. Rõnabile autem rationem ſequens: aut iuxta rationem factum: ut obſequium rationabile non rõnale, & hõ rõnalis eſſe põt, q non ſit rõnabilis. Verũ bruta irrationabilia ſunt & irrationalia: quia rationem non ſequuntur. Vnde & bruta dicta.

ℭ Docilis, docibilis. Cap.xxvi.

Docilis docibilis DOcilis, idem inquit, eſt, qui facile docetur: docibilis eſt', qui facile diſcit̃: quomodo penetralis, qui in intimis eſt partibus: penetrabilis, qui facile penetratur. Non occurrit ubi nã legerim ſcriptum docibilis. Et enim conſuetum magis perceptibilis: niſi apud eccleſiaſticos: atq; in aliũ ſenſum. Et erunt docibiles deinde dictum eſt quaſi dociles. Nam Cyprianus ſup illud Pauli. Epiſcopũ litigoſum, nõ contentioſum, ſed mitẽ, & docibilẽ eſſe debere ait. Docibilis aũt ille eſt, q eſt ad diſcẽdi patiẽtiã lenis, & mitis: hoc(ut ego ſentio) idem eſt quod docilis Ratio tñ poſtulat ut id ſignificet, quod ait Priſcianus: eo qdem magis: quod habemus in eodem ſenſu docilis: ut ſupuacuũ fuerit duas uoces adeo coſines uni ſignificationi dare: niſi dicimus ſimile hoc eſt illis, æquale, & æquabile: de qbus dixi alio uolumine: inſuper ſenſile, & ſenſibile. Lucretius. Ex inſenſibili ne credas ſenſile naſci. Hęc duo ꝑ eodẽ accepit. Exitiale & exitiabile. Virg. in. vi. Sed me fata mea, & ſcælus exitiale lacænę His merſere malis. Ouid. vi. metamorphoſeos. Dũq; manu tentãt trahere exitiabile ferrũ. Rationale, & rõnabile. Quint. in. ii. Sed qa carẽt ſermone: quæ id faciũt: muta atq; irrationabilia uocant̃. Porro penetralis(quãtum mea fert opinio) nõ reperit̃: ſed penetrale ſubſtãtiuũq;, nõ adiectiuũ. Penetrabilis adiectiuũ, q facile penetrat. ut apud Virgiliũ. Penetrabile cælũ: & penetrabile frigus. tũ q facile penetrat̃ ut apud Liuium lib. xlv. Et in aſperis locis ſilex ſæpe ĩpetrabilis ferro occurrebat. Seruius, qđ penetrat, inqt, penetrale dicit̃: qđ aũt penetrat̃. penetrabile. In quo ꝓ priore diſſẽtio: cũ nõ ſit neq; adiectiuũ: ut ipſe uult: exponẽs penetrabile frigus, ꝑ penetrale frigus: neq; ſignificationis actiuæ. Deniq; ut ad docilis reuertar: docillimus mea ſñia faciet potius, quã docilliſſimus: q̃lia ſũt facilis, gracilis, agilis, ſimilis, humilis.

Penetralis Penetrabilis.

Aequale Aequabile Senſile Senſibile Exitiale Exitiabile Rationale Rõnabile penetralis Penetrabilis.

Docillimus.

ℭEpitome capitis.xxvii.

ℭNVMEN non eſt nutus Dei: nec imperium poteſtaſq; cuiu q; ſed tantum Dei. ASCEN.

ℭItaq; Priſcianus non recte, & Varro non plene diffiniuit. Cæterum quantum uideor mihi ſentire ſatis ieiune auctor quoq; rem explicat. Nam numen dicitur a nuo: & quia Deus ſolo nutu quo ſe uelle ſignificat facit quod uult ideo numen accipitur pr poteſtate illa: qua ad nutum Deus facit: quod nutu angelis ſuis imperat. Sunt autem unius Dei uaria numina: ideſt uariæ poteſtates. ut inquit Seruius. Vnde dictum de Iunone Quo num ne læſ ideſt qua eius poteſtate læſa: cum plures habeat. Eſt enim pronuba Lucina & regnorum largitrix: aeris inferioriſq; domina.

ℭ Numen. Cap.xxvii.

NVmem, idem inquit, eſt dei nutus. Ante hunc Varro dixerat. Numen dicunt eſſe imperium, ductũ a nutu. Vter horum cõmodius definiuit? Certe numen eſt imperium, poteſtaſq; dei: non autem nutus, neq; imperiũ cuiuſlibet. Sed Varronem de imperio dei ſuſpicor intellexiſſe. Numen.

ℭEpitome capitis.xxviii.

ℭNECATVS dicitur non ſolũ ferro: ſed quocũq; perẽptus ut ſit quaſi genus. Nectus uero alia quauis re q̃ adiungi ASCEN.

-ſolertia ut ſit quaſi ſpecies:nec ſignificat ſemper plane mortuum.ſed propemodum:ſicut exanimatus cum q ſimilis eſt mortuo.ut enectus fame,ſiti,frigore:ideſt confectus.

Cap.xxviii. Necatus, & nectus.

Necatus
Nectus

NEcatus,idem inquit,proprie ferro,nectus uero alia ui peremptus dicitur. Sed ego ſentio generalẽ ſignificationem necatus,ſpecialem uero nectus eſſe.Cicero in Rheto.& in libris ad Herenniũ: & alibi ſæpe ait.Veneno necatus.Quinti.lib. iiii. Hinc eſt adulter loris cæſus:aut fame necatus. Præterea nunq̃ nectus dicit̃ ſine certo genere mortis:ut nectus ſiti Tantalus: nec tam mortuus,q̃ propemodum mortuus:ſicut exanimatus pro eo,qui ſimilis eſt mortuo: ut fame, ſiti,ſitu enecti:quæ exempla ſunt plurima.

Exanimatus

ASCEN.

Epitome capitis xxix.

NAE cum æ diphthongo:qđ apud græcos ſcribit̃ & pfert̃ næ:eſtq; aduerbiũ affirmantis ſignificãs certe. Priſci. uult accipi pro ualde:ſed potius accipitur pro certe,aut pro pfecto.Ponit̃ autem næ cũ his uerbis, queo,ſcio,& uolo ẽt citra cõpoſitionẽ:ut Cice.barbaꝝ putet dicere non ſcio:non uolo.Reperitur tñ non queo:ſed frequẽtius nequeo:& apud Cice.ẽt,ut ſcio,ut neſcio:& haud uelim.Nec repit̃ potiſſime ſed tantum potiſſimum·licet Priſcianus contra doceat.

Ne autẽ cõpoſitum cũ dictis uerbis non hẽt diphthõgon quia nequeo primã corripit:unde a neq;,aut nec per ſyncopam cõpoſitum uidet̃.Nã ne non corripit̃,niſi fuerit cõiunctio enclitica ſignificãs an:nec ſcribit̃ diphthõgo,niſi ſignificauerit ut in græco certo:aut pfecto ſeu reuera:quõ mõ utit̃ Perſius quaſi ironicos dicẽs.Næ mihi Pollidamas,aut Troades Labeonẽ Prætulerint?ubi tñ accipi poſſet pro eo qđ eſt ut nõ:ut ſit ſenſus:Quãre ſit turpe & miſerabile.Nunqđ ideo næ mihi &c unde addit nugæ. Præterea dum aduerbium pꝛhibẽdi eſt etiam producitur:ut Næ ſæui magna ſacerdos.

Cap.xxix. Næ.

Næ p ualde

NAe,pro ualde,idem dixit:nec tamen ſolus.Terẽtius in Andria. Næ illa illum haud nouit. Mihi uidet̃ idẽ apđ nos ſignificare:qđ apud græcos:ſcribiq; cũ diphthongo debere næ:qđ eſt certe:ut apud eũdem. Faciunt næ intelligẽdo:ut nihil intelligãt. quaſi faciunt pfecto.Hæc apud Ciceronẽ dictio frequẽs eſt:ut de Ora.li.iii. Næ illud haud ſane quẽadmodum uerba ſeruat,& illuminet:a magiſtris iſtis requiret. Apđ Quintilianũ,cæteroſq; eius æui rariſſima.Næ cõponitur cum queo,cũ ſcio,cum uolo:frequentius tñ ſine cõpoſitione,appoſita negatione,reperimus illud primum,q̃ duo ſequentia: adeo barbaꝝ putat Cicero dicere non ſcio,& nõ uolo:licet nõnunq̃ apud ipſum quoq; reperiatur.Ideo frequẽtiſſime legimus:haud ſcio:haud uelim. Idem Priſcianus ait: a potius fieri potiſſime: quod ego nuſq̃ legi:ſed potiſſimum.

Næ qbus cõponat̃. potiſſimũ

ASCEN.

Epitome capitis xxx.

VALEANT non eſt apud Terẽtianum Pãphilum pereant:ſed diſcedant a nobis:& a cõmercio noſtro alieni ſint: ſicut diſcedũt quibus ualete dicimus:aut diſcedamus ab eis: ſicut ab his qbus ualete diximus.Vale enim eſt ſalutatio recedentis:ut ſalue & aue uenientis:ſed ſalue potius cõmune dicetur:eo q ſalutare & aduenientis,& abeuntis eſt:unde ſalutanti nos rñdemus ſalue.nec eſt aliud uerbum ad hoc idoneum niſi dicamus more uulgari magis q̃ pbato:bñ ueneris. Cum apud Homerum ideſt aue pro ſalue,& uale legatur. Apud nonnullos leguntur ſalueo ſaluebis: ualebis. Saluere autem & ualere apud multos. Valens aũt uidetur interdũ accipi pro ægrotante:tñ in loco citato e Quintiliano.Ego potius p ſano accepero:ut cõſuetudo ualentis.i.diu ualebat.Valitudo aũt eſt diſpoſitio corporis tam bona q̃ mala: quam q diuerſam habent ægroti ſunt: unde ualitudinarii dicuntur ægroti:ideoq; ualitudini attribuimus epitheton diſcretiuũ cum uerbo etiam indifferẽter ſignificanti ſæpe pure utamur dicẽtes in fine epiſtolarum:Vale.

Saluto
Saluere

Cap.xxx. Valeo.

Valeo

VAleant,qui inter nos diſſidiũ uolunt: Donatus,Seruius, & qdam alii ſic exponunt.pareant,qui hoc nobis uolunt:quæ uox & oratio aliena fuerat ab ingenio Pãphili pio,& probo. Cicero. Si deus talis eſt:ut nulla gratia,nulla hoium charitate teneatur:ualeat. Quid enim propius eſt numine?Nũquid eo irreligionis,atq; eo imprudentiæ Cicero uenerat: ut deo exitium precaretur?Abſit:Lactãtii quoq; teſtimonio: qui de his ipſis Ciceronis uerbis ait. Quid enim contemptius potuit dici in deum?Valeat,inquit.i. abeat,ac recedat:qñ prodeſſe nulli poteſt. Vides ut Lactantius, cum uult Ciceronem fuiſſe contumelioſum in deum: non tñ expoſuerit ualeat pro pereat:ſed abeat,ac recedat?Quanquã ut mihi uidetur non ſignificatur per ualeat: qđ abeat ille a nobis: ſed quod nos a ſe,uale dicentes.Enimuero uale ſalutatio eſt recedẽtis:ut ſalue,& aue uenientis. Quomodo ergo uerbũ ſalutantis poteſt accipi pro mala precatione,atq; ſalutatione? Eſt aũt ſalutare & aduenientis, & abeuntis. Virg.in.ix. Hanc ego nunc ignaram huius quodcũq; pericli eſt: Inq; ſalutatam linquo. Ideoq; nõnunquã reperimus ſalue ẽt in diſceſſu:hoc eſt in calce epiſtolarũ. Cicero ad Tyronem. Vale mi Tyro:uale:uale:& ſalue. & iteꝝ Etiam atq; ẽt noſter Tyro uale. medico Curio Liſoni deſcripſi diligẽtiſſime. Salue:uale. Virg.in.xi. Salue æternũ mihi maxime Palla: Aeternũq; uale. Nec miꝝ,quod in fine loquendi reperiamus ſalue: cum etiam ille,qui aditur,atq; ſalutatur: dicatur ſalutare: quẽadmodum qui abit:& qui alteꝝ a ſe dimittit:dicit uale.quod etiam Græci faciunt:ut Homerus prio Illiados. χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Neq; eſt apud Latinos aliud uerbum,quo adeunti nos reſpondeamus:quam ſalue:niſi more iam uulgari magis, quã probato,dicamus.bene ueneritis. Idẽ uerbum apud eundem pro ualde uigeſimoſecundo Illiados. χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε καὶ εἰν Ἀΐδαο

Salue
Aue

ASCEN. ϑομοιό. Cicero ad Atticū indicatiuo huius uerbi uſus eſt dicens. Et ſaluebis a meo Cicerone. Plaut. in trueulento prima poſitione utitur. Salue: ſatis mihi eſt tuæ ſalutis: nil moror non ſalueo. Martialis etiā dixit ualebis. Cum pinguis mihi turtur erit: lactuca ualebis. Et. Cocleas tibi habe: perfundere famem. Cæterum ut ad inſtitutum redeam: qui ualeat pro execratione acceperūt: forſitan hoc argumento inducti ſunt: quod nonnunquā hoc uerbum langorem ſignificat. ut idem de oratore. Sicut medico diligenti priuſquā conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbi eius, cui mederi uolet: ſed ēt conſuetudo ualentis. Quāquā accipi poteſt ualentis, pro ſani: & natura corporis cognoſcenda eſt. Vnde ualitudo pro langore frequentiſſime accipitur: ut teſtes ualitudinarii nominantur. Idem Cicero ad

Valetudo Terentiam: & ad Tyronem. Valitudinem tuā cura diligenter: hoc eſt langorem, & infirmitatem. Alibi pro ſanitate. Sed nunc ualitudini tribuamus aliquid. Frequenter tñ apponimus adiectiuum: ut fauſtū, uel infauſtum: ad diſtinguendū ſtatum corporis, ſiquidem indifferēter ſignificat, more ſui primitiui. Dicimus eni ut uales? quomodo ualuiſti? qliter ualet filius? ſic, qua ualitudine es? qua ualitudine filius? Reſpondebis infirma, aduerſa, mala ualitudine: uel contra, bona, incolumi, optima ualitudine.

ℭ Epitome capitis. xxxi.

ASCEN. ℭ VAS licet a Varrone ꝑ fideiuſſore diffiniatur: proprie tamen is eſt qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo ſiue idem ſupplicii ſubiturus: ſiue pecuniam ſoluturus ſi pro quo uas eſt: ideſt cui uadere eo manente licet, ad diem non redierit. Vadimonium autem eſt ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio ideſt cōparendi p ſe, aut p aduocatos. Obſes autem eſt qui traditur imperio alterius ea conditione: ut ſi dator obſidis a fide recedat recipienti ſit ius in corpus & uitam obſidis.

ℭ Vnde uas a uadendo: quia per eum alteri uadere licet dictus uidetur. Obſes uero ab ob & ſedeo: quia ſedet: ideſt reſidet, apud alterum ob fidem datam ſeruandam.

ℭ Vas, obſes. Cap. xxxi.

Vas: VAs, inquit Varro, appellatus eſt, qui pro altero uadimonium ꝓmittebat. conſuetudo erat, cum reus parꝫ eſſet idoneus inceptis rebus: ut pro ſe alterꝫ daret. Videt Varro ſignificare uadem eū eſſe quem: fideiuſſorem uocamus: & uadimo-

Vadimonium. nium fideiuſſionem. Nos hoc ne audemus negare ita eſſe? qui poſſumus? cum Varro omnium ſit cōſenſu Romanorꝫ eruditiſſimus, & linguæ latinæ peritiſſimus: qui latinas litteras fecit & latiniores, & litteratiores. quāquā multi ſunt, q eum quibuſdam in locis reprehendūt. quæ facultas præcipue diſcipulis Quintiliani adeſſet, lōge Varrone doctioris, atqꝫ eloquentioris. Verꝫ ego non auſim reprehendere: ſed tñ affirmare me non legiſſe dūtaxat (quātum aut recordor, aut intelligo) uadem eum eſſe, qui uadimoniū pro altero dat: ſi uadimonium ſignificat fideiuſſionem: ſed eum, qui ſpōſor eſt alterius in capitis periculo, ſiue idem ſupplicii ſubiturus, ſiue pecuniam ſoliturus. ut apud Quin. in declamatione, quæ inſcribitur amici uades: & apud Cice. lib. v. Tuſculanarꝫ quæſtionū, de Pythagoreis amicis. Quorꝫ alteri diem mortis cū tyrannus dixiſſet alter pro amico ad uiſendam matrem ituro uas factus eſt. Et apud T. Liui. de Valerone capitis reo ita dicentem. In uincula conici uetant: ſiſti reum, pecuniāqꝫ: niſi ſiſtant: populo ꝓmitti placere ꝓnunciant. ſummam pecuniæ quantam æquum eſſet ꝓmitti ueniebat in dubium. id ad ſenatum reiicit. Reus, dum conſulerent patres: in publico retētus eſt. uades dare placuit: qui unum uadē tria milia æris pro aliis obligauerunt: quod darentur ꝓmiſſum eſt tribunis. x. fuerunt. Tot uadibus accuſator uadatus eſt reum. Hic primus uades publicos dedit. Quod Feſtus quoqꝫ ſentit dicens. Vas ſponſorem ſignificat in re capitali.

Vadimonium. Vadimonium (quantum ego ſentio) eſt ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio: ideſt comparendi per ſe, uel per aduocatos: ut in oratione Ciceronis pro Quintio dat intelligi: ubi longa eſt altercatio de uadimoniis: altera parte dicente: fuiſſe ſibi uadimonia deſerta: altera uero nequaquā a ſe illa fuiſſe facta. Et Quin. de legato frumentario, qui ad præſtitutum diem uenerat: inquit. Niſi tñ ad uadimonium legate ueniſſes: non multorꝫ dierꝫ cōmeatum habebamus. Et hoc ipſe fortaſſe Varro ſenſit.

Obſes. Obſes aūt eſt, q tradit imperio alterius ea cōditione: ut ſi dator obſidis a fide recedat: recipientis ſit ius ī corpus, & uitā obſidis. Qd præcipuæ inter potētes cōmercium eſt: q nō habent ſupiores, ad quos pro iuſtitia prouocent.

ℭ Epitome capitis. xxxii.

ASCEN. ℭ DECVRIO dicitur qui decem ꝑeſt equitibus: ſicut Centurio qui centum præeſt militibus. Sed duplex eſt decurio: Romanus & Municipalis. Romanus: ideſt qui Romæ decurio eſt habitus: longe maior erat quā Municipalis: quia Municipalis conſiliis in Municipiis admittebatur: ut ſenator Romæ: eratqꝫ maior equitibus: ſed minor tamen equite Romano cum decurio Romanus etiam decem equitibus præfuerit. Eques quoqꝫ Romanus maior erat Centurione: ideſt eo qui centum militibus ſed proprie peditibus præfuerat. Centurio uero maior eo qui græce ... ideſt decem hominum princeps dicitur: plus enim eſt centum præeſſe q decem, unde non recte decurionem pro decarcho accipias. Eques autem dicitur uel qui de ordine equeſtri: uel qui equo militat. Vnde auctor noſter: quem uulgus militem uocat & peritiores equitem, aut equitem auratum cum non ſit ſatis aptum ei dignitati uocabulum decurionem uelit appellatum. Equitatus autem eſt multitudo equitum: ideſt

equo militatum. Pedes uero eſt qui pedeſter militat: peditatus ita militantium multitudo. Miles autem quicunq; militat: ſed potius in pugna pedeſtri: dictus (ut quidam uolunt) quaſi milleſimus aut e mille unus. Turma conſtat ex duobus & triginta equitibus: cui Fronto decurionem præeſſe uoluit. Decuriæ autem ſunt nobiliorum: equitum: centuriæ inferiorum: quia peditum & uulgarium: unde decurio centurioni præſtat: quia præſtantius eſt præeſſe decem equitibus q̃ centum peditibus. Perſius tamen centuriones pro militibus uidetur accepiſſe, aut reuera pro his qui centum præſunt: unde quia ſtant uaricoſos appellauit dicens. Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones. Pomponius iuriſconſultus decurionem dici putat: ꝙ decima pars coloniarum deductarum in initio conſcribi ſolita ſit.

Decurio. Cap. xxxii.

Decuriones — Decuriones, inquit idem, primi ſingulaꝝ decuriaꝝ dicti. quod probat Tẽpanius ille apud Titum Liuium. qđ & ipſe approbat Feſtus: idemq; ait. Decuriones appellanť: qui denis eq̃tibus præſunt. Centurio, Decuriæ, Centuriæ — Eſt igitur dictus decurio a decem: ut Cẽturio a centum. Nam (ut ait Pedianus) decuriæ ſunt nobilioꝝ: centuriæ inferioꝝ. Turmæ — Quidam uoluntquoꝝ eſt Fronto: decurionem præeſſe turmæ, quæ conſtat ex duobus & triginta equitibus. Nec uero belli ſolum, ſed domi quoq; decurio dicitur, nomen quoddã præpoſituræ turmæ ſignificãs. ut Suetonius in Domitiani uita. Saturius decurio cubicularioꝝ. Et hoc q̃dẽ apud Romanos. In municipiis autem (ut mihi quidem uidetur) idem eſt decurio: qui Romæ ſenator. Nam qui in ſenatu, & cõciliis reip. municipalis intereſſe poterant: decuriones erant. Cice. pro Sextio. Qua de cauſa & tum conuentus ille Capuæ huic P. Sextio apud me maximas gratias egit: & hoc tpe beneficiũ, fidẽq; hominis teſtimonio declarant: periculũ deprecãtur ſuo decreto. Recita quæſo P. Sexti quid decreuerunt Capuæ decuriones. Quod aũt differant decurio Romanus, & decurio municipalis: ex epiſtola quadam Plinii iunioris e primo libro declarať, dicẽtis. Eſſe autem tibi cẽtum milia nũmum cenſum, ſatis indicat: quod apud nos decurio es. Igitur ut te nõ decurione ſolum, uerũetiam equite Romano pfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta milia nũmum. Nõ dicitur itaq; decurio, aut qđ decem p̃eſit militibus: ut quidam uolunt: quã Græci δεκαρχον uocãt: cum decurio ſit maior equite: eques centurione: centurio decarcho: ut ex ſtipendioꝝ magnitudine datur in multis libris ĩtelligi: aut in municipiis: qui decem equitibus præeſt: cum ſit equite etiã dũtaxat Romano minor. an quia præſit decem equitibus municipalibus: aut hoc erit dicendũ: aut Pomponii iuriſconſulti opinio ſequẽda, dicentis. Decuriones q̃dam dictos aiunt ex eo, quod initio cum coloniæ deducerenť: decima pars eoꝝ, qui deducerentur: cõſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. Quare eum, quẽ nunc militem appellamus: aut falſa dignatione affici mus: (nam & ſi oẽs, qui militãt, milites ſunt: mi les tñ proprie, qui pedibus militat, dicit: eques qui equo) aut ſi uera, decurionẽ potius appellamus. Quidam hoꝝ tempoꝝ docti equitem uocant: ſed rectius decurionẽ uocarent. Nã eques eſt, aut qui Romæ ex ordine equeſtri eſt: quod non facit ad gloriam militarem: aut qui equo militat: cuius nulla dignatio eſt. Quãquã iuriſperiti multa ineptiſſime fabulanť de dignatione militum: q̃ræ quidem uel nulla, uel cõmunis eſt omnium, ſiue pedeſtrium, ſiue equeſtriũ, qui militiam exercent. Nam de auro geſtando, & huiuſmodi nugis, nullum uerbum eſt in iure ciuili. Sed hæc omittamus: quæ non ſunt huius ſcriptionis: dũ illud admonuerimus: Romanum decurionem, qui præeſt decem equitibus Romanis: longe præſtare cęteris decurionibus: q̃bus ipſe ẽr eques Romanus præſtat.

Epitome capitis. xxxiii.

ASCEN. — EXEMPLVM & exẽplar ferè pro eodem ſumuntur. proprie tamen exẽplar eſt id in, quo eſt quod uel imitemur uel deuitemus. Exemplum id ipſum quod eſt nobis imitandum aut deuitandum: unde unius exempli multa poſſunt dici exemplaria: ſicut forma una dicendi: quam Virgilius in Aenei. ſeruauit: poteſt dici exemplum, atq; in multa exemplaria: quas inepti copias aut duplum uocant, tranſcribi. Eſt igitur exemplum quaſi res incorporea in exemplari. i. in re corporea. Vnde uita Catonis aut eius mors eſt nobis exẽplum: ipſe Cato exemplar, ſiue (ut Plinius dixit) exemplarium. Exemplum pterea (ut Au. Gellius docet) erat grauiſſimũ genus puniitionis. Vnde exemplar aliis inſpiciendum fiebat: quod & Comicus in Eunucho ſatis indicat.

Exemplum, exemplar. Cap. xxxiii.

Exemplum, inquit Feſtus, eſt, quod ſequamur: aut uitemus: exemplar, ex quo ſimile faciamus. illud aio æſtimatur: iſtud oculis cõſpicitur. — Exẽplum, Exẽplar. Mihi autem, licet Feſtus ſcientiſſime de exponendis uocabulis loquatur: aperienda tñ eſt magis hoꝝ nominum differentia. Nam & exemplum eſt, ex quo ſimile faciamus: ut opa Homeri exẽplum ſunt poemata ſcribere uolentibus. Quintilianus libro decimo. Sic litteraꝝ ductus, ut ſcribẽdi fiat uſus, pueri ſequũtur: ſic muſici uocem docentium: pictores opera priorũ: ruſtici pbatam experimento culturam in exemplum intuentur. Et exemplar animo quoq; æſtimatur. Cicero libro quinto de oratore. Illa oratio fuit mihi exemplar benedicẽdi. Quintil. in. x. Cornelius aũt Seuerus, etiam ſi uerſificator, quã poeta melior: ſi tñ ut eſt dictũ, ad exẽplar primi libri bellũ ſiculum pſcripſiſſet: uẽdi caret ſibi ſecundum locum. Horatius in ſaty

ra inquit: Plautus ad exemplar ſiculi propeꝛ rare Epicharmi. Idē Cicero ꝑ murena. Domeſticum te habere dixiſti exēplum ad imitandum. Eſt illud quidem exēplum tibi propoſitum domi. Sed tñ natura ſimilitudine illud ad te magis, quā ab illo ortus es: quā ad unum quēq; noſtrū ptinere potuit. ad imitandū uero tā mihi ꝑpoſitum exemplar illud eſt: quā tibi. Ita unum pro eodem pene exemplum, & exēplar poſuit: & quidem eodem in loco. Cæterū exemplum eſt ipſa res, quā imitamur: aut, ſi ſors ita tulerit: deuitamus in aliquo: ut in Catone: Cato aūt ipſe exēplar, illud contētum: hoc continēs. Quod ſi dicamus ad exemplar Catonis: aut ad exemplar Epicharmi: ſic intelligit; ad exemplar Catonis, quod eſt Cato: ad exemplar Epicharmi, quod eſt epicharmus: ſiue opus Epicharmi: ut corpus hominis pro ipſo homine. Animā corpuſq; filii deſtruis: quaſi aliud, illa ſint a filio. Exēplum pro exemplari. Eſt enim contentum pro continente. ut apud eundem. Fuit ille uir exemplum continētiæ. Quomodo dicimus. Ille uir fuit norma uiuendi: cum tñ non ſit norma uiuendi uir: ſed in uiro: ita nec ille exēplum continētiæ: ſed in illo. Ideoq; exemplaria multa ſunt: unius tamen exēpli: ut. redditæ ſunt mihi binæ litteræ tuæ eodem exemplo. i. eiuſdem formæ. Et duo, uel tria exemplaria Aeneidos: hoc eſt, multi codices eodem exēplo. Et exemplar ab exemplari ſumit: non ab exemplo. Nā exemplum incorporale eſt: exemplar plerūq; corporale. hinc Saluſtius. Litteras, quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat: earū exēplū infraſcriptum eſt: hoc eſt: earū forma infraſcripta eſt: melius, quā earū exemplar. Quod forma ſit exemplum: Paulus iuriſconſultus teſtat. Si legatum pereat: non iubet prætor uerba teſtamenti edere: ideo fortaſſe: quia hæredes ſolent habere exemplum teſtamenti: id eſt formam. Cicero ad Appium. Ex his litteris, quarum ad me exemplum miſiſti. Et ad hunc eūdem? Tum Plancus. Exēplar eius chyrographi Titio miſi. Tum aſinius Pollio: Ex litteris cognoſces: nam earum exēplar miſi. Ii de pagina ſcripta, quod corporale eſt intelligunt: ille de ſententia, quæ in pagina continetur: uel potius ex pagina percipitur. Quod ſi indiſtincte his duobus licet uti: non ſane repugnabo: cū præſertim Ouidius dicat exempla plura unius rei: id eſt exempla pro exemplaribus. Nā unius rei unum atq; idem exemplum eſt ꝓprie: ut dixi: in diuerſis licet exemplaribus. Loquens eni de opere ſuo metamorphoſeos libro primo de triſtibus, ait. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Reperit̄ et exēplariū ꝓ exēplar. Plinius lib. vii. Iuba hæc comiſit in hoc tractatu: niſi exēplarium uitioſum eſt. Nō de eo aūt exēplo dixi: quod adhibet̄ rei aut ꝓbādæ; aut ornādæ cauſa: quæ ſignificatio nota eſt oībus. Vñ pars ꝓbationis uocat̄ ab exemplis. & in elocutione exemplum inter ornamenta numeratur.

¶ Epitome capitis. xxxiiii.

¶ PERSONA. in hoīe eſt qualitas qua alius ab alio differimus: tam in animo q̄ in corpore: q̄ in rebus externis: unde auctores fabularum perſonati dicitur a perſonis. i. diuerſarū perſonarū faciebus ſimulatis: id eſt laruis: ſitas a perſonando perſonas dictas Au. Gellius putat: licet perſona media longa perſona eadem breui dicatur. Vnde Hora. in Arte. Poſt hunc perſonæ pallæq; repertor honeſtæ. In Deo quoq; perſona dicitur non ſubſtantia: ſed qualitas quædam: non ut Græci eā diffiniunt: ſed ut Romani. A SCEN. Perſonati q dicant.

¶ Perſona. Cap. xxxiiii.

PErſona eſt, inquit Boetius, incōmutabilis naturæ indiuidua ſubſtantia: exiſtimās ſe argūtatione collegiſſe: q̄ſi non ſit q̄litas, nec aliud prædicamentum ullum: ſed ſubſtātia. Sed huic homini Romano oſtendā Romane loq̄ neſcire. Perſona nāq; non eſt in deo, nō magis, quā in bruto: ſicut humanitas: ſicut alia plura. Sed demus ut i deo et ſit pſona. Quæro quāobrem ea non ſit qualitas? ſiue de homine loquimur: ſiue de deo. Nā in homine quidem pſona ſignificat qualitatē, qua alius ab alio differimus, tum in animo, tum in corpore, tum in extra poſitis: quæ a rhetoricis enumerant̄ i attributis pſonę. Animi: ut quo ſtudio ſe exerceat: medicinæ: an iuris ciuilis: an militiæ: & qua mēte: iracundus: an moderatus: auar⁹: an liberalis. Corporis: iuuenis: an ſenex: pulcher: an deformis: fortis: an ībecillus: mas: an fœmina. Extra poſitorū: diues: an pauper: clarus: an obſcurus: maritus: an cælebs: parens liberorū: an orbus: & his ſimilia. Ideoq; figuræ, & ſigilla quædā, quæ roſtris, aut alia corporis parte aquam fontanam emittūt: quia repræſentant uarios hoīum uultus, & geſtus: perſonæ dicuntur. Et hiſtriones in ſcæna pſonas accipiūt: cum aut ſeruum agunt; aut ancillā, aut matronam, aut meretricem, aut ſenem, aut adoleſcentem, aut patrem, aut matrem, aut filium, aut regem; aut militem; aut lenonem, aut paraſitum: & mille hmōi: quæ nō ſunt ſingula in ſingulis: ſed plurima: ueluti in me eſt pſona hūani, liberalis, timidi, iracūdi, hebetis, ſonniculoſi, litterati, ſenilis, mariti; ſoceri, generi, patris, filii, fratris, pulchri, fortis, diuitis, nobilis: & iterdum cōtraria. Nā ad fortiſſimū, pulcherrimū, ditiſſimum, non ſum fortis, nec pulcher, nec diues, ſed imbecillus, deformis, paup. Alia itaq; ad hunc perſona ſum, quā ad eum, cui his in omnibus antecello:

bus antecello:& ad primum ſum perſona filii: ad Aſtianacta ſum pſona patris: ad Andromacham perſona uiri:ad Paridē pſona fratris: ad Sarpedonem pſona amici:ad Achillem pſona inimici. Quo fit ut adſit mihi multiplex pſona, ac diuerſa:ſed una tm̄ ſubſtantia. In deo aūt pſonam ponimus:uel qđ nullum aliud uocabulum quadrat:non natura:quo ueteres utebant̄:non ſubſtātia:quo Graeci utunt̄:uel quod uere in deo triplex eſt q̄litas. At qui hic mihi os cōprimet Boetius: neq; uocem prodire pmittet, dicens:qualitatem eam eſſe, quæ poſſit etiam abeſſe citra ſubiecti corruptionem. Hanc ego definitionem ut græculā, & ineptam derideo. dico lucem, uibrationem, calorem in ſole eſſe qualitates:& hoc dico latine:oībus, qui unq̄ latine locuti ſunt, conſentientibus: q̄q̄ de hac re ſuo loco in noſtro ope dialecticæ diſſeruimus. Tales qualitates ſtatuo in deo:& has dico pſonas:quæ ab eo abeſſe nō poſſunt:& qualitatem ſignificare, non ſubſtantiam:ut Boetius uoluit: qui nos barbare loqui docuit. Hinc eni eſt forſitan adductum uulgus, ut ſic loquatur. Tres pſonæ me expectant. Video duas perſonas. hic eſt bona perſona. qui ſermo antea fuit iauditus:& hodie nemo, niſi imperitus omnino ſic loquit̄: q̄q̄ Boetius ipſe uiderit quomodo, ſi pſona eſt ſubſtantia:ſunt autem in deo tres perſonæ:non & tres ſubſtantias illi adeſſe intelligamus:præſertim cum neq; ulla uox meram ſubſtantiā ſignificat. neq; ulla res eſt mere ſubſtantia: ut in eodem noſtro opere oſtendimus.

Deo pſonæ tres

ℭ Epitome capitis. xxxv.

ASCEN. ℭ NOXAE dedere eſt ſeruum tradere ad ſupplicium:qđ pro noxa meruit dum dominus mauult eum tradere: q̄ pro eo maleficium præſtare. Vnde oritur noxalis actio: quā Paulus in textu definit. Noxa autem non ſolum culpam: ſed & damnum ſignificat ac nocumētum. Neq; noxia proprie pro culpa dicitur cum id non reperiatur: niſi adiectiue noxius, noxia noxium.

Seruium notat Iuſtinianus

ℭ Errat ergo in noxia Seruius:& in noxæ dedere. Iuſtinianus autem: potius Trebellianus cum ſociis qui codicem & inſtitutiones eius nomine compoſuerunt. Nam ipſe linguæ latinæ imperitus cenſeri poteſt cum in Græcia ſemp uixerit: & ſe dn̄m contra Romanum morē appellatum uoluerit.

ℭ Noxæ dedere. Cap xxxv.

Noxa

NOxę dedere, Iuſtiniani pace, ſiue Triboniani, & ſocioꝝ (nā Iuſtinianus nec iura, nec forſitan latinas lr̄as nouit.) eſt pœnæ dare, ſiue tradere ob noxā: qua ſignificatur culpa. Ille aūt dicit. Noxa eſt corpus, quod punitur. Et in eodē loco. Corpus dedit̄ noxæ. Si noxa corpus eſt:qūo corpus deditur noxæ? nunqd corpus deditur corpori? aut corpus ſibi? Quanq̄ quid hæc oratio ad ſignificādam pœnam faceret? Eſt autē hæc pœna ſeruoꝝ:quos dn̄i malunt ad pœnam tradere:q̄ præſtare maleficium, quod illi admiſerunt. Paulus ita definit. Noxales appellantur actiones:quæ nō ex cōtractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruoꝝ aduerſus nos iſtituunt̄:quaꝝ actionum uis, & poteſtas hæc eſt:ut ſi damnati fuerimus:liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis exiſtimationē. Vlpianus quoq; additur corpus tradatur uiuum. igitur Quintilianus in gladiatore. Alebat deuotū corpus grauior omni fame ſagina: & inter debita noxæ mancipia contēptiſſimus Tyro gladiator, ut nouiſſime perderem calamitatis meæ inocentiam:diſcebam quottidie ſcelus. Nam noxa etiam dānum ſignificat:ut apud Ouidium libro decimoquinto Metamorphoſeos. Nocte nocent potæ:ſine nocte luce bibūtur. Et Suetoni⁹ de Cæſaris uita. Spurināq; irridens, & ut falſum arguēs:quod ſine ulla ſua noxa idus Martiæ adeſſent. De brutis autem improprie dicitur:ea dedi noxæ: ut de capro apud eūdem Ouidium libro primo Faſtoꝝ. Verba fides ſequitur:noxæ tibi deditus hoſtis Spargit̄ effuſo cornua Bacche mero. Seruius ſup illud Virgilianum, Vnius ob noxā:ait. Noxam, pro noxia, ideſt culpa. quaſi noxa per ſe non ſignificet culpam: q̄ familiaris (ut opinor) ſuus Macrobius leuē culpam accipi uult: atq; ut ſibi crederemus (quā dictionem nuſq̄ reperimus) noxam non culpam eſſe, ſed pœnam: ait: culpā noxam dici:quaſi noxiam: q̄ noxā ſæpius in hac ſignificatione repiamus. Quod dixi: Iuſtinianum forſitan nec iura, nec litteras latinas ſciſſe nemo miretur:tum quia ſemper in Græcia uixit: tum qa ſæpe dn̄m Iuſtinianum (ut ex nūmiſmate eius apparet) dici uoluit: ut quidā alii Cæſares fecerunt:quod a iure Romano eſt alieniſſimum:& character ipſe litterarum, figurarumq; illorum temporum nūmiſmatis gothicum magis, q̄ latinum redolet.

Noxales actiones

Noxia

ℭ Epitome capitis. xxxvi.

A CEN. ℭ TESTAMENTVM non dicitur per ueram etymologiam teſtatio mentis:ſicut nec armamentum armatio mētis:ſed a teſtando deducitur:nam quæ in mētum exeūt olim exibant in men. Vnde addita tum ſyllaba fit mentum. Nec oratio recte dicitur oris ratio:ſed ab oratum oratu mutandum u in io fit oratio: ſicut ab amatum amatu amatio: & a lectu lectio &c.

ℭ Teſtamentum. Cap. xxxvi.

Teſtā

TEſtamētum, idē inqt, ex eo appellat̄: qđ teſtatio mentis eſt: quæ definitio quorundam iuriſconſultorum fuit. Quod ſi iuſte A. Gellius coarguit: quanto ego hunc iuſtius arguere poſſum: qui exploſam, atq; deriſam etymologiam īculcat. Nam cur a mēte potius dicatur: q̄ a mentone: ſ a mēta: quia nihil ad hanc ſignificationē mente

tum, mentaque facit inquies. Quid ergo mens ad armentum? ad ſalſamentum? ad condimentum? ad ornamentum? ad armamētum? ad pauimentum? ad tormētum? ad calciamentū? ad ueſtimentum? & ad hmōi infinita? Nec minus inepta uidetur mihi hæc etymologia: quā illa apud Donatum, apud Seruium, apud Iſidorū: oratio, quaſi oris ratio. Quid aratio eſt? quid deuoratio? quid trituratio? quid operatio? qd mille huiuſmodi? nunqd in his ratio eſt? an talia ſunt: qualia cætera a ſupinis profecta? ſatio, potatio, meſſio, lectio? quid nō etiam a ſupino ratio uenit? reor, ratum, ratio: ſicut ab oratum oratio? eo magis: quod ſecundam ſyllabam bis accipi uult: quaſi dicatur ori ratio, & non oratio. Non eſt ergo uera etymologia hæc, neq; a mente, neq; a mento, neq; a menta: ſed potius hæc nomina aſſumunt tum ſyllabā: cum exirēt antea in men: ut ueſtimen, calciamen: ſicut munimen, lenimen, nutrimen, ſpiramē, medicamē, uelamen: quibus adiecta tum, fit munimētum, lenimentum, nutrimētum, ſpiramentum, medicamentum, uelamentum, ueſtimentum, calciamentum. Ita teſtamen addita ſyllaba tum, facit teſtamentum. Quod ſi a mente deſcēderet teſtamentum: teſtamentia diceretur: quemadmodum dementia & amentia. Nihil habet magis ridiculum hæc, de qua loquimur, ſcientia, quā etymologia, in qua ipſe quoq; Varro & luſit, luſus eſt.

Oratio | Veſtimē | Calciamē | Munimē | Lenimen | Nutrimē | Spiramen | Medicamen | Velamen | Demētia | Amentia

Epitome capitis xxxvii.

ASCEN. SYNCERVM cum eſt (ut Donatus uult) ſine cera: & ſine fauo: ſed potius cū cera: a ſyn qd eſt con: non a ſine: nam per y ſcribit: & ſine nunq̄ cōponitur. Eſt ergo cōpoſitum ex græcis dictionibus ſyn & idest cera: nec tamen uſquequaq; quadrat etymologia: uerū ſæpe mendax eſt: nam licet fides (ut Ciceroni in .1. Officiorū placet) aperte dicatur: quia fiat quod dicit: tn̄ id coarguit q̄ & fides eſt chorda inſtrumēti muſici. Poteſt tamen ſyncerum dici quod integrum eſt & non fraudatum; ſicut mel cum cera & fauo. Vnde per tranſlationem fides ſyncera, & amor ſyncerus, & mens ſyncera dicitur: quaſi ſolida, integra, & nequaq̄ fraudata: neq; fucata, ſiue adulterata: ut ſolent res non ſinceræ: idest non integræ adulterium quid in complementum recipere.

Syncerum. Cap. xxxvii.

Syncerū | Cera

Syncerum, Donatus inquit, quaſi ſine cera mel ſimplex purū, & ſine fuco: imo cum cera potius. Syncerū a ſyn componitur, non a ſine: quæ nunquā compoſitionem admittit: quod ipſa etiam ſcriptio declarat quæ y habet, non i. Eſt enim ex duobus græcis: ex ſyn, & cera: quæ ab illis dici tur κηρος: uel a σύνκηρος conuertimus. Quo magis uenuſta, atq; apta eius auctoris etymologia eſt: indicatur etymologiam plerūq; fallacē eſſe: quia ſignificatio hæc nō ita abſoluta, & uera eſt. Quid uenuſtius, atq; aptius dici poteſt: fidem ideo uocatam: quin fiat, quod dicitur? q̄ etymologiam mendacem eſſe declarat: qd hoc nomen chordam inſtrumenti muſici ſignificat. Et tamen licet dicere ſyncerum, quaſi cum cera mel, quod integrum eſt, & ſolidum, & nulla ſui parte fraudatum: ut ſi diuidere fructum cōmunium aluearlorum cum ſocio uelim: partemq; tantum mellis aſſignem: nimirū non ago ſyncere: quia ſine portione ceræ mella dedi.

Epitome capitis xxxviii.

ASCEN. MVLIER proprie eſt fœmina a uiro cognita: ſed generaliter dicitur etiam de uirgine atq; incorrupta: ut de diua uirgine in Euangelio. Raro tamen niſi de nubili atq; ea, quæ uiri potens uideatur.

RIDICVLA autem eſt eorum etymologia: qui mulierem dicunt mollem aerem: & propterea interdum penultimā corripere: q̄ ubi ſit non docent: neq; minus ridenda eorū qui dicunt mulierem dictā q̄ mulceat æs: atq; ita ut æs æris penultimam producere: ſicut apud Lactantium. Siue uirum ſoboles: ſiue eſt mulieris origo. Sed ut de origine taceamus. Certum eſt potius pro corrupta accipi: cum mulieroſum dicamus hominem nimis affectum ad mulieres præſertim ob rem ueneream.

Mulier. Cap. xxxviii.

Mulier

Mulieris appellatione, Caius inquit, etiam uirgo uiripotens continet. Vlpianus autem quodam loco ita ait. Quod ſi ego uirginem emere putarem: cum eſſet mulier: emptio nō ualebit. Hic mulierem appellat: quæ uirgo nō eſt. Et Vlpiani quidem locutio recta eſt Ciceronis teſtimonio: qui obiurgantibus, quod ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet: Cras mulier erit, inquit. Sed Caii quoq; definitio locum habet aliquando. ut ſi quis uidens decē fœminas, quarum aliqua uirgo ſit: ætate tamē, qua poſſit mulier eſſe: dicat uidi decem mulieres. Quomodo etiam in Euangelio dicitur. Quid mihi, & tibi mulier? Sed e græco ſumptum eſt. γυνή. Quo ſignificatur uel fœmina, uel mulier. Idē quoq; Vlpianus inquit. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit: ſanam non uideri conſtat. Eandem dixit & mulierem, & non mulierem: primum pro ea, quæ eſt fœmina: ſecundū pro corrupta.

Epitome capitis xxxix.

ASCEN. MVNVS (de cuius deſcriptione inter iuriſconſultos cōtrouerſia ab auctore noſtro indiſcuſſa eſt) ut Feſtus & Varro ſentiunt: eſt interdum donum mutuo animo datum officii gratia: unde per diminutionem munuſculū dicimus. Eſt præterea officium & onus: quod ex officio ſubire tenemur. Vnde munera ſeu munia (ſic enim Hora. uocat) militaria: & munus: idest onus & officium debitum militum. E diuerſo immunis ocioſus, & ſine munere. At contra municeps: munus capiens: ex uicino Romæ oppido ciuis: qui quia onera militaria ſubirent iure Latio & etiam ciuitate Romana donabatur. Municipium autem eſt ubi municipes cohabitant oppidum. Ius Latium erat quo magiſtratus atq; officia Romæ petere poterant. Præterea munera dicuntur aliquando ludi publici. Vnde Cicero ad Curionem: Nempe non defuit ſtudium declarādorum munerum: idest ludorum. Donum aut

Munus | Munia | Immunis | Municipium | Cicero

tem quidam uolunt gratis cōferri:& eſſe ſpeciem:munus uero genus.alii contra:utrunq; negat author aſſerens etiam nullum donum ſine cauſa eſſe.

℄ Munus. Cap.xxxix.

Munus

MVnus, Paulus inquit, tribus modis dicitur:uno,donum:& inde munera dici,dari,mittiue:altero onus:qđ cum rem ittitur:uacationē militiæ muneris,qđ præſtat:ide imunitatem appellari:tertio officium:unde munera militaria:& quoſdā milites munificos uocari. Igiť municeps dici:qđ munera ciuilia capiant.

Municeps

Idem alibi. Municipes intelligēdi ſunt & hi,qui in eodem municipio nati ſunt. Vlpianus. Municipes quidem ꝑprie appellanť muneris participes recepti in ciuitatem:ut munera nobiſcū facerent. Sed nūc abuſiue municipes dicimus ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues:utputa Cāpanos, Puteolanos. Pomponius ita ait. Munus publicum eſt,officium priuati hominis:ex quo cōmodū ad ſingulos,uniuerſoſq; ciues,remq; eorum imperio magiſtratus extraordinarium peruenit. Marcus autem ſic. Munus proprie eſt, quod neceſſaria ſubimus lege,more,imperioue eius,qui iubēdi habet ꝑtāté.

Dona

Dona aūt ꝑprie ſūt,quæ nulla neceſſitate iuris officio,ſed ſpōte ꝑſtātur:q̄ ſi nō ꝑſtentur:nulla reprehenſio eſt:& ſi præſtentur:plerunq; laus ineſt. Sed in hoc uentum eſt:ut non quodcunq; munus,idemq; donum accipiatur: at quod donum fuerit:id munus recte dicatur.

Quomodo hi inter ſe iuriſconſulti conueniant:& an aliquid deſit alicui horum, Accurſius cum Bartholo, Baldoq; conſultet:dūq; mihi(ut more ipſoꝝ loquiamur) ambo tres reſpondeant affirmanti quod Marcus ait:donum eſſe ſpeciem:munus uero genus; Idem contrarium eſſe uerbis Vlpiani dicentis. Inter donum, & munus hoc intereſt:quod inter genus,& ſpēm. Nam genus eſſe donum Labeo ait à donando dictum:munus ſpeciem. Nam munus eſſe donum cum cauſa:utputa natalitium nuptiarum. Hic meam non interpono ſententiam:ne illos triūuiros doceam cōtra me reſpondere. Quod ſi me utiq; ſequi uolent:reſpondeant:neutrum uerum dicere. Nam neq; genus, nec ſpecies in hęc duo nomina cadit:& nullum mihi uidetur donum ſine cauſa eſſe.

℄ Epitome capitis xl.

ASCEN. ℄ PECVLIVM: eſt quicqd labore nřo partū eſt in qualcūq; perſona:licet in ſeruis iura uelint dn̄oꝝ accedere cōſenſum. Item quicqd ꝑprie alicuius eſt:unde qa ſeruis & filiiſfamilias nihil ꝑprium eſt,niſi & dn̄oꝝ & patris cōſenſu:aut caſtrenſe lucrū:a militia partū:ideo peculiariter.i.ſpecialiter:id peculium uocamus. Nā peculiaris.i.ad peculium ꝑtinens accipiť pro ꝑprio & ſpāli. Peculiatus aūt eſt furtū rei:ad ipſam rēpub: uel ad puentus principis ſpectātium. Inde depeculor: quod quidam ad ſacrilegium etiam transferunt.

℄ Peculium. Cap.xl.

Peculiū

PEculium, Pomponius inquit, eſt non id,cuius ſeruus ſeorſum a domino rationē habuit:ſed quod dominus ipſe ſeparauit, ſuam a ſerui rationem diſcernens. Peculium, Celſo referēte, Labeo ſic definiuit. Eſt, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatim a rationibus dominicis habet:deducto inde,ſiquid domino debet. Idem alio loco. Paterfamilias peculiū habere non poteſt: quemadmodum nec ſeruus bona. Ex his uerbis apparet:nec dominum habere peculiū poſſe:& ſolum ſeruum habere. At idem Pomponius, & Celſus aiunt:unde colligi poſſit etiam non ſeruum, ac dominum poſſe habere peculium. Pomponius enim ita ſcribit.

Caſtrenſe peculium

Caſtrenſe peculium eſt,quod a parentibus, & cognatis in militia degēti donatum:uel qđ ipſe filius in militia acquiſiuit:quod,niſi militaret:acquiſiturus non fuiſſet. Nam qđ erat ſine militia acquiſiturus:id peculium eius caſtrenſe nō eſt. Celſus autē ſic. Et audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes:pecuniam ſine peculio fragilem eſſe:peculium appellantes,qđ præſidii cauſa reponeretur. A quo non diſſentit Vlpianus dicens. Peculium dictum eſt:quaſi puſilla pecunia:ſiue patrimonium puſillum. Quid ergo inter has definitiones ſequamur,multiplices,& inter ſe propemodum contrarias:cum præſertim Feſtus ita ſcribat? Peculium ſeruoꝝ eſt a pecore dictum:ſicut & pecunia nobilium. & Seruius grāmaticus. Peculium patrimoniū:ita enim maiores dicebant a pecoribus:in qbus eoꝝ conſtabat uniuerſa ſubſtantia. unde etiam pecunia dicta eſt a peculio:qđ proprie tantum ſeruoꝝ, & peculium dicimus:licet & abuſiue pro patrimonio. Ipſe uero tanq̄ arbiter onerarius hanc rem diiudicabo: & qdem breuiter. Peculium eſt,quicquid labore noſtro paratum eſt in quacūq; perſona:licet in ſeruis iura uelint dn̄oꝝ accedere cōſenſum. Et ita ſenſiſſe Virg. ſentio in ea parte,quā exponit Seruius. Nec ſpes libertatis erat:nec cura peculi: & Horatium: Rē poteris ſeruare tuā:reddit uncia quid ſit Semiſ ad hæc aīos ærugo,&,cura peculi. & Ciceronē in paradoxis. An eoꝝ ſeruitus dubia eſt:qui cupiditate peculii nullam conditionē recuſant duriſſimiæ ſeruitutis? Et illos quoq; ruſticos ſenes:de quibus Celſus meminit:pecuniā ſine peculio fragilem eſſe:ideſt ſine lucro induſtria parto. Nam cur habenti pecuniam maior ſpes præſidii collocetur in puſillo,qđ repoſuit,q̄ in ipſa pecunia:cum ꝑſertim peculium ſit pars pecuniæ:aut quomodo præſtare poſſit, repoſita

illa pecunia,ne cętera dilabatur? Vel peculium
eſt,quicquid proprie alicuius eſt. A peculio fit
peculiaris adiectiuum peculiaris pro re ad peculium pti/
nente,ſiue peculii ꝓpria. Sed in uſum iam rece
ptum eſt pro ꝓprio,ſiue ſpeciali. Quintilia. lib.
viii. Quod cõe eſt aliis nomen intellectuali
cui peculiariter tribuit:ut urbẽ romam:& ue/
nales nouitios:& corinthia æra:cum ſint urbes
aliæ quoqꝫ:& uenalia multa:& tam aurum,&
argẽtum,q̃ æs corinthium. Idẽ in undecimo.
Ambulantẽ loqui ita demũ oportet:ſi in cau/
ſis publicis,in q̄bus multi ſunt iudices:qđ dici/
mus:q̃ſi ſingulis iculcare peculiariter uelimus.
Et in ſexto. Pabulũ impẽdamus huic quoqꝫ
Peculatus peculiarius opæ. Peculatus furtũ reꝝ ad ipſã
rẽpub. uel ad ꝓuentus principis ſpectãtium: ſi/
cut ſacrilegium reꝝ ſacraꝝ. inde depeculor:qđ
quidam ad ſacrilegium etiam transferunt.

Epitome capitis. xli.

ASCEN. Ager Aruum ACER cõtinet fundũ:nec cõtinet ab eo.nihilqꝫ ꝓhibet agrũ:cũ uilla quæ domus ruſtica eſt eſſe: qa ſenatores multi in agris uixiſſe legunt:ſed uero ſimile eſt ꝙ non ſine uilla. Aruum differt ab agro:qa aruũ ſemẽti datur:ab arãdo dictum. Fundus igit quiddã minus eſt q̃ ager. Nã prata,uineę,horti, & arboribus tã fertilibus q̃ ifertilibus loca cõſita:itẽ paſcua, nemora,loca aucupatoria,uenatoria,piſcatoria, ſiue uillã, ſiue q̄duis aliud ædificiũ hẽant, ſiue non:fundi ſunt in agro q̄dem. In urbe aũt,oppido,caſtello,uico,tm̄modo prędium eſt. Fundus enim ſpẽs eſt p̄dii. Nã fundus eſt poſſeſſio ruſtica: prædium aũt poſſeſſio q̄lis iam deſcripta eſt,& ruſtica & ur/bana:dico qualis deſcripta eſt:qa poſſeſſio ẽt tabernas,hoſpi tia,horrea:& ſimilia ẽt in urbe continet. Fundum aũt eſt ima pars rei ꝓprię aliqd liqdum itra ſe cõtinentis:aut ad cõtinẽ dũ factæ:ut eſt doliũ,nauis,& alueus fluminis, lacus,ſtagni, aut maris. Nã fundũ turris pro fundamẽto auctor nõ diceret ꝙ aliud eſt fundũ q̃ fundamẽtum:& tñ fundati ad fundamen tum magis q̃ ad fundũ ꝑtinet. Fundamus enim domũ: cuius eſt fundamẽtum:nõ nauẽ cuius eſt tñ fundũ. Fundamentare enim nõ repit: & fundare rarius niſi ꝑ trãſlationẽ pro firma re & ſtabilire & ualidis fundamẽtis fulcire. Nã pro eo qđ eẽt fundamẽtare dicimus fundamẽta iacere: itelligiturqꝫ de qua libuſcũqꝫ fundamẽtis:& ſæpe per trãſlationẽ ſignificat quo/dãmodo dare rei principiũ. Negat uero auctor repiri genere maſculino hic pũctus:quo philoſophi utunt. Pũctũ aũt dici pro breuiſſimo tẽpuſculo qđ eſt:neqꝫ tñ pro eo dicet momen tum qđ breue quidẽ:ſed nõ breuiſſimum tempus importat. Immo philoſophi pũctum diceręt non eſſe quãtitatẽ: ſed principium quãtitatis continuę. Et(ut recitat Manci.)etiam hic punctus reperitur. Verba Manci. ſunt: Punctus g.m. apud Pli. legitur. Is enim lib. 2. ca. 70. ita ſcribit. Hæ tot portiones terræ:immo uero(ut plures tradidere)mundi punctus. Neqꝫ enim eſt alia terra uniuerſi.hæc materia gloriæ noſtræ:hæc ſedes:hic honores gerimus:hic exercemus imperia:hic opes cupimus &c. Nonius Marcel. in primis uocibus: Stigmatias ueteres punctos in notis dici uoluerunt.

Fundus. Cap. xli.

Fundus FVndus, Vlpianus ita finit: locus eſt,
nõ fundus:ſed portio aliqua fundi.
Fundus aũt aliqđ integrum eſt. Ple
runqꝫ fundus ſine uilla accipimus.
Ager Idem alibi. Ager eſt locus:qui ſine uilla eſt.
Modeſtinus uero ſic. Quæſtio eſt: fundus a
poſſeſſione,uel agro,uel prædio,qđ diſtet? Fũ/
dus eſt omne,quicquid ſolo continet. Ager eſt
ſpecies fundi:quę ad uſum hominis parat. Poſ/ Poſſeſſio
ſeſſio ab agro iuris ꝓprietate diſtat. Quicquid
enim app̄hẽdimus: cuius proprietas ad nos nõ
pertinet:aut nec poteſt ꝑtinere:hoc poſſeſſionẽ
appellamus. Poſſeſſio ergo uſus:ager ꝓprietas
loci eſt. Nam & ager,& poſſeſſio huius appel/
lationis ſpecies ſunt. Florentinus. Fundi ap/
pellatione omne ædificiũ,& oĩs ager continet.
Sed in uſu urbana ædificia,ædes, ruſtica uilla
dicunt:locus uero ſine ędificio in urbe area:in
rure autem ager appellat. idemqꝫ ager cũ ædi/
ficio fundus dr. Ecce diuerſæ iuriſconſultoꝝ
ſententiæ,cum in aliis,tum in hoc:quod Vlpia
nus ait:plerũqꝫ fundum eẽ ſine uilla. i. ſine ædi/
ficio:Florentinus autem agrũ cum ædificio eẽ
fundum. Modeſtinus obſcure expõnit: agrũqꝫ
definiens cum neutro alioꝝ cõcordat:ſed ridi
cule a poſſeſſione diſtinguit:ne dicam imperite
loquens de poſſeſſione:qñ ſignificat qualitatẽ:
non qñ ſubſtantiam. perinde ac ſiquis dicat de
uirtutibus,ac uitiis loquẽs. Prauum,& malum Prauum
ſic differunt:qđ prauum eſt qđ nõ recta rõne & Malum
uia fit. praua enim appellant,quæ non ſunt re/
cta:ut lignum prauũ. malum uero poni genus
eſt. Quid hoc foret dictu ineptius? ubi de qua
litatibus,de actionibus agitur: digredi ad ſub/
ſtantiam:quæ ad rem non ꝑtineat? ita hic cum
de fundo,cum de agro, de prædio, de poſſeſ/
ne diſputat:non de ea ſignificatione poſſeſſio/
nis loquitur:qua proprietas intelligit: ſed qua
actio poſſidendi,ſiue qualitas. Quod ſi ita eſt:
quid affinius habet poſſeſſio ad fundum, agrũ,
prædium:q̃ ad nauem,equum,ueſtem? Harum
naqꝫ rerum ita poſſeſſio eſt:ut illaꝝ. Sed non de
huiuſmodi poſſeſſione loquẽdũ erat:quæ præ/
ſertim nõ eſt(ut ipſe ait)ſpecies prædii,uel fun
di. Prædium enim,fundusue,ꝓprietas eſt:quo/ Prædium
rum utrũlibet ſi nomen generale eſt: ad poſſeſ/
ſionem profecto non uſus,ſed proprietas dicen
da Modeſtino poſſeſſio fuit. Sed quid facias?
ipſe aliter poſſeſſionem non definit. Quod ſi
quis dubitet: an poſſeſſio ꝓprietas ſit: accipiat
præter ipſorum iuriſconſultorum etiam Cice/
ronis, & Quintiliani teſtimonia: quorum al/
ter in paradoxis ita ſcribit. Etenim ſi iſti cal/
lidi æſtimatores prata,& areas magni æſtimãt
quod ei generi poſſeſſionum minime noceri po
teſt. Nõ de uſu uidelicet locutus eſt Cicero.
Cui certe noceri poteſt:ſed de ꝓprietate. Alter
in ſexto de oratoria iſtitutione. Patris eius dia
logos dedit legendos: quoꝝ cum in Priuernati
unus,alter in Albano:tertius i Tyburti ſermo/

nem habitum complecteretur: requirebat ubi
eſſent eæ poſſeſſiones? Omnis autem illas Bru
tus uendiderat. Nemo interrogat, ubi eſt uſus
prædiorum: ſed ubi proprietas: nemoq; uſum uen
didit ſed ꝓprietatem, aut uſumfructum. De præ
dio autẽ Vlpianus ita ſcribit. Prædia urbana
oía ædificia accipimus: nõ ſolum ea, quæ ſunt
in oppidis: ſed etiã ſi forte ſtabula, aut alia meri
toria in uillis, & in uicis: uel ſi prætoris uolupta
ti tm̃ deſeruientia: qa urbanum prædium nõ lo
cus facit: ſed materia. Proinde hortos quoq;, ſi
qui ſunt in ædificiis cõſtituti: dicẽdum eſt in ur
banorum appellatione cõtineri. Plane ſi plurium
horti in redditu ſunt, uinearii forte, uel holito
rii magis: hæc nõ ſunt urbana. Etiã de prædio
ſicut de fundo iuriſconſultorum cõtrouerſia eſt.
Nec mirũ: cum nemo non hẽat ſuam de rebus
qbuſq; uerbis ſniam. Sed de poſterioribus, qui
ex operibus illorum excerpſerũt: miror cur hæc
indiſcuſſa reliquerũt. Id (ut ego, qd ad me atti
net, faciam) ita ſentio. Agrum cõtinere fundũ;
non contineri a fundo: nihilq; prohibet eũm cũ
uilla eſſe. Erant in agris ſenatores: & uixerunt
multi nobiliſſimi philoſophi in agris, non ſine
uilla, & habitatione. Differtq; ager ab aruo: qd
aruum ſementi datur. Saluſtius. quia Numi
dæ pabulo pecoris magis, quã aruo ſtudent.
Quintilianus. Pauper, & diues in agro uicini
erant iunctis hortulis. Et mox. Sed ex omni
pte circuniectus diuitis ager uix tenuẽ ad greſ
ſus meos ſemitã dabat. Quid agimus inquam?
Vndiq; uallo diuitiarum clauſi ſumus: hic hortuli
locupletis: hinc arua: inde uineta: hinc ſaltus.
Fundus (ut dixi) minus quiddã eſt. Singula enĩ
prata, ſingulæ uineæ, ſinguli horti, ſingula oli
ueta, pomaria, ſalicta, arbuſta, paſcua, nemora,
loca aucupatoria, uenatoria, piſcatoria, ſiue uil
lã, atq; ædificiũ, ſiue piſcinã, ſiue aluearia, ſiue
uiuaria hẽant: ſiue nõ hẽant: ſinguli fundi ſunt:
& hoc qdẽ ĩ agro. in urbe aũt, ſiue oppido, ſiue
uico, ſiue caſtello, tm̃modo prędium eſt, qcqd
tale eſt: qualia hæc, quæ enumeraui. nãq; eadẽ
in agro etiam prędia ſunt. Fundus enim ſpecies
prædii eſt. Itaq; fũdus eſt poſſeſſio ruſtica: præ
dium, & ruſtica, & urbana duntaxat poſſeſſio,
qualem deſcripſi. Nã uidet poſſeſſio ſignifica
re etiã tabernas, hoſpitia, horrea in urbe. Cice
ro in Philippicis poſſeſſiones uocabat & urba
nas, & ruſticas, puto nõ tm̃ prædia, ſed cætera,
quæ uulgo immobilia appellant. Addamus ad
hæc aliqd ad hoc fundum: qd an a fundo fun
das, an potius fundo a fundũ, ſiue a fundus ue
niat, ambigi põt. Quidam fundus a funda dici
uolunt. Cicero in quodã ioculari libello. Fun
dum uero uocat: quẽ poſſit mittere funda: Ni
lapis excidet qua caua funda patet. Niſi hæc
ſnia ſit: tam paruum illum fuiſſe fundum: ut fun
da prehendi, & in morẽ lapidis iaci poſſet. Fun
dum igit eſt ima pars rei proprie aliquid locorum
intra ſe cõtinentis: aut ad cõtinendum factæ: ut
dolium: aut nauis: ut alueus uel fluminis, uel la
cus, uel ſtagni, uel maris: nam fundam turris (ut
quidã ſcripſerunt) ipſe nõ dicerem. fundamen
tum (ut oibus liquet) aliud eſt, q̃ fundum; & tñ
fundare magis ad fundamẽtum, q̃ ad fundum
pertinet. Fundamus enim domũ, non nauem. ut
Virgilius. Ille urbẽ Argirippã patriæ cogno
mine gentis Victor Gargani fundabat Hyapi
gis aruis. Nam fundamẽtare non reperit nec
fundare qdem eſt ſane frequens, niſi per trãſla
tionem. Quintilia. in gladiatore. Hãc funda
tam paternis, auitiſq; opibus domũ exhaurit.
Eſt enim frequẽtius iacere fundamẽta, etiã per
trãſlationem. ut idem lib. i. Nã inde & contẽ
ptus operis naſcit: & fundamenta iaciunt im
pudentiæ. &, qd eſt ubiq; pretioſiſſimum: præ
uenit uires fiducia. Et Cicero. In quo tẽplo,
quãtum in me fuit: ieci fundamenta pacis. Si
ne tranſlatione. Suetonius de uita Caii. In area
capitolina nouæ domus fundamẽta iecit. Cæ
terum hoc differt fundare, & fundamenta iacere:
qd fundare eſt ualidis fundamentis fulcire: fun
damẽta uero iacere, quaſi qualiacũq; fundamẽ
ta facere: & quodãmodo dare rei principium.
Nec uero ſicut reperit fundus, & fundũ: ita re
perit punctus, & pũctum: errantq; philoſophi:
cum punctus, & linea dicunt. nam de pũctum,
qd eſt breuiſſimum tẽpus: nulla lis eſt. ut Teren
tius in Phormione. Tum tẽporis mihi punctũ
ad hanc rem eſt. Pro eo autem ſenſu, in quem
utunt philoſophi. Cicero pro Plancio. Nam
qd queſtus eſt: te plures teſtes hře de Voltinia,
q̃ quot in ea tribu pũcta tuleris. Quidã momẽ
tum pro eo ſignificató accipiunt, cuius eſt pun
ctum: tñ aliter eſt. Breue enim tẽpus per hoc ſi
gnificatur: nõ breuiſſimum. Horatius. Quid
enim concurritur horæ momento.

Margin notes: Prędia urbana; Ager; Aruum; Fundum; Fundamẽtum; Punctus. Punctum; Momẽtũ

℞ Epitome capitis xlii.

℞ HAEC noualis (quia ſubauditur terra) aut hoc nouale (quia ſubauditur aruum: aut abſolute in neutro genere) eſt ager qui intermittitur, & ceſſat interpoſitis annis. Seritur enĩ alternis non continuis annis: ab inouando dictus. aut aruum nouum: quod iam primum proſciſſum eſt eruta atq; eradicata, quæ inerat ſylua. ASCEN.

℞ Noualis. Cap. xlii.

NOualis, inqt Paulus, eſt terra pſciſſa: quæ anno ceſſat: quam Græci νεῖον uocãt. In quo auctoritatẽ Varrõis ſecut' uidet, dicẽtis: Ager reſtibulus, (Noualis)

qui reſtituitur, ac reſeritur quotannis: cõtra qui intermittitur ia nouãdo noualis ager. Et Plinius ait. Nouale eſt qd alterius annis ſerit. Idem quoq; ſentire uidet Põpeius Feſtus: qui dicit. Noualis ager nouæ relictus ſeméti. Sunt qui uelint nouale eſſe aruũ tunc primũ ad ſemétem pſciſſum, quorũ eſt Seruius: qui inquit. Dicimus & has nouales, & hæc noualia: pprie nouales tunc primũ arua pſciſſa: qd ita ſenſiſſe Virgilium palá eſt in illo uerſu. Impius hæc tã culta noualia miles habebit. Ineptũ erat deplorare agrũ a barbaris poſſideri: qd nõ eſſet reſtibulus; ſed qd anno interquieuiſſet. Deplorabat igitur agrũ: in quo inſtruendo magnope laboraſſet: & nouitate ipa pter cæteros uberiorẽ datum iri in manus alienas, & barbaras, & impias. Quod etiam & ſentit, & declarat in milite Mariano Quintilianus. Mox ingẽtibus lacertis humũ fodere ſegnẽ futuris noualibus: eruere ſyluas. Hieronymus ẽt in hũc ſenſum definit dicens. Nouale eſt ager nũc primũ pſciſſus. Sed Virg. in ſenſum priorẽ accipit: cũ inqt. Alternis idẽ tõſas ceſſare nouales: Et ſegnem patiere ſitu dureſcere cãpũ. lõgi Serui. alibi ait. Nonalia. i. noua terra: quæ p ſingulos ãnos renouat p ſemĩa.

Epitome capitis. xliii.

ASCEN. LIBER & uolumen interdũ accipiuntur pro quouis magno codice: etiam ſi multos partiales libros contineat: interdum pro ipſis partialibus libris: poteſtq; uolumen adhuc minus cẽſeri q̃ libellus cum legat in libellos diuiſum.

Dictum eſt a uoluẽdo: ſicut liber a libro. i. interiore corticee quarũdam arborũ: in quo ueteres ſcriptitabãt: & cõdex idẽ eſt qd caudex. i. truncus: in quo libri. i. cortices multi ſunt: ſicut in magno ope multi libelli. Codice pro cãodice, ſeu trũco accepit Iuuenalis dicens: Reſidens in codice pellex.

Quid ſint libri: quid uolumina. Cap. xliii.

Libri

SI cui, Vlpia. inqt, cẽtum libri ſunt legati: cẽtum uolumina ei dabimus: nõ cẽtum, quæ ingenio ſuo meticus ſit: quæ ad libri ſcripturã ſufficerent: ut puta cum hẽret Homerũ totũ in uno uolumine: non quadraginta octo libros cõputauimus: ſed hoc unũ Homeri uolumẽ pro libro accipiendũ eſt. Vlpianus, Homeri opus nunc unũ librum, nũc. xlviii. libros noiat: nec tñ ait: librũ duo ſignificare: ipm opus, & certã operis partẽ. Præterea opus, ſiue opa Homeri librũ appellat, & uolumen: quorum utrũq; inauditũ eſt. Virgilii Aeneis nõ liber eſt, ſed. xii. libri. Georgica non ſũt itẽ liber, ſed libri quattuor. Bucolica unus liber eſt: idẽq; unum uolumẽ: Georgica q̃ttuor uolumina: Aeneis duodecim. Ouidius. Sunt mihi mutatæ ter quinq; uolumina formæ. Sed quid exẽplis agimus: cũ nuſq̃ plura afferri poſſint? At Vlpia. putat, ẽt ſi oĩa opa Didymi, quo nemo plura ſcripſit: in unũ codicem cõglutinarent: unum tñ debere uolumen appellari: qd nemo nec poſſet euoluere: nec ferre uellet. eſt eni uolumẽ, uel a uolo: qd in libris uoluntas appareret: uel, qd magis ſequerer: qd uoluit. quales libros hodie hebræi quoſdã hñt: qualeſq; in ueteri, & nouo teſtamẽto lectitamus fuiſſe. et Romani, qui in libris arborũ. i. corticib9 ſcribebãt: qd libellos illos, quos ferrent, cõmodius cõplicabant: uolumina forte appellauerũt. Itaq; uolumina libellis ſimiliora fuerũt, q̃ libris. Quod ex eo quoq; loco apparet: ubi Plinius de libris auũculi loquens ait. Libri tres in ſex uolumina pter amplitudinẽ diuiſi. quaſi dicat in ſex minores libros: ut ſint uolumina aliquãto minora, q̃ libri. qd etymologia quoq; nõ nihil pbat: ut oſtẽdi. unde adhuc durat uerbũ euoluere libros, pro eo qd eſt, apire libros lectitandi grã: quaſi rem cõplicatã explicare: queadmodum euelare eſt rem uelatam detegere. niſi dicimus uolui libros pter numerũ paginarũ. Accipitur autẽ nũc euoluere libros, ſiue auctores, pro eo, qd eſt, lectitare. Nec inficias eo: libros accipi pro codicibus: et in ſingulari librũ pro quolibet magno codice: ẽt ſi is cõtineat Iliada, & Odyſſeã: ut: tenet rex manu librũ: & is ſit Homerus: non tñ recte dicas: tenet librum Homeri.

Volumen

Euoluere libros

Epitome capitis. xliiii.

ASCEN. PROBRVM, ideſt dedecus. Dedecus aũt eſt crimen, & ignominia atq; iſamia. Opprobriũ uero exprobratio atq; conuitium quaſi pbrum factum. Eſt quoq; id facto & uerbo. Reperitur aũt pbrum aliqñ pro opprobrio: ſed rarius. A probro uenit exprobro: quod eſt qualẽcunq; culpã impropero, aut ingratitudinẽ: unde addi ſolet id quod exprobrat. Imputare autem eſt frequẽter citra rephenſionem: ſed uix Ciceroni notum uerbum poſterioribus notiſſimum eſt: interdũ idẽ quod computare: pro quo etiam reputo reperitur.

Probrũ, opprobriũ, exprobar, iputar. c. xliiii

Probrum Opprobrium

PRobrum, & opprobriũ, Vlpia, inqt, idem eſt. Probra quædã natura turpia ſunt: quędam ciuiliter, & q̃ſi more ciuitatis improba: utputa furtum, adulteriũ, natura turpe. eniuero tutelæ dãnari, hoc non natura pbrũ eſt: ſed more ciuitatis. nec eni natura pbrum eſt, qd põt etiã in hoiem idoneũ incurrere. Vlpianus pbrum accipit pro infamia tantũ: qualis eſt ex furto, uel ex male geſta tutela: nõ pro flagitio: qd principale ſignificatum eſt. Nã pbrum idem eſt, qd dedecus: qd duo ſignificat: unũ, qd eſt crimen: ut Quintilia. ſtatim in pricipio declamatiõis pro milite Mariano inqt: Satis dedecoris, atq; flagitii caſtra ceperũt: alterum: quod eſt ignominia, atq; infamia: quod notum eſt. Similiter accipitur probrum pro crimine: ut idem lib. i. Iam ſi minor in eligendis cuſtodum, & præceptorũ moribus fuit cura: pudet dicere in quæ probra nefandi

Dedecus

homines iſto dicendi iure abutant. Pro ignominia Liuius lib. v. His freti occurſant portis ingerũt probra: ægre abſtinẽt quin caſtra oppugnent. Quæ duo noĩa tanq̃ ſimillima eodem loco Cicero coniunxit in Catone maiore. Mihi uero, & Flacco neutiq̃ ꝓbari potuit tam flagitioſa, & tam pdita libido: qua cum ꝓbro priuato coniungeret impii dedecus. Præterea ne ſimile qdem eſt ſane probrum opprobrio. Nõ enim latine dixiſſet Cicero: qua cũ opprobrio priuato cõiungeret & imperii dedecus. Quẽadmodũ in Saluſtium dixit. Itaq; timens ne facinora eius elam uobis ẽnteum oĩbus matribusfamilias ueſtris opprobrio eſſet: cõfeſſus eſt nobis audiẽtibus adulterium. Eſt aũt opprobrium aliqñ facto: ſed frequentius uerbo. Nam Saluſtius (ut uult Cicero) uł ex eo, quod fœminis, qbus cum habuiſſe uſum ſe erat notum: uel qd ipſe illis uulgo in pudicitiam obiiciebat opprobrio erat. Horatius. Sic teneros a'ios aliena opprobria ſæpe Abſterrent uitiis. Quintilianus. Mõ maledictis, opprobriiſq; uulgi, mõdo crebra riualium contentione pulſatus, abigi tñ, compeſciq; non poſſet. Opprobriis dixit quaſi exprobrationibus, atq; conuitiis. Et alibi. Solebat indignatio ueſtra cõuitia noſtra ferre nõ poſſe: & matronalis indignatio dicere uidebat, non parcis erga me marite uerbis: nullã hẽc noſtri tuus ſermo reuerẽtiam: facile prumpis in opprobria: facile qdlibet obiicis. Pro eodem fere poſuit opprobria, & conuitia. Nec inficias eo non nunq̃ hoc modo accipi pbrum: ut Liuii pximum exẽplum: & Ciceronis ad Atticum. Epłas mihi legerũt plenas oĩum in me pbroꝝ. Sed de hoc ſignificato Vlpia. nõ intellexit. A probro unum uerbum cõponit qd eſt exprobro: qd ſignificat tum qualẽcunq; culpã improperare: ut apud Ouidium lib. xii. metamorphoſeos. Sic bene Tydides qui noĩe ſæpe uocatus Corripuit: trepidoq; fugã exprobrauit amico: tum ĩgratitudinis: ut Teren. in Andria. Nam iſtæc cõmemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris bñficiũ. Sed pro hoc ſignificato frequẽter nõ uitii alieni nomẽ apponimus: frequenter etiã nomẽ ñri meriti. Cice. de amicitia. Quoꝝ pleriq; aut quærunt ſemp aliquid: aut ẽt exprobrant: eoq; magis: ſi hẽre ſe putant, qd officioſe, & amice, & cũ labore aliquo ſuo factũ queant dicere. Odioſum ſane genus hoĩum officia exprobrãtium. Exprobrare ergo bñfacta ſua eſt immemorem bñficii accepti iculpare. Imputare uero frequẽter citra rephenſionem. qd an apud Ciceronẽ ſit, neſcio. In poſterioribus uero crebetrimũ eſt. ut Quintilianus. Neq; ergo gratiſſimum patrem ſupma ſua inueni laſtaſſe crediderim: qd hęredẽ filium ſcribſeret. nõ eſt res, quæ imputet. Et alibi. Imputas nobis propicios uentos, & ſm mare, & ciuitatis opulẽtæ liberalitatem: quæ tm frumenti uendidit: quantum duobus populis ſatis eſſet. Imputare nõ nunq̃ pro cõputare. Caius. Qua ratione placuit legata, quæ legatarii non capiunt: eũ apud hæredẽ ſubſederint: hęreditario iure apud eos remanere intelligi: & oĩ quadranti imputanda. Marcus. In quarta hæreditatis, quã per legem falcidiam hæres hẽre deberet imputant res: quas iure hæreditario capit: nõ quas iure legati, aut fideicõmiſſi, uel implendæ cõditionis cauſa accepit. Nã hæc in quarta non cõputant: ſed in fideicõmiſſaria hæreditate reſtituenda: ſiue legatũ datum ſit hæredi: ſiue pcipere: ſiue deducere, uel retinere paſſus eſt: ei imputant. Reputare quoq; in idem ſignificatũ. Vlpianus. Præterea ſi matrem aluit pupilli tutor: putat Labeo imputare eũ poſſe. Sed eſt uerius: nõ, niſi perq̃ egenti dedit, imputare eum oportere. Deinde. Sed & ſi ſeruis cibaria pręſtiterit, uel libertis, ſcilicet rei pupilli neceſſariis: dicendũ eſt: eſt reputatũ. Ideq; eſt & ſi liberis hoibus: ſi tñ ratio præſtãdi iuſta intercedat. Itẽ. Sumptus litis tutor reputabit, & uiatica: ſi ex officio neceſſe habuit aliquo exire, uel proficiſci.

Exprobrare Imputare

Reputare

¶ Epitome capitis xlv.

¶ ADVLTERium ꝓprie in nupta cõmittit: ſtuprũ in uirgine uiduaue, aut etiam nupta. Eſt enim coitus lege uetitus: qui duplex eſt: unus cum nupta, aut puero, aut cum ſanguine coniunctis: aut cũ ſanctimonialibus: quæ duo poſteriora potius inceſtum uocamus. Alter cũ uim afferimus cuilibet pſonæ etiam ancillæ. Vnde ſtuprare per uim corrũpere. Stupratorq; maſculoꝝ eſt uiolentus corruptor & ſubactor. Pædico aũt pathicoꝝ uolentium ſubigi. Adulterium dr quaſi ad alterius torum factum. Inceſtus ſm Seruium ab in & ceſto. i. uinculo Veneris: quo legitime nubentes uinciũt: aut a non caſto: quia ſit contra caſtitatem, & legem penitus.

ASCEN. adulteriũ, Inceſtus un dicat.

¶ Inter ſtuprũ, & adulteriũ, & inceſtũ. Ca. xlv.

INter ſtuprum, et adulteriũ, Modeſt. inquit, hoc intereſſe quidam putant: qd adulterium in nuptã, ſtuprũ in uiduã cõmittit. Sed lex Iulia de adulteriis hoc uerbo indifferẽter utitur. Et hoc quidem continet in lib. de reꝝ, & uerboꝝ ſignifi. Alibi autem idẽ ait. Stuprum cõmittit, qui liberam mulierẽ cupidinis cã, nõ matrimonii cõtinet: accepta uidelicet cõcubina. Adulterium in nupta, ſtuprum in uirgine, uel uidua, uel puero committitur. Quid mirum: ſi plures iuriſconſulti in definiendo inuicem diſſentiant: cum unus, atq; idem ſecum diſſentit? hic non uidetur ſentire cum lege Iulia: ibi uidetur. Sed culpa illoꝝ eſt: qui definitiones huius de

Stuprum Adulterium

ſcripſerunt: quæ ſi apte fuiſſent conglutinatæ:
ꝓbari poſſent: ut illa Papiniani dicentis, Lex
Iulia ſtuprum, & adulterium promiſcue græ/
ce appellat μοιχείαν. Sed proprie adulterium
in nupta committitur, propter partum ex alte/
ro conceptum, compoſito nomine. Stuprum
uero i uirgine, uiduaue cõmittiť: qđ Græci ap
pellãt διαπαρθένευσιν ſeu πορνείαν. Cuius
definitioné approbo. illud tñ addes: legé Iuliá
recte hæc duo ꝓmiſcue appellaſſe: non quod
oé ſtuprũ ſit adulteriũ: ſed qđ adulteriũ oé ſit
ſtuprũ. Neq; rite iuriſconſulti excipiũt ſtuprũ a
nupta: cum etiã in quotidiano ſermone ſic lo/
quamur. Quale eſt apđ Quintilianũ. Vxor
marito dixit appellatam ſe de ſtupro a priui/
gno: & ſibi conſtitutum tempus, & locum. &
alibi. Furtiua ſtupra, raptoſq; cõcubitus obii/
ciat uel falſo maritus. fas eſt: fieri ſolet: parcius
tamen: ſi iam ſit & mater: ſi in fidem caſtitatis
uxoria fœcunditate profecerit. Quare ego
ita ſentio: ſtuprum eſſe coitum lege uetitum.
quod duplex eſt. unus cum nupta, aut cum pue
ro, aut cum ſanguine cõiunctis: aut cum ſancti
Incæſtum monialibus: quanquam hæc duo poſteriora
potius appellamus inceſtum. Alter: cum uim
afferimus cuilibet pſonæ, etiam ancillæ. Vnde
ſtuprare dupliciter accipitur. Cuius poſterio/
ris ſenſus teſtimonio eſt lex: quæ ſtupratoribus
maſculorum pœnam ſtatuit decem milium: cũ
pædiconibus nulla eſſet pœna conſtituta.

Epitome capitis. xlvi.

ASCEN. STRAGVLA ueſtis eſt quæ operit præcipue lectos. i. opertorium lectoꝝ. Quicquid enim inſternebãt ſtragulum priſci uocabant. Vnde & operimentum equoꝝ ſtragulum & inſtratũ uocari põt: ubi adnotãdũ luerti aliqñ uerba: qa ſter/nimus ueſtes humi: & humũ ueſtibus. Culcitra aũt tam lanea, ſtupea, & ſi quid eſt huiuſmodi q̃ plumea eſt.

Inſtratum. Cap. xlvi.

Inſtratũ INſtratum, Vlpia. inqt, oé ueſtimen/
tum contineri, quod iniiatur: Labeo
Stragula ueſtis ait. Neq; enim dubium quin ſtragu/
la ueſtis ſit omne pallium. Videtur
Vlpia. intelligere ſtragulã ueſtem omne ueſti/
mentum hominis, quod iniciatť: quale eſt græ
coꝝ pallium. Vt eni Romani togati a toga: ſic
Græci a pallio palliati uocantur. Ego uero nõ
memini reppeiſſe me ſtragulã ueſtem in hunc
ſenſum: ſed in opertorium lectoꝝ potius: ubi &
dormiebant: & diſcũbebant: quod Varro teſta
tur de culcitra loquens. Ac quicqđ inſterne/
bant: a ſternẽdo ſtragulũ appellabãt: & equoꝝ,
ſimiliumq; quorum operimẽtum etiam inſtra
tum uocatur. Hic illud admonebo inuerti fre/
Stragulũ quẽter ſignificatũ uerbi: ut in hoc ipſo ſterno.
Sterno Sternimus quidem ueſtes humi, ramos arboꝝ,
flores, & multa hmõi: tamen frequentius dici/
mus: ſterno humũ floribus, ramis, ueſtibus. hic
eſt q̃re dicimus toros, lectoſq; ſternere: & equũ
ſternere: non qa ſint diuerſi ſenſus: ſed quia re/
ſoluuntur: ut ſit ſternere (uerbi gratia) lectos, &
equos tapetis, idẽ, quod ſternere tapeta lectis,
& equis. Culcitra autem eſt tam lanea, ſtupea,
& ſi quid eſt huiuſmodi: q̃ plumea.

Epitome capitis. xlvii.

ASCEN VERBERARE eſt percutere, aut cædere uerbere: qđ eſt inſtrũm lõgum & exile: qualis eſt uirga, bacculus, fuſtis, lo/ra, flagellum, ferula, harũdo &c. ſicut flagellare eſt cædere fla/gello, fuſtigare fuſte: pulſare autem eſt frequenter impellere, aut pcutere quauis re: ut pede, manu, lapide, cæſtibus, nec le/nior ſit iniuria pulſando ſæpe: q̃ uerberando: unde inanis eſt Vlpiani deſcriptio, & horum diſtinctio.

Inter pulſationé, & uerberationé. Ca. xlvii.

INter pulſationem, & uerberationé, Verberař
Vlpia. ait, hoc intereſſe: ut Offilius Pulſare
ſcribit. Verberare eſt cum dolore cę
dere: pulſare ſine dolore. Sed cum
utriuſq; uenia nõ eſt hmõi inter hæc uerba dif/
ferentia. An, cum uerberamus frumenta: cũ do
lore uerberamus, ut pulſamus potius, q̃ uerbe/
ramus? & iumẽtum, cum ſentit ex flagellis do/
lorem: uerberatur? cum nõ ſentit: pulſatur? An
Entellus ille Virgilianus ſine dolore pulſabat
Daretā? Sed ne multis: quis non uidet uerbera/
re eſſe uerbere cædere? qđ eſt inſtrumẽtum lõ/ Verbere Inſtřm
gum, & exile: qualis eſt uirga, bacculus, fuſtis,
lora, flagellum, ferula, harũdo, & ſiqđ eſt ſimi/
le. Nec aliter dictum eſt uerberare a uerbere, q̃
flagellare a flagello, fuſtigare a fuſte. Verbera
licet pro uerberatione accipiantur: tñ rem cor/
poream proprie ſignificãt: ut flagella: quæ ſunt Flagellař Fuſtigare Flagella
proprie ſummitates ſarmentoꝝ. Quintilianus.
Ignes ex proximo raptos, uerbera, q̃ caſus optu
lerat. Pulſare uero eſt graui, ac uehemẽti ictu
cædere: tam inſtrumẽto lõgo, & exili, q̃ breui,
ac rotundo: ut pugnis: ut calcibus: ut malleis: ut
ſaxis, quæ manu teneanť: cum alium pcutimus:
in ſimilitudine tympanoꝝ, quæ manu pulſant:
nec ſemel, ſed multis ictibus pcutere. Naq; non
proprie pulſatum aliquẽ dixeris, qui ſemel pu/
gno percuſſus eſt. adeo non minor iniuria ſit ex
pulſatione, q̃ ex uerberatione. Præter eam cau
ſam, quia modo dixi qđ pulſatio eſt multa per/
cuſſio: quippe cũ pulſatio plerunq; fiat in facie.
Et ob pulſatos eoꝝ legatos laurentes Tacitũ re/
gem occiderũt: qui nõ puniſſet ꝓpinquos ſuos:
qui Laurẽtibus hanc iniuriam fecerant. Et ipſa
incuſſio calcium cõtumelioſa eſt: ſæpe & mor/
tifera: utiq; ſi fiat in ægrum, in ſenem, in puerũ,
in prægnantem. Taceo, ſi alia re quis alteꝝ pul
ſauit, q̃ manu, aut pede: cum uicinus meus uxo/
rem ſolitus ſit nõ modo piſtillo, uerũ etiam mor

tario æreo pulſare:ut nō crebrius pulſet ipſum
mortarium. Dictum eſt autem a pello, quod
eſt percutio, & ferio, ut apud Marcum Tulliū
libro primo de diuinatione. Vt pellantur ani-
mi uehementius ſæpe etiam cura, & timore.
Et in ſecūdo. Num igitur cum aut muros Ba-
bylonis, aut Homeri faciem cogito: imago il-
lorum me aliqua pellit?

ASCEN. ℭ Epitome capitis.xlviii.

ℭ PELLEX ea eſt dicenda, quæ cum eo cui uxor eſt cor-
pus miſcet: ideoq; non uir: ſed uxor pellicem proprie habet:
nec ea quæ cum cælibe corpus commiſcet pellex: ſed palace
dici ſolet.

ℭ Videtur auctor pellicem quaſi a peſſando dictam latine i-
terpretari: aliis nōnullis a pelliciendo: idest uald<del></del>e alliciendo
dictam diſſinientibus. Gellius autem a græco deducit.

ℭ Pellex Palace. Cap.xlviii.

Pellex P Ellicem apud antiquos, Maſſurius,
Paulo teſtante, ſcribit lib. memorabi-
lium, eam habitam: quæ, cum uxor
non eſſet: cum aliquo tamē uiuebat:
quam nunc uero nomine amicam paulo hone-
ſtiorem concubinam appellari, Caius Flaccus
in libro de iure Papiniano ſcribit. Pellicem nūc
uulgo uocari: quæ cum eo, cui uxor ſit: corpus
miſceat: ſcd̄m quoſdam, ea, quę uxoris loco ſi-
παλλα- ne nuptiis in domo ſit: q̄ Græci παλλακην uo-
κην cant. Horum utrunq; uere & ſenſiſſe, & dixiſ-
ſe arbitror. Sed tamen pro ſuſcepti operis offi-
cio admonere debeo: pellicem apud oratores,
& poetas eam demum haberi: quę cum eo, cui
uxor eſt, corpus miſcet. Ideoq; Iuno ſemper
proſequitur pellices ſuas: quæ ſibi uxori Io-
uem præriperent. Vnde Plinius lib. xxxv. uer-
bo græco maluit uti: cum de Alexādro loque-
retur: quem conſtat eo tempore cælibem fuiſ-
ſe. cum Appellem ſcorto donauit: quam uete-
Palace ri, ſi uerum eſt, latino: idest palace potius, quā
pellice. Ita autem ait. Nanq; cum delectam
Campſace ſibi ex palacibus ſuis, præcipue nomine Capſa-
cem nudam pingi ob admirationem formæ ab
Appelle iuſſiſſet. Quo fit ut Curtium, ubi
Alexādri de eodem Alexandro, & aliis loquitur: cæte-
pellex roſq; ſcriptores opiner palacem potius, quam
pellicem pro cōcubina cælibis hominis dixiſ-
ſe: culpaq; librariorum in editionibus eē uitia-
tum. Suetonius de Veſpa. loquens palacarum
dixit, nō pellicum: & alibi quoq; & Ti. Liuius,
multiq; alii nomine græco utunt. Sin aliter in-
uenitur: librariorum (ut dixi) ultio dandum eſt,
Cuius rei hoc argumentum eſt: quod nō recte
quis dicitur habere pellicem: ſed uxorem: eſt
enim hoc nomen relatiuum ad alterius uxorē:
cuius cum uiro rem habet: nō autem ad maſcu-
lum. Nec recte dicturus fuiſſe reor oratores il-
los, qui palacem dixerunt: ſi pellicē dixiſſent.

ℭ Epitome capitis.xlix.

ℭ CAVILLATIO eſt ſubdola ratio: quā nos conſcii ASCEN.
nobis mēdacii uincendi cauſa proferimus: ut a iuriſcōſultis
& Quintiliano: eiuſq; æqualibus accipi ſolet. Cicero aūt pro
genere quodam facetiarū: ut eum imitatus Au. Gellius acce-
pit. Titus uero Liuius utroq; modo. Cicero facetiarū duas po
nit ſpecies: cauillationē quæ eſt æqualiter in omni ſermone
fuſa: & dicacitatem, quæ eſt peracuta & breuis. Calūniari aūt
quod nōnulli non recte pro cauillari accipiunt: eſt falſa cri-
mina intendere. Vtrunq; tamen eſt quaſi per fraudem & do-
los uincendi gratia alterum litibus uexare.

ℭ Cauillatio. Cap.xlix.

N Atura cauillationis, q̄ Græci σκῶμ- cauillatio
μα appellauerunt: hæc eſt: ut ab eui-
denter ueris per breuiſſimas mutatio
nes diſputatio ad ea, quæ euidenter
falſa ſunt: perducat. Hæc duobus in locis Vl
pianus. Caius autem inquit. Si calūnietur: et
moretur: & fruſtret. Inde & calūniatores appel Calūnia-
lati ſunt: qui per fraudem, & fruſtrationem, & tores
uexationem alios uexarunt litibus. Inde & ca-
uillatio dicta eſt. Caius nullam facit mētionē
de euidenter ueris, aut de euidēter falſis, nec de
breuitate: nec puto faciendam fuiſſe: cum plæ-
rūq; cauillatio ſit tecta, & iſidioſa, multiſq;, ac
longis frequenter ambagibus utens: & quæ uix
ab acutis rep̄henditur. quare cauillatio eſt ſub-
dola ratio: quā nos conſcii nobis mendacii, uin
cendi tamen cauſa proferimus. In hunc ſenſum
ſemp iuriſconſulti uſi ſunt: & Quintiliani fere
ſæculum. Cicero autem pro genere quodā fa-
cetiarū: & hunc imitatus Au. Gelius. Ti. Liuius
utroq; modo. Ipſe quoq; Cice. definit lib. ii. de
Orato. dicens. Etenim cū duo ſint genera fa-
cetiarū: alterū æqualiter in omni ſermōe fuſum:
alterū pacutum, & breue: ſuperior cauillatio, al
tera dicacitas noīata eſt. Cæterū Caius ſentire
uidetur idem eſſe calūniari, & cauillari: qđ non
ſentit Martianus, tantum accuſatori tribuēs ca-
lumniari: cum ait. Calumniari eſt falſa crimi- Calūniari
na intendere: quod per legem illam declara-
tur duodecim tabularum. Calumniator idē pa
tiatur, quod reus: ſi conuictus eſſet.

ℭ Epitome capitis.l.

ℭ PRAEVARICARI eſt a p̄ſcripto officii ſui deflecte- ASCEN.
re: atq; aberrare: aut pfidia, & malitia: aut imprudentia, & ne-
gligentia: qđ qui facit præuaricator dr̄ non ſolum actor: ſed
etiam reus. Dictum aūt uidet a præ & uarico: qđ eſt quaſi p-
pter uarices non poſſe cōſiſtere: ſed genua flectere & claudi-
care. Varicoſus eni dr̄: qui crebras hēt uarices. i. uenas obtor-
tas ſtando cōtractas. Hinc Satyricus: Varicoſus fiet haruſpex.
Tergiuerſari eſt uerſis tergis adhuc pugnare: nec ſe uictum ra-
tionibus uelle agnoſcere: tametſi re uera uictus ſit: & ſe uictū
ſciat. Calumnia autem eſt cauillatio iam deſcripta: & quæ fit
ex nimis callida iuris interpretatione.

ℭ Præuaricator, calūniator, tergiuerſator. c.l. Præuari-
P Ræuaricatores, Vlpia. inqt, eos appel- cator.
lamus: qui cauſam aduerſariis ſuis do-
nant: & ex parte actoris in parte rei ce-

dunt. Auaricando enim præuaricatores dicti ſunt. Idem alibi. Præuaricator aũt eſt, quaſi uaricator: qui diuerſam partem adiuuat, ꝓdita ſua cauſa. qđ nomen Labeo a uaria certatione tractũ ait. Nam qui præuaricat ex utraq; parte conſiſtit. In prima definitione uidetur ſentire præuaricationem in ſolũ actorem cadere: in ſecunda uero etiam in reum. Sed forſitã & hic de ſolo actore ſentit, cui aſſentiri uidet Martianus qui ait. Accuſatorꝝ temeritas tribus modis detegit: & tribus pœnis ſubiicit. aut enim calumniat: aut præuaricat: aut tergiuerſat. Calũniari eſt falſa crimina intendere. Præuaricari uero uera crimina abſcondere. Tergiuerſari in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Et poſt iterũ.

Calũniari

Tergiuerſari.

Præuaricatorem eſſe eum oſtendimus: q colludit cum reo: & tranſlatiue munere accuſandi defungit: eo quod ꝓprias quidem diſſimulãret ꝓbationes: falſas uero excuſationes admitteret. Quod nos uerꝫ qdem fatemur eſſe: legemq; antiquis de præuaricatorꝫ poena fuiſſe: ut Cicero i philipp. lib. ii. Vereor P. C. ne, qđ turpiſſimũ eſt: præuaricatorẽ mihi appoſuiſſe uidear. Cæterꝫ ne præteream quod Cicero idem in partitionibus ait: præuaricationem nũc definiri ab accuſatore: nũc ab eo corruptelam eſſe iudicii: reperio nonnunquã præuaricatorẽ ex parte rei quoq;, neq; perfidia tantum, ac malicia, ſed imprudentia ẽt, & negligentia peccantem. Quintilia. in. vii. Vt in præuaricatorum criminibus ut abſoluatur reus: aut innocentia ipſius fit: aut interueniẽte aliqua poteſtate, aut ui, aut corrupto iudicio, aut difficultate ꝓbationis, aut præuaricatione, non & m. fuiſſe confiteris. nulla poteſtas obſtitit, nulla uis, corruptum iudicium nõ quereris: nulla ꝓbandi difficultas fuit, quid ſupereſt: niſi ut præuaricatio fuerit? Hic pro perfidia accuſatoris accipit. Alibi uero aliter. Sed de bona cauſa loqui ſum peruactum eſt. Ergo in uniuerſum, neq; oratoris puto eſſe, unq̃ præuaricari: neq; litem intelligo in qua pars utraq; idem uelit. Ideoq; præuaricatorem appellamus: quicunq; a præſcripto officii ſui deflexerit, atq; aberrauerit. Plini. li. xix. Arator niſi incuruus præuaricat. Plini. iunior ad Corneli. Tacitum. Alioquin præuaricatio eſt tranſire dicenda. Præuaricatio eſt, curſim & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Et Adam præuaricatum fuiſſe dicimus. Tergiuerſari uero nõ eſt (quantum intelligo) ab accuſatione deſiſtere. Illi uident trahere ex hoc ſignificationem: qđ qui terga uertunt: a pugna deſiſtunt. Verũtamẽ non ꝓtinus qui terga uertunt: a pugna deſiſtunt: ut Parthi. Itaq; qui uertẽtes terga adhuc tamẽ pugnant, nec ſe uictos rationibus uolunt agnoſcere: tergiuerſantur. Cice. in offi. lib. iii. Atq; in his tamen tribus generibus quoquo modo poſſunt, non in callide tergiuerſantur. Prudentiam introducunt ſcientiam ſuppeditantem uoluptates, depellentem dolores. fortitudinem quoq; aliquo modo expediunt: cum tradunt rationẽ negligendæ mortis, perpetiendiq; doloris. etiã temperantiam inducunt: non facillime illi quidem: ſed tamen quoquo modo poſſunt. dicunt enim uoluptatis magnitudine doloris detractionem fieri. Nunquid qui hæc dicunt: aut deſiſtunt ab accuſatione? aut accuſaſſe ſe indicant? Idem pro Roſcio comœdo. Attende quæſo Piſo Fanni uultum, & huc atq; illuc tergiuerſantem teſtimonium. contra ſe dicere cogo. Erat autem Fannius accuſator: quem ſi omnino ab accuſatione deſiſteret: non inſequeretur iure patrimonii Cicero: ſed uictum nolle tamen dare manus obiurgat. Liu. lib. ii. ab urbe condita. Monebant cõſulem hæc: ſed tergiuerſari res cogebat: ideſt nõ agnoſcere ueritatem: & eam quibuſcunq; poterat rationibus diſſimulare: & quaſi ſubterfugere. Tertium autem uerbum ab eodem Martiano definitum (de calumnia loquor) meretur & ipſum aliquã emendationem: quod non modo apud Ci. pro cauillatione accipitur: non illa quidem mouente riſum: ſed ea, q̃ Cicero ipſe non utitur: ut de offi. lib. i. Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ calũnia quadam, & nimis callida, ac malicioſa iuris interpretatione. Ex quo illud. Sũmum ius, ſumma iniuria. Sed etiã apud Quintil. nõnunq̃: ut ibi: Quamuis exiguo dimiſſus ſpacio opem nõ ferrem: non ſuccurreret: ut hac ſaltem ſe calũnia defendat: non abii: non reliqui: non abſceſſi: neq; pede, quod aiunt, uno a parente diſceſſi. Alioſque compluresquorum & Caius eſt: uſu quoq; probatei per quem utraq; pars iurat de calumnia uitanda: nimirum de cauillatiõe: eo magis: quod cauillari pro cauſari dicimus: quæ uox quattuor primas litteras habebat eaſdem cum calũniari. Poſtremo ꝓbatur hoc ex illo digeſtorꝫ loco: cuius titulus eſt. Si mulier uentris nomine calumniæ cauſa i poſſeſſione fuiſſe dicat. Calumnia ſcilicet ibi intelligitur dolus malus.

Peruaricatio.

Tergiuerſari.

Cauillari Cauſari

Epitome capitis li.

CTERIMVS proprie corpore noſtro. Portamus & noſtro corpore, & iumentis noſtris. Agimus animalia portantia: ideſt impellimus: ſed agere multa ſignificat. Agere enim cauſas eſt contendere in iudicio: unde actor & reus dicit. Agere res: ideſt lites aut negocia ſua. Agere mulas: ideſt eas impellere ut faciunt mandræ & muliones: qui merces cẽmonia tranſportant. Agere autem animam eſt eam expirare, & ui quadam expellere.

ASCEN.

¶ Ferri, portari, agi. Cap. li.

Ferri Portari Agi. FErri proprie dicimus, Caius inquit, quæ quiſq; corpore ſuo baiulat: portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit, agi ea, quæ aialia ſunt. In hoc ipſe Caio aſſentior: niſi quod portare eſt etiam ſuo corpore: interdum ẽt magis, ꝗ̃ ferre. Quis enim neget iumenta portare? quæ cum hoies imitantur: & ipſi portare dicunt. Teren. in Andria. Mi homo, quid iſtuc obſecro? quo puerum portas? Horatius. Ne forte ſub ala Faſciculum portes librorum: ut ruſticus agnum. Et ab hoc cõpoſita, deportauit. Verres amicã de prouincia deportauit. Pompeius beneficio Ciceronis tertium triumphũ: multi imperatores uictorem exercitum deportarunt: quaſi reduxerunt. Agere Agere autem non uno modo dicitur. ſed de uno tamen non tacebo, Martia. lib. i. epigrãmatum. Semper agis cauſas: & res agis Attale ſemper. Eſt, nõ eſt quod agas: Attale ſemper agis. Si res, & cauſæ deſunt: agis Attale mulas. Attale ne quid agas deſit: agas animam. Cælius ad Ciceronem. Hortenſius, cum has litteras ſcripſi: animam agebat: ideſt, expirabat.

¶ Epitome capitis. lii.

ASCEN. ¶ CONVItium ſignificat maledictum cõtumelioſum & acerbũ nimis: qđ iuriſcõſulti a collatione uocũ quaſi a cõuocando: dum uidelicet cõuitiantes ſimul inclamãt: quaſi cõuitium uolũt dictum: qđ per c, ſcribẽdum erit. Alii a con & uitio: qđ a uito, aut uitupo deducit: dum alter in alterum contumeliam, & maledictũ ingerit ac regerit: ſed receptũ eſt ut cõuitium ẽt maledictum reputetur: etiam ſi non referatur.

¶ Addit incidẽtal'r materiã ſignare oẽ lignũ ad ædificãdum utile: ẽt uiuẽtem adhuc arborẽ: nõ lapides, aut cementum.

¶ Conuitium. Cap. liii.

Conuitiũ COnuitium apud Vlpia. iniuriam eſſe Labeo ait. quaſi male dictum iniuria non ſit. Addit idem Labeo. Cõuitium autẽ dicit, uel a citatione, uel a conuentu: hoc eſt a collatione uocum. Cum enim in unum cõplures uoces conferunt: quaſi conuociũ eſt. Sed quod additur a prætore: ADVERSVS BONOS MORES: non omnem in unum collatam uociferationem prætorem notare: ſed eam, quę bonis moribus improbat: quæq; ad infamiam, & inuidiam alicuius ſpectat. Et iterum. Conuitium autem nõ tm̃ præſenti, uerum abſenti quoq; fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſiquis ad domum tuã uenerit, te abſente: cõuitium eſſe factum dr̃. Item ſi ad ſtationem, uel tabernam uentum ſit: probari oportere feciſſe conuitium, non tantum is uidet, qui uociferatus eſt: uerum is quoq;, qui cõcitauit ad uociferationem alios: uel ſũmiſit, qui uociferarent. Et paulopoſt. Ex his apparet: non omne male dictum conuitium eſſe: ſed id ſolum, quod cum uociferatione dictum eſt. &, ſiue unus, ſiue plures dixerint: conuitium eſt, quod in cœtu dictum eſt. Quod aũt in cœtũ, nec cũ uociferatione dicit: cõuitium non ꝑprie dicitur: ſed infamandi gratia dicitur. Ex ipſa nominis etymologia argumentum ſignificationis Labeo ſumpſit. Sed cũ falſa ſit etymologia: falſa erit & definitio: cũq; falſa ſit definitio: falſa erit, & etymologia. Quis enim Labeoni tribuat: conuitium a concitatione, aut a conuentu Conuitiũ dictum, aut a collatione uocis, quaſi conuiciũ? cum ſit alia ꝑpria magis ſiue etymologia, ſiue expoſitio ꝑ cõpoſitionem a con & uitium: uel a conuito: q̃ſi uitandum, & uituperationis cauſa factum. Habet autem conuitium, ui, nõ breuem, ut uitium: ſed longam: ut uito. Et licet cõuito aliud ſignificat, ꝗ̃ cõuitium: ſi modo ſignificat idem, quod inuito: non obſtat: cum a ſuo quoq; ſimplici, quod eſt uito: in ſignificatione magis diſtet, ꝗ̃ conuitium a ſuo: ſiue illud ſit uito, ſiue uitium. Ipſa quoq; præpoſitio cũ, in bonam, & in malam rem accipi ſolet: ut conficio pro perficio: & pro eo, quod eſt conſauciando trucido. Inde confectores ferarum. Conuitium igitur a uitium, uel potius a uito deſcendit: ut uitupero: tametſi non omnino repugnem ſcribi per c, ut quibuſdam placet: non per t. Et hoc quidem de etymologia. quæ ſi pro Labeone. Vlpianoq;, non pro me faceret: tamen definitioni repugnare auderem: nuſquã reperiens apud ſũmos uiros hanc differentiam cuſtoditam inter cõuicium, & maledictum: inter quæ ſi qua eſt: maledictũ hæc erit: qđ conuitiũ eſt maledictũ cõtumelioſum. Quinti. in. vii. Sic aũt præparabit actione prima iudicum animos: ut noluiſſe potius obiicere, quam non potuiſſe credatur: eoq; ſatius eſt omni ſe ante actæ uitæ abſtinere conuicio quam leuibus, aut friuolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere: quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit: omiſiſſe credi poteſt maledicta: tanquam ſuperuacua: qui uana congerit: confitetur uanum in ante actis argumentum. Ex his uerbis plane datur intelligi: nec uociferatione utiq; fieri conuitium: nec aliud eſſe, quã maledictum. Cice. pro Cælio. Maledictum autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantius iactatur: conuitium: ſin facetius: urbanitas nominat. Illud autem uerbum inuidiam, quo Labeo, ſiue Vlpianus utitur: quid mirum ſi Accurſius non intelligit: qui in inſtitutionibus, ubi dicitur: Appellatione autem tigni omnis materia ſignifica Tignum Materia. tur: ex qua ædificia fiunt: ſic interpretatur: ut cemẽta: ut lapides: immemor a iuriſcõſultis expo

ni materiá ꝑ ligno ad ædificia utili. Quiq̃ Cato, & Varro, & Columella, & Plinius, q de agricultura ſcripſerͣ, aliiq̃, uiuá ẽt arboré, ꝑticuláq̃ illius, materiá appellát: & breuiter, oẽ lignum.

ℭEpitome capitis.liii.

ASCEN. Verſicolor.

ℭVERSIcolor omnis generis & tertiæ inflectionis: aut uerſicolorius.a.um ſignificat illud qđ eſt uarii coloris: & præſertim qđ ſe uertẽdo colorẽ mutat: ut colũbi collũ, & pauonis collum, & cauda, & aqua maris: uerſicoloria tamen indumenta leguntur: quia uarii coloris: non ꝙ colorem uertendo uariarent.

ℭVerſicoloria. Cap.liii.

Verſicoloria.

VErſicoloria apud iuriſconſultos uocantur: quæ natiuum colorem mutauerunt: ut ueſtes: ſi albæ ſint: aut nigræ, ſubnigræue: quales ex lana non tincta: ſolent eſſe coloriæ: ſi in colorem alium tinctæ ſint; uerſicoloriæ nominantur. Cæterũ uix in hunc ſenſum reperimus. Ná Cicero collum colũbi, pauoniſq̃, & eius caudam, uerſicolorem uocat: & nõnulli aquá maris: uel qđ uerſat, & mutat colorem ſubinde: uel potius quod ſit diſcolor, ut apud Plini. lib. xxxvi. Vbi tñ ſciendum auctoritaté fuiſſe maculoſo marmori: quá facere a Paro Cycladaꝝ inſularum unaꝝ æque & a leſbo: liuidius hoc uerſicoloreſq̃ maculas habens. in eodem. Primum (ut arbitror) uerſicoloris iſtas maculas chioꝝ lapidicinii oſtenderũt: cum extruerẽt muros. Et in. xxxvii. Veluti cum calculi fiunt: quos qdam abaculos appellant aliquos, & pluribus modis uerſicolores. Et in. xv. Ingens poſtea turba prunoꝝ uerſicoloꝝ, nigra, cãdida, ordeacia appellata, a comitatu frugis eius eodem colore. & in. xxv. De uerſicoloribꝰ uiparaꝝ maculis. & in. xxviii. Nullum animal pauidius exiſtimatur: & ideo uerſicoloris eſſe demutationis.

Per quod apparet: collũ colũbæ, pauoniſq̃, & caudam, aquáq̃ nõ ideo uerſicolorem dici: quod uerſet colorem: ſed quod diuerſum colorem habeat. Alioquin ſatis habuiſſet Plinius dicere. Et ideo uerſicolor eſt: nec adiungere demutationis. Neq̃ uero ueſtes ab hac ſignificatione cõmuni excipiendæ ſunt, putandæ ſolæ uerſicolores ita demum dici: ſi lana tincta cõfectæ fuerint, ut apud Quintilianum. Dum in his, de qbus erit quæſtio: meminerimus: non athletaꝝ toros, ſed militum lacertos eſſe: nec uerſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebaͭ uti: bene ad forenſem puluerem faceꝛ.

Apud Titum uero Liuium eſt: ſecundo punico bello interdictum fuiſſe matronis: ne uerſicoliribus ueſtirenͭ. quod qualiter accipiẽdum ſit, Valerius Max. li. ix. ſignificat, dicẽs. Quá fœminæ tollere cupiebát: quia iis nec ueſte uarii coloris uti, nec auri plus ſemiuncia habere, nec iũcto uehiculo ꝓpius urbem mille paſſus, niſi ſacrificii gratia uehi ꝑmittebaͭ. Idẽ Liuius alibi ait. Corpꝰ alteri magnitudine eximiũ, uerſicolori ueſte; pictiſq̃ & auro cælatis refulgens armis. Profectò de uarii coloris ueſte locutus eſt. Et itẽ. Tunicæ auratis militibus uerſicolores, argentatis linteæ candidæ. Ná illđ Virgilii, Verſicoloribus armis, exponit Seruius depictis. ꝑ quod bellicoſus oſtenditur.

ℭEpitome capitis.liiii.

ASCEN.

ℭAPVD deſignat locum & perſonam ſine motu: diciturq̃ res apud aliquem eſſe qualitercunq̃ ſit. Penes autem ſignificat quaſi in manu & poteſtate, & interdum quaſi intimide penitus deductum uidetur. Ideoq̃ tá ad laudem q̃ ad dedecus ſpectat: ut te penes imperium eſt: uita & ſalus mea penes te eſt. Penes fratrem tuũ omnis culpa: ideſt in fratre tuo: per quem culpa commiſſa eſt.

ℭDixi apud ſignificare ſine motu: id enim (auctore Donato) differt ab ad: ꝙ ad fere cum motu ſignificat: ut uado ad patrem, & ſũ apud matrem. Ponitur tamen interdum pro apud; idq̃ ſine motu Virgil. Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

ℭPenes te, apud te. Cap.liiii.

Penes te Apud te

PEnes te, ut Vlpi. ait amplius eſt, quá apud te. Ná apud te, eſt qualitercũq̃ a te teneͭ: penes te, eſt qđ quodamodo poſſidetur. & ante hunc Feſtus Põpeius. Apud, & penes in hoc differunt: qđ alterum perſonam cum loco ſignificat: alteꝝ perſonam, & dominum, ac poteſtatem: quod trahiͭ a penitus. Perſonam cũ loco, Feſtus accepit pro ꝑſonam, & locũ: ut apud Platonem, & apud foꝝ. i. in Platone, & in foro. Quorum utriuſq̃ definitioné ꝓbo. Illudq̃ addo: penes, dum tñ ad ꝑſonam referͭ: nõ modo dominum adeſſe ſignificare: uerũ etiam laudem, ac uituperationem. De laude: ut Cicero in Bruto. Cuius penes quos laus adhuc fuit: nõ fuit rõnis, ac ſciẽtiæ. De uituperatione: ut Quintilia. in gladiatore. Vereor ne illius inexpiabilis, & ſæpe reprẽhẽſi odii culpa uideaͭ penes patrẽ: q tam facile iraſciͭ. Illud quoq̃, qđ crebro uſurpamus: Fides penes auctores ſit: i laudem, uituperationẽq̃ ſimul accipiͭ: quaſi laus ueritatis, aut uituperatio falſitatis penes auctorem ſit: ad quẽ ſpectat: fidem rei, cuius auctor eſt facere. Ad me certe iſta uel laus, uel uituperatio non ſpectat: q hoc nõ affirmo: ſed ad alteꝝ auctoré relego. Quod de laude, & uituperatione dico: idẽ accipio de cõmodo, & icõmodo. ut Liuius. Penes eoſdẽ pericula belli, penes quos premia eſſent. Nõnunquá etiam loco ſeruit: ſicut apud Ciceronẽ lib. iiii. ad Herẽnium. Ita petulans es: atq̃ acer: ut ne ad ſolatium quidem (ut mihi uidetur) ſed penes ſcænam, & in eiuſmodi locis exercitatus ſis. Penes ſcænam. i. apud ſcænam.

¶ Epitome capitis.lv.

ASCEN. ¶ OMNES a quibus progeniti ſumus maiores noſtri di
ci poſſunt: etiam proximi parentes: qui uero poſt nos erunt
poſteriores. Patres autem non recte deducunt̃ uſq; ad trita/
uos: ſed proximi dũtaxat patres noſtri merito dicuntur. Si/
cut ergo nõ ſoli ante atauos maiores dicunt̃: ſic nec ſoli poſt
atnepotes minores: ſed quicũq; nobis ætate minores erunt.

¶ Patres, maiores, liberi, poſteriores. Cap.lv.

Patres

PAtres, inqt Paulus, uſq; ad tritauos
apud Romanos ꝓprio uocabulo nũ/
cupant̃. Vlteriores, qui non hñt ſpe/
ciale nomen: maiores appellant̃. Itẽ

Maiores

liberi uſq; ad trinepotem: ultra hos poſteriores
uocant̃. Sed cum uenia Pauli, neq; uſus hoc,
neq; ratio cõſentit. Oẽs enim, qui ante nos fue/
runt: utiq; qui liberos reliquerunt: atq; id in nr̃a
ciuitate: maiores dicunt̃: qui uero poſt nos: po
ſteriores. Cice. in Saluſtium. Ego meis maio/
ribus uirtute mea præluxi: ut ſi prius noti non
fuerint: a me accipiant initium memoriæ ſuæ.
Tu tuis uita, quã turpiter egiſti: magnas effudi/
ſti tenebras: ut etiam ſi fuerint egregii ciues: cer
te uenerint in obliuionẽ. Nunquid Cice. ait ſe
præluxiſſe iis tantũ, qui ſupra tritauum fuerũt?
Saluſtiũ uero tenebras effudiſſe? An potius ut
quiſq; a Cicerone, atq; Salu. recentiſſimus erat:
ita illi maxime hoꝝ utrunq; uel præluxiſſe, uel
tenebras effudiſſe? An ſiquis clarus maioribus
ortus quæreret̃: non multo magis is dicat̃: qui
patrem, auum, proauum, abauum, atauum, tri/
tauum, claꝝ, cæteros autem obſcuros habuit:
q̃ qui iſta econtrario. Hoc ne ipſe quidem Pau
lus negaret. Inſup patres non opinor uſq; ad tri
tauos poſſe deduci. Cum enim dicimus patrũ

Patres

memoria aliquid factum eſſe: de proxima æta/
te ſemper intelligimus: nõ de illa ſexta. Et iam
dixim⁹ de maioribus, & patribus. Videamus de
poſterioribus ſiue poſteris. Idem Cicero eun/
dem locum ſic proſequit̃. Quare noli mihi
antiquos meos obiectare. Satius eſt enim me
meis rebus geſtis floreſcere: q̃ maioꝝ opinione ni/
ti: & ita uiuere: ut ego ſim poſteris meis nobili/
tatis initium, & uirtutis exẽplum. Ita opinor
non pertinebat ad filium: non ad nepotem: non
ad pronepotem: non ad abnepotẽ: non ad atne/
potem: non ad trinepotem tulliana nobilitas, et
uirtutis imitatio: ſed a filio trinepotis inceptu/
ra: quia ab eo poſteritas tulliana initiũ acceptu/
ra erat: eũ potius eſſet acceptura occaſum. Idẽ
alibi. Nec uero dubitat agricola, quãuis ſit ſe/
nex: quærẽti cui ſerat, rñdere diis imortalibus:
qui me nõ accipere modo hæc a maioribus uo
luerunt: ſed etiam poſteris prodere. Taceo qđ
Caius Caligula uolebat ſolos filios poſteros eſ
ſe: nec iura conceſſa poſteris ad nepotes peruenire. ſed ne cauſari queat non poſitũ exẽplum
poſteroꝝ: ſed poſterioꝝ eſſe: Quintil. in duo/
decimo. Maluit enim uir ſapientiſſimus quod
ſupereſſet ex uita, ſæpe perire: quã quod præte
riſſet. Et qñ ab hominibus ſui tẽporis parũ itelli
gebatur: poſterioꝝ ſe iudiciis reſeruauit. Ne/
ſcio tñ an potius legendum ſit poſteroꝝ: ut in/
telligamus hoc, quã illud nomen eſſe uſitatius:
& nõ modo ad eos, qui ex nobis geniti ſunt: ſed
ad uniuerſos, qui poſt nos erunt: ꝑtinere. In eun/
dem opinionis errorem incidit Seruius: qui in.
viii. Aenei. ait. Minores nõ dicimus, niſi quo

Minores

tiens graduum deficit nomẽ: ut pater, filius, ne
pos, ꝓnepos, abnepos, atnepos. ubi iſti grad⁹ de
fecerũt: merito iã dicim⁹ minores. ſicuti eni ma
iores dicimus poſt patris, aui, ꝓaui, ataui uoca/
bulũ. de maioribus ſatis modo diſputauimus.
De minoribus, cuius nominis ratio eadem eſt:
uno exẽplo ſatis ꝓbabitur: eoq;, quia cum Ser/
uio expoſitore Virgi. Agimus: Virgiliano ex
primo Aeneidos. Hunc lætum Tyriiſq; diẽ,
Troiaq; ꝓfectis. Eſſe uelis: noſtroſq; huius me/
miniſſe minores. Quis non uidet, Didonem
locutam de parentibus: qui tunc erant: eorũq;
filiis, natiſq; natorum, & qui naſcentur ab illis:
non autem de filiis atnepotum, & deinceps, qui

Filii

illius diei meminiſſe non poterant: niſi id a pa/
rentibus accepiſſent?

¶ Epitome capitis.lvi.

ASCEN. ¶ VICTVS licet a iuriſperitis etiam amictum contineat
tamen proprie ea duntaxat quibus aluimus ac ueſcimur cõ
tinet. Eſt quoq; generis uitæ mores quo conuiuentium con
cernens. Similiter penus non aliud quã quo homo ueſcitur

Penus

complectitur: licet iidem iuriſperiti largius accipiant.

¶ Victus. Cap.lvi.

Victus.

VIctus uerbo, Vlp. inquit, continetur,
quæ eſui, potui, cultuiq; corporis,
quæq; ad uiuendum homini neceſſa
ria ſunt: ueſtem quoq; uictus habere
uicem Labeo ait. Cætera, quibus uiuendi, cu/
randiq; corporis, noſtri gratia utimur: ea appel
latione ſignificantur. Ne hoc qdem aut ratio,
aut uſus probauit. Victus a uiuendo uenit. At
uiuere ſine ueſtitu, cultuq; corpois licet: ut in

Viuere

Aethiopia: ſine eſu potuq; nõ licet. Ideoq; ſem
per diſtincta hęc duo reperimus: & ſemp addi
alteꝝ: de ueſtitu loquor: qa alteꝝ, qđ eſt uictus:
hoc ẽt ſignificatũ nõ cõplectit̃: aliogn nõ dice
ret̃ uictus, & ueſtitus. Significat eni uictus gen⁹
uitæ: q̃tũ ad mores: ut qbus cũ qs uiuat: & a qb⁹
inſtituat̃: & qbus moribus. Ac neq; de penu iu/

Penus

riſcõſultis aſſentior: multa, quę ad uictũ ꝑtinẽt,
penu cedere uolẽtibus. Potior apud me breuis
illa Cice. definitio erit i lib. de natu. deoꝝ. Eſt
enim omne, quo ueſcimur homines, penus.

¶Epitome capitis.lvii.

ASCEN.

¶PIGNVS latinũ uocabulum & hypotheca græcum idem fere ſignificant id uidelicet quod a debitore datur creditori in ſecuritatem & firmitudinem: ſed pignus fere de re mobili: hypotheca de re immobili in uſu eſt. Accipitur quoq; pignus pro eo quod certaturi aut luſuri deponunt in manu ſequeſtri: ut cedat uictori. Item pro fœdere & uinculo amicitiæ: charitatis & fidei. Vnde acceptum ut liberi, & chariſſimi quiq;: qui uinculum charitatis & fidei inter coniuges, aliosq; præſtant pignora dicantur. Facitq; pignus ſemper pignoris: licet propignero, & oppignero, & repignero, atq; impignero in ero non in oro exeant. Nam tempero, refrigero, & (ut auctor uult) penetro nomina habent in oris non in eris. Eſt autẽ pignerare a primo ſignificato deductum dare pignus: hoc eſt arram ſeu arrabonem: & oppignerare & impignerare quidam accipiunt pro eo quod eſt pecuniam accipere dato pignore, aut depoſito. Repignerare autẽ reſumere pignus pretio ſoluto.

Cicero

¶Reperitur etiam pigneror deponentaliter. Cice. libro primo de Repu. Patria ipſi ſibi ad utilitatem ſuam pigneraretur. Nec recipiendus eſt uerſiculus ille notus: qui tamen a Neſtore approbatur. Pignora natorum dicuntur: pignera rerum.

¶Inter pignus, & hypothecam. Cap.lvii.

Pignus Hypotheca.

Inter pignus, & hypothecam tantũ nominis ſonus differt. Hæc Martian°. Vlp. uero. Proprie pignus dicimus quod tranſit ad creditorem: hypothecam autem cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem. Ego magis cũ Martiano ſentio: Iuſtinianus uero cum Vlpiano in inſtitutionibus dicens. Nã pignoris appellatione eam pprie contineri dicimus: quæ ſimul et tradit creditori: maxime ſi mobilis ſit. at ea, quæ ſine traditione nuda conuentione tenet pprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. Sed non eſſe hanc differentiam ex eo argumẽtum eſt: quod alterũ latinum, alterũ græcum ſuæ deſeruiẽs linguæ. Pignus autem nõ tñ creditori dat: ſed inter pares ſecum decertare mutuo offert: & apd ſequeſtrum deponit. Virg. in buco. Ego hanc uitulam (ne forte recuſes: Bis uenit ad mulctrã: binos alit ubere fœtus) Depono: tu dic mecum quo pignore certes. Qui tñ ſenſus rariſſimus eſt. Nam illo figurato crebrius utimur: ut apud eundem. Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus Dat iuueni: atq; animum præſenti pignore firmat. q̃ſi dicat: ſecum fecit: ut q dat pignus. A priore ſignificato dicimus pignero, & oppignero: quod eſt do aliquid arra bonii quã qdam arrã appellãt: & repignero: quod eſt recipio pignus, ſoluto debito. Propter hæc uerba qdam, quorũ eſt Priſcianus: exiſtimant pignus in hunc ſenſum, & in alium pximum habere genitiuum pigneris: in illum, quo ſignificamus, filium: & per abuſionem coniunctiſſimas ſanguine perſonas habere genitiuum pignoris. Vnde enim oppignero, & repignero, inquiunt, haberemus: niſi pignus pigneris faceret? Non inepta qdem ratio. Sed qd reſpondebũt? quod cum habeamus fœnus fœnoris: facit tamen fœnero, & fœneror? Idem Priſcianus ait: antiquos dixiſſe & fœneris: nec tamen ut in ei credamus, exemplo probauit. Quid? quod ex frigus frigoris fit refrigero. Quid? quod ex tempus temporis fit tẽpero? ex littus littoris fit oblittero? ex penus penoris (ut ſentio) fit penetro? addita tr quaſi ad locum penoris intro? Tam enim penus, quam penetro breuis prima ſyllaba eſt. Ac mihi quidem propria, & uera pignoris ſignificatio eſſe ea, unde uerba deriuantur, uidetur. Nihil enĩ illi alii ſignificato cũ his uerbis: & filii non alia (ut ſentio) rõne appellati ſunt pignora: niſi quod pignus quoddam inter coniuges ſunt: tum uinculi: ne aliter forte diuortium fieret: tum charitatis. cuius rei argumẽtũ eſt: quod legimus ſæpe pignora filiorũ: ut apud Sueto. in Tibe. uita. Cõis filii pignora. & iterũ. Tam marium, quã fœminarũ pignora.

¶Epitome capitis.lviii.

ASCEN.

¶FERRVminare eſt conſolidare: & cõglutinare pcipue & per eandem materiam: ut iuriſperiti uolunt: ſed interdum etiam per aliam. Vnde ferruminatio talis conglutinatio, & ferrumentale glutem. Plumbatura autem fit per ſolum plumbum. unde plumbare eſt plumbo conſolidare.

¶Ferruminatio Cap.lviii.

Ferruminatio.

Ferruminatio, Caſſius apud Paul. ait, p eandem materiam facit cõfuſionem: plũbatura non efficit. Idem ſentire uidetur Pompo. dicens. Si tuum Schyphum alieno plumbo plũbaueris: alienoue argẽto ferruminaueris: nõ dubitatur Schyphum tuum eſſe: & a te recte uendicari. Schyphum enim argenteum intellexit. Cum his pleriq; nõ ſentiũt: quorũ eſt Plinius: qui libro decimo ait. Nãq; ſurculo ſuper bina oua impoſita, ac ferruminato alui glutino ſubdita ceruice medio æqua utrinq; libra deportãt. alui ferruminato dixit: q̃ſi, agglutinato materia illa. Idẽ. xi. Et medulla ex eodẽ uidet in iuuẽta rubẽs: in ſenectute albeſcẽs: nõ niſi e cauis ex oſſibus, & cruribus iumẽtorũ aut canũ: q̃re fracta nõ ferruminat. quaſi nõ cõglutinat: nec coaleſcit: ac colligat. Idẽ. xxxi. Garris Arabiæ oppido muros, domosq; maſſis ſalis faciũt, aq̃ ferruminãtes. quaſi glutinãtes. Idẽ. xxxv. Calcis quoq; uſum bitumẽ pbuit: ita ferruminatis Babylonis muris. Idẽ. xxxvi. Ea maxie cãt qd fulto calcis ſine ferrumine ſuo cemẽta cõponẽtes. quaſi dicat glutine. Et in eodẽ. Vitiũ ſulphuri cõcoctum ferruminat in lapides. q̃ſi glutinat in lapides. Idẽ. xxxvii. Infeſtat plurimis uitiis ſcabro ferrumine: maculoſa nube, occulta aliq̃ uomica, pduro, fragiliq; cẽtro. q̃ſi glutino, & cõmiſſu

ra,ſiue iunctura,ſiue ligatura. Ergo ferrumina tio non utiq; per eandē materiā facit cōfuſionē ſed interdū quoq; p aliam. Plumbatura per ſo lum plūbum efficit cōfuſionē:ut ipſum indicat nomen:ſi hæc confuſio dicenda eſt.

ℭEpitome capitis.lix.

ASCEN. ℭSERVVS nouitius eſt iam primum uenditioni expoſitus. Veterator autem ſeruus, qui diu ſeruitium tulit: atq; ita quia nouitius ad omne miniſterium aptior & habilior eſt q̄ ueterator: certo aliquo miniſterio ibutus: illiq; ſuetus. ideo carior eſſe ſolet q̄ ueterator: qui autem ſeruos, aut pueros puellaſue ſed & equos, aut ſimilia animalia parat, & uendit Mango dicitur.

ℭErrant autem qui mangones dicunt pueros ſcutiferos: aut haſtiferos, aut ſtabularios. Nec ſatis apte loquuntur qui religioſos nondum, aut pauloante profeſſos nouitios appellant: cum nouitii proprie ſint ſerui: ſed tamen & aliis rebus cōiunctum legitur: ut opus nouitium: qd Plautus etiam nuperum diceret.

ℭ Seruus. Cap.lix.

Seruus — SEruus, ut eſt apud Venuleium: tā ueterator, q̄ nouicius dici poteſt: ſed ueteratorem non ſpacio ſeruiendi: ſed genere, & cauſa eſſe æſtimandū Cælius ait. Nam quicūq; ex uenalicio nouiciorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit: ſtatim

Nouitiū — cum ueteratorų numero eſſe. Nouicium autem non tyrocinio animi, ſed conditione ſeruitutis intelligi: nec ad rem pertinere: latine ſciat, necne: nec ob id ueteratorem: qd liberalibus ſtudiis eruditus ſit. Apud Vlpia. ſic ſcribitur. Præcipiūt ædiles: ne ueterator pro nouicio ueneat. Et hoc edictum fallaciis uenditorum occurrit. ubiq; enim curant ædiles: ne emptores a uenditoribus circūueniantur. Vt ecce, pleriq; ſolent mancipia, quæ nouicia non ſunt: quaſi nouicia diſtrahere: ad hoc ſcilicet: ut pluris uendāt. Præſumptū eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt: & ſimpliciora eſſe: & ad miniſteria aptiora, & dociliora, & ad omne miniſteriū habiliora: attrita uero, & ueterana difficile eſt reformare, & ad ſuos mores formare. Q uia igitur uenalicia riis ſciunt facile decurri ad nouicioų emptiones: ideirco interponunt ueteratores: ut pro nouiciis uendant. Q uid tam contrarium: q̄ hæ duæ iuriſconſultoų ſentētiæ? Quid magis abſurdum: q̄, non dico inter eas non iudicaſſe: ſed eas aut ambas ſcripſiſſe: aut contrarias eſſe, non uidiſſe? Et q̄to plura in rebus, (ut cōiectura du cimur) eſſe debētcum in uerbis tot ſint, & tam manifeſte contraria? Ego ut inſtituto officio fungar: & inter hos duos ſententiam feram: quando alterius definitio a me tolli non poteſt: potior mihi uidet Vlpiani opinio: & cum cæteris ſuperioribus conuenire. Venaliciarii mangones dicuntur uenalium hominum. Martialis. Milia pro puero, centūue mango popoſcit.

ℭEpitome capitis.lx.

ASCEN. ℭTAMETSI latine quotānis pro ſingulis annis aut ſingulos annos, ſeu (ut qdam loquuntur) annuatim dicat: tum minus latine dixeris quot diebus pro quotidie, & quot mēſibus pro in ſingulos menſes, aut ſingulis menſibus &c.

Manci. — ℭMancinellus tñ oſtendit & quot diebus & quod menſibus a latinis dictum: cuius priuſq̄ uerba recitem meminerimus illud qd dicitur: uel quot diebus legetur eſſe a legor legaris non aūt a legor legeris. Verba Mancinelli ſunt. Sicuti quotānis dicit pro ſingulis annis, & ita & quot diebus & quot mēſibus p ſingulis diebus mēſibuſue dici poteſt. Vnde Cato de re ruſtica cap xliii. ſic ait: Si uoles uinea cito creſcat, & oleaquam ſeueris: ſemel in menſe ſarrito ſulcos, & circum capita oleagina quot mēſibus (donec trimę erunt) fodere oportet: eodem modo cæteras arbores pcurato, & Plau. in Diſticho

Plau. — inquit: Vos meminiſtis quot calendis petere demēſum cibū. Qui minus meminiſtis qd opus ſit facto facere in ædibus. Varro præterea de lingua latina: ubi de uia ſacra loquitur, ſic ait Qua ſacra quot menſibus feruntur in arcē. Apul. lib. xi. Quot dies obibā culturæ ſacroų miniſterium.

ℭ In annos, quot annis. Cap.lx.

In annos Quot annis. — NIhil intereſſe, Pompo. ad Vlpia. ſcribit: utrum in annos ſingulos, uel quotannis: an in ſingulos mēſes, uel quot mēſibus: an in ſingulos dies, uel quot diebus, legeret. Ipſe quoq; huic ſententiæ accedo. proinde & ſi annui legētur tot aurei: idem erit dicendum. Corrūpere eſt iſtud Vlpiane, atq; Pomponi linguam latinam, non adiuuare. Q uis unquam dixit: quot diebus? & nō potius quotidie? Quis etiam quot menſibus, & nō ſingulis menſibus? Cur etiam non addimus: quot horis? quot noctibus? quot luſtris? Q uod ſi qs hoc modo loquatur: intelligemus quidem ex ipſa uerboų ſerie quid uelit: tamen ut barbare locutum reprehendemus: & ne deinceps ita loquatur, admonebimus. Non autem formulam aliis loquendi trademus: ut uos facitis. labolenus melius. Vini, inqt falerni, quod domi naſcetur: quot annis, uel in ſingulos annos binos culeos hæres meus Titio dato. Q uidam aduerbium hinc ducūt quod eſt annuatim: ut Plinius. lib. ii. dicens. Herodoto teſte: qui tradit ſingula milia talentum annuatim thuris penſitaſſe Arabes regibus Perſaų.

ℭEpitome capitis.lxi

ASCEN. Turba — ℭTVRBA proprie & primum ſignificat perturbationem ut uerbū turbo, & græcū (Nam idem qd turbo ſignificat) declarāt: ſecundario tñ ſignificat coetum turbationem facientē: aliqñ duoų hominū. Statius in Achilleide: Nos duo turba ſumus. Rixa uero tametſi ut plurimū duoų corrixatio: tamen inter plures quoq; reperitur Errant aūt qui pro inſtrumento quod pueri ſcutica agunt, & uulgus trochum appellat: cum aliud ſit turbonis non turbinis genitiuū habere docēt: cum turbo turbonis ſit gladiatoris dūtaxat nomē: ut apud Horatium in. i. Sermonum: Turbonis in armis. Nec recte ſentiunt qui pro cardo cardonem dicunt.

ℭInter turbam, & rixam. Cap.lxi.

Turba Rixa — INter turbā, & rixam teſtimonio Vlpiani rectiſſime Labeo ait multum intereſſe. Nanq; turbam multitudinis

amo, ſuiſiam de paciſci mortem cupio. Tale eſt hoc Terẽtianum: quale illud Virgilianum: Vtrãq; uolũt pro laude paciſci. Illud quoq; apud M. Tul. ii. rhetoricorum. Quidam cũ circunſideretur: neq; effugere ullo modo poſſet: depectus eſt cum hoſtibus: ut arma, & impedimenta relinqueret: milites educeret. Itaq; fecit. armis, & impedimentis amiſſis, ꝑter ſpem milites conſeruauit. Non eſt accipiẽdum proturpiter pactus ab auctore eſſe poſitum: quippe qui cauſam narrat: de qua controuerſia eſt: an ille turpiter pactus ſit: non autem factum hominis damnat: & aliquotiens factum hoc paulopoſt pactionem uocat. & in libris ad Heren. hanc eandem rem geſtam ita exponit: ut quod erat ſui officii neq; accuſet: nec excuſet: ſed tantũmodo pactum inter Põpilium, & Gallos ita fuiſſe ſignificet. Hanc controuerſiam ab accuſatore, atq; ab reo declamandam proponat.

¶ Epitome capitis lxiiii.

ASCEN. ¶ OMNIS lapis ꝓcioſus tã lucidus q̃ non lucidus: ſi magnus eſt uocari poteſt gemma: ſi paruus gemmula, aut lapillus. Myrrhina quoq; inter gemmas reponit Pli. Margaritam autem, ſiue margaritum multi gemmam negant: eſt tamen lapillus: nec ſic diſtinguitur: ut Ser. in textu docet: ſed eſt margarita, quæ in concha naſcitur: & conchilium dicitur: a uulgo autem perla a Plinio uero atq; Solino appellatur unio: ꝙ ſemper diſtincta naſcitur. Eſt autem unio ſic maſcu. ge. ut omnes conſentiunt. ſed pro unanimitate neſciuit an lectum ſit: & ſi legatur non tamen erit fœminini generis, ſicut nec talio, ſtellio, curculio, & ſenio: qđ ſill. ſimile eſt Perſius: Scire erat in uotis quid dexter ſenio ferret.

¶ Gemmæ, lapilli. Cap. lxiiii.

Gemma Lapillus

GEmmas, lapilloſq;, Vlpia. ſic diſtinguit: dicens. Gẽmæ autem ſunt plucidæ materiæ: quę (ut refert Sabinus ad Vitellium) Seruius a lapillis eo diſtinguebat: quod gẽmæ eſſent perlucidæ materiæ: uelut ſmaragdi, chryſoliti, amethyſti: lapilli contrariæ ſupioribus naturæ: ut abſeiani, neuentani: Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri ſatis cõſtitiſſe, idem Sabinus ait: quia concha apud rubrũ mare & creſcit, & coaleſcit. Myrrina autem uaſa in gemmis nõ eſſe, Caſſius ſcribit. Hoc falſum eſſe, pace horum quattuor iuriſconſultorum, cum omnes auctores probant: quorum Pli. titulum de gẽmis non tranſlucentibus fecit: & myrrina in gemmis numerat: & omnes lapides ꝓcioſos, præter margaritam, nomine uno, quod tantum latina lingua habet: gẽmas appellat: tum ipſa ratio. Nã quis non uidet lapillus, quod generale eſt nomen omnium paruorum lapidum, ſed ſubintellectione præcioſorum, idem eſſe, quod gẽmula? Nam gemmas etiam accepimus multorum cubitorum inueniri: quas ut lapides, non lapillos appellare poſſumus: ita cum minutæ fuerint: lapillos appellare debemus. Quod ſi hi lapides tam grandes tranſlucidi, ſiue perlucidi non fuerint: quales ſunt imperfecti: nunquid uocabimus eos lapillos? Quid hoc ridiculũ magis? Quod ſi etiam omnis lapis lucidus gẽma eſt: etiam parium marmor, quod in modum uitri tranſlucidi eſt: gemma erit. Poſtremo reperimus eiuſdem coloris lapides quoſdã ꝑmixtim cõſtare ex plucidis, & nõ perlucidis, & ita permixtos natura: ut non poſſis partem appellare gẽmam: partem lapillum. Curtius lib. viii. cum dixiſſet: gemmas, margaritaſq; mare littoribus infundit: paulopoſt de eiſdem Indis ait. Lapilli ex auribus pendent. profecto perlucidi intelligẽdi ſunt. Et iterum lib. x. De rege indo. pendebãt ex auribus inſignes candore, ac magnitudine lapilli. Margaritam uero, ſiue margaritum quis negare lapillum poſſit? quæ ſemper eſt puſillus lapis? Ego quidem candidos illos lapillos ex Indi regis auribus pẽdentes margaritas interpꝛtor. Horatius, eum inquit. Nec magis huic intra niueos, uirideſq; lapillos. de margaritis, & ſmaragdis itellexit. Margaritam autem, ſicut lapillis forſitan nego, ita gẽmis fateor non contineri: quod fere omnes concedũt. Seruius tamẽ grãmaticus, quaſi multi aliter ſentiant: inquit. Sane multi ſeparant gemmam a margarita: ut Cicero: Nullam gẽmam, aut margaritam: & gẽmas uolunt dici diuerſi coloris: margaritas uero albas: uel gẽmas integras, margaritas pertuſas. Hæc Seruii opinio ab omnibus, & ab ipſa ueritate diſſentit. Eſt enim margarita, quæ in concha naſcitur: & conchylium dicitur: quam uulgo perlam appellant. Hæc etiam uocatur unio: ut idem Plini. ait: quia nũquam, niſi indiſtincta reperiatur: eſtq; generis maſculini. nam fœminini illud, quo nunc quidam pro unanimitate utuntur: nec auctoritate nititur (neſcio enim apud quem reperiatur) nec arte: cum deberet eẽ maſculini potius generis: ut talio, ſtellio, curculio.

Margarita

Margarita Cõchiliũ.

Lapis

¶ Quæſtio.

ASCEN. ¶ QVAERITVR utrum omnis nominatiuus ſit omnis perſonæ præter quatuor nominales. Arguitur ꝙ non per regulam grãmaticalem dicentem: ꝙ omnia nomina & pronomina ſunt tertiæ perſonę, igitur. Item Priſcia. ait. Cum nomina eſſent incerta in perſonis acceſſerunt ad tertiam magis ſibi aptam: igitur in oppoſitum arguitur. Nam omnis nominatiuus præter excepta ſignificat rem loquentem de ſe: ut de ſe: & ſic eſt primæ perſonæ: ut eſt homo qui loquit: aut ſignificat rem loquentẽ ad alium: ut ad alium: & eſt homo ad quẽ quis loquitur & de alio: ut de alio: & eſt homo de quo qs loquitur: & ſic de aliis: igitur. Ad quæſtionem reſpondetur per duas concluſiones. Prima: iſta duo pronomina ego & nos in mente ſunt naturaliter primæ perſonæ: & iſta duo tu & uos ſunt actus pronominales ſincathegorematici ſignificatione & officio naturaliter ſecundæ perſonæ. Secũda: omnis nominatiuus & obliquus nominales & participiales mẽtales ſunt

naturaliter indifferenter omnis perſonæ:quod patet per rationem poſt oppoſitum etiam eis conueniunt omnes modi loquendi:ut dictum eſt. Et ad rationem ante oppoſitum dicitur:ꝙ hæc regula: Oĩa nomina &c. datur iuuenibus:& non prouectis in grãmatica:& ſic patet ſolutio.

¶ Finis Sexti Libri.

¶ Iodoci Badii Aſcenſii in Laurētianam de Sui & Suus reciprocationem ad Tortellium præfationem.

¶ Epitome.

QVONIAM tanta eſt huius pronominis Sui, eiuſq; poſſeſſiui Suus in oratione uis atq; poteſtas:quanta fingitur Plutonis in rerũ poſſeſſione:non contemnendum eſt ſequens de reciprocatione conſide opuſculum:cũ eius cognitio ſit perq̃ neceſſaria,& in primis difficilis:quippe in qua maximi quiq; dormitaſſe cõperiuntur. ¶ Reddit igitur ipſum Tortelliũ:cæteroſq; lectores ex difficultate & utilitate operis attentos:ſed prius q̃ id facit beniuolum reddidit ex eius ad quem ſcribit meritorũ & dignitatis cõmemoratione. Docilem uero ex ordine procedendi:nam pollicetur ſe Priſciani præcepta ubi minus recipienda ſunt refellere:& ſua de hac re diligentius tradere. Vtitur ergo iucunda cõparatione huius pronominis Sui & Suus ad Plutona:qui tertius quidem Deorũ:ſed tamen ditiſſimus eſt habitus:de qua tamen re longa eſt apud Macrobiũ de ſomnio Scipionis concertatio:quo Dis ſeu Pluton dicatur:cum ſit inferorum & mortuorũ Deus:uerum inferos hic eſſe contendit:& duplicem eſſe mortem:de qua re apud ipſum uidere licet. Quantum uero ad hanc cõparationem:certum eſt in fabulis eſſe Saturnum filios ſuos deuorare ſolitum : materna tamen induſtria receptos tres:Iouem qui in Dictæis montibus ſeruatus ob id cæli moderationem obtinuit. Neptunum qui inter naues ſeruatus maris imperium:ſceuumq; tridentem ſortitus eſt. Et Plutonem in terris cuſtoditum:& ob id inferorũ Deum:Ditemq; uocatum:aut ꝙ in uiſceribus terræ lateant fere mortalium diuitiæ:aut ꝙ tunc demum uere beati credebantur:ac diuites:cum ad Eliſium fuerint tranſlati. Verũ harum poteſtatum uoluerunt eſſe cõmunionem:ita ut ſinguli ſuperni,inferni,& medii dici poſſint. Vnde & inſignia triformia habẽt. Iuppiter telum triſulcum i.fulmen. Neptunus tridentem uidelicet fuſcinam. Et Pluton ſeu more noſtro Pluto(nam quæ apud nos in o exeunt fere in on exeunt apud græcos. ut Pluton, Ciceron, Caton &c.) Cerberon canem tricipitem. Omnis autem(ut Auguſtinus quoq; teſtatur) rerum partitio:fit per meum & tuum ac ſuum:qbus ablatis omnia fuerint cõmunia. ſed finem facio.

¶ Laurētius Vallenſis ad Ioãnem Tortellium Aretinum de reciprocatione ſui,& ſuus.

SINGVLARIS Tua Ioãnes Tortelli tum erga me beniuolētia,tum de meis, quæcuſcũq; ſunt,litteris opinio, iiſq; præcipue, quæ ad eloquentiam ſpectant: facit ut quicq̃d de elegantia linguæ latinæ,qui prius ad eloquentiam gradus eſt,annotoꝛ:id omne ad te potiſſimum ſcribam:cum præſertim nihil eius generis tam exiguum proficiſcaſ a me:q̃d non tuo, iudicio ne dicam:an amori magni eē uideaſ. Nõ repudiabis igitur hoc tanq̃ exiguum,quod de pronomine ſui,cum eius deriuatiuo annotaui,uelut appendicem quæſtionis illius:ubi quę ſunt huic cum genitiuis primæ,ac ſecundæ pſonæ cõmunia,quẽadmodum ſcis, diſſeruimus. Nam illic quæ trium oĩum, hic uero quæ unius tãtum propria ſunt,explicanſ:cæteris prorſus, quatenus pertinet ad reciprocationem. Hui, dicat aliquis, perexigua, perexiliſq; materia : nec ſatis ſcribi digna. Illi ego (uitandus eſt enim in principio maxime contemptus operis) affirmo ã non talem ſibi ingreſſo eam uiſum iri:ſed magnam, profundam,ſinnoſam,ſimilem quæ labyrintho cuidam ſ[illegible] minotaurus non inceſſit ut uere liceat Virgiliano uerſu dicere : Hic labor ille domus, & inextricabilis error: ubi utinam non pleriq; falleremur, nonmodo plebei, ſed etiam principes in dicendo, ac Theſeo pares:quod filo illo Ariadnes aut non utimur:aut abutimur. Neq; de noſtra tantum memoria,uerum de aliquot iam proximis ſæculis loquor, in quibus uix quiſpiam uitio hoc nõ laborauit: uel utendi iſto pronomine,cum nõ oportet:uel non utendi,cum oportet:at q̃ uſitato? q̃ neceſſario? quãtæ etiam dignitatis uocabulo ? Etenim ut ſupſedeam de genere hoc toto dicere:quantum grãmaticis, dialecticis, philoſophis,utiq; in his, quæ metaphyſica uocant : quãtum theologis, iuriſperitis, oratoribus, quantum deniq; omnibus ſermone utentibus conducit rerum, uerborũq; interpretatio?quod ꝓprium eſt elegantię. certe hoc, cuius uim, uſq; interpramur: tanti faciẽdum eſt inter cætera uocabula: quanti Pluton inter reliqua numina trium maximorũ deorũ:& unus, & frater, tertius. Rides uiciſſim cõparationis hyperbolem. Tu uero uel per me licet rideas, tecum una etiam riſurus. cum,ut inquit Horatius, ridentem, dicẽtem dicere uerum nil uetat. Rideas inquam:nõ derideas. Nam & propius ad ueritatem accedet mea ſuplatio ridicula:q̃ tua cum detractione deriſio:nec nihil bella, nec incõcinna ; nec inepta ſane cõparatio erit. Siquidem quẽadmodum tres filii Saturni, ſi uetuſtati credimus:omnia iter ſe diuiſere : ut Iuppiter cælum, Neptunus maria, Pluton inferos ſortiretur:ita tria pronomina, & inter ſe germana, & iter cæteras uoces primaria, tum omnem perſonarũ numerum complectuntur: ego, ſimile Ioui, cuius prima eſt dignitas : tu, ſimile Neptuno, cuius ſecunda:ſui, ſimile Plutoni, cuius tertia:tum omnia per totidẽ deriuatiua cuiuſq; ſingula ſibi uendicant. Nam quid eſt, qd non meum, aut tuum, aut ſuum dici queat? & licet ſui non contineat tertiam omnino perſonã: tamen illius ueluti fons eſt:perq; ipſum ea tota nuncupaſ ditius nimirũ, ac locupletius utroq; aliorum:q̃ plures uoces poſſidet tertia perſona, q̃ reliquæ:& hinc quoq; Plutoni comparãdum:qui Dis a diuitiis, & eadem cauſa græce

Pluton appellatur:eo qdem magis:quod ſicut Pluton defectum lucis ſentit:eiuſq; imperium omne ex alieno pendet orbe:qđ hunc illuc animæ deſcendunt : ſine quibus nõ exiſteret illius regnum:ita ſui & defectum nominatim habet: & niſi regimen eius aliunde pendeat:neq; ſubſiſtere:& quod ad rem maxime facit:queadmodum Plutone præſide bene,maleq; factoꝝ iudicia exercentur : ſic in uſu dictionis eius bene, maleq; loquentes præcipue iudicantur : ut qui ex hoc iudicio abſoluti diſceſſerint : ii optimo iure,tanq̃ ad Elyſium eant:cũq; Virgiliano Anchiſa dicant. Quiſq; ſuos patimur manes:exinde per amplũ Mittimur Elyſium : & pauci læta arua tenemus. Quare ſi pronomen iſtud tanto deo comparari poteſt:cur eius tractatio pexigua,perq; exilis exiſtimetur. Libuit iocari Ioannes:dum noſtrá materiam , munus uidelicet in te meum non eſſe tantopere contẽnendum oſtẽdere uolumus.ſed id ipſa tractatio planũ faciet: meq; nonmodo potuiſſe illam labirynthio cõparare:ſed fortaſſis etiam intus minotauꝝ,ideſt deſperationem habẽti. De cuius natura , & uſu cum alii ueteres grãmatici nonnulla:tum Priſcianus,cui inter hos fere tribuitur palma:pmulta præcipit : & haud ſcio an nulla de uoce diligentius:ut mirer ſic lapſam loquendi cõſuetudinem deflexiſſe de uia. Nos eius erroris cãs,ut aberrantes reducamus in uiam:quoad facultas feret,apire , & ſi qua præterea tradi potuerint, forte diligentius tradere conabimur.

Epitome capitis primi de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN. CVM Græci longe aliter utantur pronominibus q̃ latini:ſua autem cuiq; linguæ ſit ſeruanda phraſis.non imitabimur græcos in ſermone latino:ſed latinos:quod qui non fecerunt non recte locuti ſunt:nec docte præceperunt. Græci enim pronominibus primitiuis etiam pro deriuatiuis utuntur quod nobis non licere præſcriptum eſt. Multiſq; compoſitis,quæ nobis abſurdiſſima forent.

Quinetiam ſui apud eos nominatiuum habet hos:qui interpretatur:qui cuius datiuus profertur hi:nam oy ponitur pro u.genitiuus hi:ſcribit tamen hoi.accuſatiuus he. In duali ſphoi:qui duo,& quos duos:& ſphin quorum duorum:& ſphis(ſic enim profertur ſpheis).i.quibus duobus:& pluraliter ſphon ſui:ſphiſi ſibi:ſphas.i.ſe.In deriuatiuo autem heos ideſt ſuus.Re,ideſt & ſphetereos etiam ſuus:pro quibus utuntur autoi.Profertur autem afru i.ipſius &c.& per cõpoſitionẽ heautu:ideſt ſui ipſius:heauto.i.ſibi ipſi.heauton(profertur tamen heafton).i.ſeipſum &c.Item hemin heautois(profertur autem himinieaſtis).i.nobiſipſis.

In quo diſtent ſui,& ſuus,inter nos,& Græcos. Cap.i.

Suus Sui quid differãt inter nos & græcos

PRincipio,qm̃ Priſcia.plæraq; ad græcam figuram reuocat : & hoc in primis pronomen,quo de agimus:indicãdum eſt:multa eſſe,cum alibi,tum uero hic inter nos,Græcoſq; diſſimilia. Primũ apud illos ſui, ideſt οὗ.οἷ.ἓ σφῶε σφῖν.σφεῖσ.σφῶν.σφίσι.σφᾶσ, non frequenti ſane in uſu: & ſuus:ideſt ἑὸσ,καὶ σφετέροσ. in minus frequenti eſſe : apud nos uero q̃ frequentiſſima & q̃ uſitatiſſima:deinde pro his duobus apud eoſdem aliud pnomẽ,ideſt αὐτῶν.αὐτῷ.αὐτὸν. uſurpari:quod proprie eſt , ipſius , ipſi,ipſum, ipſo:uel ex utroq; cõpoſitum ἑαυτοῦ. & licet non nihil differant:tamen crebro illud pro hoc ponitur ut uix ſcias qđ inter ipſa interſit. Neq; me fugit:ad ſignandam differentiam illud aſpirari ſolere:cum pro hoc ponitur:ſed neſcio an omnes id ſcriptores obſeruarint. Certe nec omnes editiones ſeruatum habent:& quæ habent:uix ubiq;:& ſi ubiq; haberent:non tamen in totum linguæ latinæ reſponderet. Præterea hoc ipm compoſitum primæ , & ſecundæ perſonæ accommodari,non ſolum tertiæ.ut προσέχετε ὑμῖν ἑαυτοῖσ:apud nos,ſi uerbum ſit e uerbo: abſurdiſſimum:attendite uobis ſibi:ſiue uobis ſibi ipſis:cum tamen ſignificet uobis ipſis. Poſtremo apud Homerum,& ſiqui ſunt alii: ſexcentis in locis reperiri οὗ,οἷ,ἓ:hoc eſt,ſui,ſibi, ſe,pro eius,ei,eum,eo,ſiue pro illius,illi,illũ,illo. Cuius auctoritatem imitatum noſtroꝝ inuenio neminem:ita & ſuam naturam interdũ deſerit hoc pronomen:& in locũ ſuum aliud ſuccedere patitur. Quod nobis adeo denegatum eſt:ut ſicuti mei,& meus,tui,& tuus,ita ſui , & ſuus nequeant alteꝝ pro altero poni:cum nõ latina ſit,ſed barbara oratio:ego amo amicũ mei uel tui;hic amat filium ſui,pro meum,tuũ,ſuũ: & hic me credit omnia facere amoꝛ meo,odio tuo,inuidia ſua,pro mei,tui,ſui.quæ apud Græcos non eſt differentia.Siquidem (ut alibi probauimus)ſui,ut mei,tui,nr̃i,ueſtri,paſſiue ſemper accipitur. Suus uero,ut meus,tuus,noſtrũ, ueſtrum,noſter,ueſter,poſſeſſiue,uel actiue:qđ Priſcianum ignoraſſe ob græcam forſitan imitationem q̃ mirum,tam ueꝝ eſt. Cum ergo tot ſint,quibus a græca noſtra diſſentit oratio:non quid illi dixerint,eſt intuendum:ne in eundẽ,in quem nõnulli(ſicut oſtendã)erroꝛẽ incidamus: ſed quid noſtri:quoꝝ auctoritate nitamur.

Epitome capitis.ii.de Reciprocatione ſui & ſuus.

AD Cognoſcẽdam naturam Sui & Suus non opus eſt diſtinguere tria cõſtructionum genera:quæ Priſcia.diſtinguit: cum ſatis ſit unam reciprocationem noſſe. ASCEN.

Non,eſſe tria genera : ſed reciprocationem ſufficere. Cap.ii.

Reciprocũ pnomẽ Tranſitio Retranſitio.

HAec præfatus ad rem ipſam uenio: Eius tria Priſcia.genera facit. unum, quod uocat reciprocum:cum hoc pronomen in ſeipſum reflectitur : ut Cato amat ſe. Alterum,quod uocat tranſitionem: cum per deriuatiuũ eius loquimur ut Cato amat

ſuum filium: ſiue Catonē amat ſuus filius. Tertium, quod uocat retranſitionem: cum accedat alterum uerbum: uel in primitiuo ſic. Cato precatur me ut ſui filii miſerear. Sed optimū fuerit eius ad litterā ſubiicere uerba: eaq; aliquāto longius repetita: quoniam non in unius tantum quæſtionis uſum repetentur: quæ hæc ſunt. Poſſeſſiua uero modis conſtruūtur tribus: cum uerba uel a poſſeſſore in poſſeſſionē, uel a poſſeſſione in poſſeſſorem, uel extrinſecus transferuntur. A poſſeſſore in poſſeſſionem: ut doceo meum filium: doces tuum diſcipulum: docet ille ſuum auditorem. A poſſeſſione uero in poſſeſſorem: paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliens: paret illi ſuus ſeruus. Extrinſecus: ut doces tu: uel ille meum filium: doceo ego, uel tu ſuum illius filium. Sed melius hoc per retranſitionem: ut rogat ille ut doceam ſuum filium. Cum ſit enim relatiuum: exigit ut prius cognoſcatur perſona poſſeſſoris ſui, ad quam referatur. Et ſciendum: quod omnia poſſeſſiua poſſeſſoris quidem perſonam ſecūdum primitiuum ſignificant: poſſeſſio uero ipſa tertiæ eſt perſonæ: ut meus, tuus, ſuus: quomodo & nomina, quibus coniungūtur: ut meus pater, tuus filius, excepto uocatiuo: qui ſolus in primæ perſonæ poſſeſſiuis inuenitur: cum ſecundæ copulatur perſonæ: ut mi pater: o mi ut: o noſter Chremes. Omnia tamen poſſeſſiua in genitiuos primitiuorum etiam uerbis ſociata poſſunt reſolui: ut amicum meum moneo: pro amicū mei: & Euandrū filium Turnus interfecit: pro Euandri filiū: & Daunius filius ab Aenea uictus eſt: pro Dauni filius. Hoc autem intereſt: quod uoce poſſeſſiui genus, & caſus, & numerus ipſius poſſeſſionis oſtenditur: & ſubſtantiua quidem uerba poſſeſſiuis coniuncta ad poſſeſſores referuntur: ut tuus filius ſum: & meus pr̄ es: & ſuus eſt illius ſeruus. & aliquanto poſterius. Nos uero primitiuis qdem, ideſt ſui, ſibi, ſe, a ſe, uel per reciprocationē: ut ſui potior: ſibi indulget: uel per tranſitionem utimur: ut hortatur me ille ut ſui potiar: rogat te ille, ut ſibi indulgeas. Poſſeſſiuis uero, cum in eis fiat tranſitio: ut ſui ſerui miſeretur: & ſuo ſeruo prodeſt: & ſuū ſeruum diligit. Nec aliter tamē poteſt ſupradictū poſſeſſiuum tertiæ perſonæ conſtrui cum aliis extrinſecus perſonis: niſi per retrāſitionē: quomodo primitiuum eius: ideſt niſi prius a poſſeſſore eius proficiſcatur in aliam uerbum perſonam: & ſic ab illa rurſus ad poſſeſſionē tertiæ: ſicut a ſe: ut rogat ille me: ut ſuus ſeruus miniſtrat mihi, uel tibi: precatur me, ut ſui patris miſerear: petit te ut ſuo proſis filio: obſecrat Cicero Varronem ut ſuum erudiat natum. Et notandum: cum a tertia in tertiam fit tranſitio perſonam: in dubium uenit poſſeſſio, ad quam pertineat earum: ut rogat iſte illum ne ſuo noceat filio. Ambiguum cuius filio, ſuo iſtius, an illius: ideſt rogantis an eius, qui rogatur: quomodo, & apud Græcos. παρακαλεῖ πλάτωνα ἀριστοτέλης ἵνα τὸν ἑαυτοῦ φίλον παραγένηται: dubium ſit utrum Platonis, an Ariſtotelis ſuum. Non uideo quid opus fuerit hac diuiſione: cū & alia genera, ſeu aliæ ſpecies eē poſſint: ut poſterius apparebit: neq; hæc ipſa ſatis inter ſe diſtincta ſint. Quæ enim ſpecies hæc erit? Cato cupit me amicum ſibi, uel ſuum. Optat te coli a ſe, et a ſuis. Ait domum tuam ſe auctore extructam: ſiue ſua pecunia. relinquam reipub. teſtimonium meæ in ſe uoluntatis. Rex eſt domi ſuæ lætus ſua gloria. Sua quēq; delectat. Terra per ſe ſtat: & alia plura. Vt fortaſſe ſicut expeditius, ita ſatius fuerit hæc omnia appellare reciprocationem. Quod propemodum Priſcia. ipſe confitetur: cum longe poſt inquit. Non aliter tamē hoc fit: niſi prius a tertia perſona uerbum aliqđ (ut diximus) proficiſcatur ad aliam extrinſecus ad perſonam: & ſic ab illa per retranſitionē ad eam reciprocetur aliud uerbum: ut rogat me ille, ut ad ſe ueniam: petit te, ut ſibi des: hortatur milites imperator, ut ſe largo potiantur. Quapropter hoc tanquam generali uocabulo, non auſim dicere ſolo, uti poſſumus.

Pronoia poſſeſſiua

Poſſeſſiua i gtōs primitiuo℞ reſolui.

Pronominibus primitiuis ac deriuatiuis quo utamur.

ℭEpitome capitis.iii.de Reciprocatione ſui & ſuus.

ℭRECIPROCATIO dicta eſt quaſi eius quod emiſſum eſt in ſeipſum receptio: ſicut ſpiritus reuerberatus reciprocatur. & unda, alueus, littus, & Euripus ab priſtinum curſum rediens. — A SCEN.

ℭEſt autem Euripus pars maris reſiua inter Bœotiā & Phocidē: quod quotidie ſepties, & toties noctu reuertit impetuoſiſſime unde Sene. in Hercule. Etheo Euripus undas flectis inſtabilis uagas. Septemq; curſus flectit. & totidem refert. — Sene.

ℭ Vnde dicta ſit reciprocatio. Cap. iii.

Vod ex eo dictum eſt: quod ſicut reciprocatur ſpiritus, cum recipitur: et unda uiciſſim alueus littus: & Euripus ad priſtinum ſubinde curſum rediens reciprocus eſt: ita hec pnomina alterū primitiuum: alterū deriuatiuū ad id, unde prodierant, reuertuntur: quod Græci ἀντανακλαστικὰ uocāt. Priſcianuſq; interpretatur ſui paſſiuum, & ſui paſſionem, tum dure, tum minus apte: quia ſui (ut diximus) tantūmodo paſſiue accipitur: ſatis autem erat reciprocum, & reciprocationem dixiſſe. — Reciprocatio unde dicta.

ℭEpitome capitis.iiii.de Reciprocatione ſui & ſuus.

ℭFIT aūt ſolecismus p Sui & Suus duobus modis, altero dum hæc ponunt ubi nulla eſt reciprocatio: altero dum nō ponuntur ubi eſſet. — A SCEN.

ℭPriori autē modo frequentius peccat in Suus: qa p oēs ca-

ſunquam in Sui: per quod nunquam fere peccat in datiuo & actō. huiuſmōi exēpla ſunt. Ioānes nō uenit ſed filius ſuus. Nō eſt Ioannis ſed filii ſui, non dedit Ioanni ſed filio ſuo: non amo nem, ſed filium ſuum: nō amor ab Ioāne, ſed a filio ſuo. Per ſui ſic: Monuerat me Ioānes: ſed non eram tunc memor ſui. Quin etiam tam barbari ſunt ut dicant: Ego dixi ſibi. Ego nō uerberaui ſe: ſed rarius in his omnibus ponitur reciprocum ubi nō eſt reciprocatio. Altero modo e diuerſo peccamus di centes: Ioannes non amat liberos eius pro ſuos. Ioannes non eſt memor eius: pro eo quod eſt ſui: quā rem latius alibi ape riemus. Solœciſmus quid ſit alibi docuimus. Non eſſe dicen dum Solœciſmum: licet ſic ſcribatur, docet Iuue. dicens: Verba Solœciſmum liceat feciſſe marito.

Quomodo ſolœciſmus admittatur in ſui, & ſuus. Cap. iiii.

Soloeciſmus quō fiat in ſui & ſuus.

T hac quidem quō ſit utēdum ex ſuperioribus liquet. quonam autē modo aliqui ea abutantur, Priſcia. oſtendit, inquiens. Tertiæ uero perſonę Poſſeſſiuum ſine uoce altera ſignificāte poſſeſſorem ſuum, non poteſt adiungi alii pſonæ per ſe. Si enim dicā ſeruus ſuus miniſtrat mihi, uel tibi: ſolœciſmum facio. Propemodum ipſe præceptor hoc pnomine abuſus eſt, nā ego dixiſſem ipſius, ut referat ad poſſeſſiuum potius q̄ ſuum: qđ referri uidetur ad uocem alteram: quod ille non ſenſit: de quo latius poſtea. Sed cur de primitiui ſolœciſmo omiſit exempla? quæ res multum faciebat ad hoc uitium deuitandū: ut ego dixi ſibi: Non eſt ſibi curæ reſpublica: Tu fuiſti ſecum: pro eo, qđ eſt: ego dixi ei: non eſt ei curæ reſpublica: tu fuiſti cum eo? An quod tēpibus eius in hoc nunq̄, aut uix unq̄ peccabatur? Quippe cauſa hac quoq; tēpeſtate minus in ſui peccetur, q̄ in ſuus. Sicut enī datiuo, & ablatiuo poſtpoſita præpoſitione cum (prout exemplis docui) & nōnunq̄ forſitan genitiuo, ut feci amore ſui: uulgus utitur: ita non utitur accuſatiuo, ablatiuoq;. Quis enim ſic loquitur? uidi ſe: pergo ad ſe: indigeo ſe: redeo a ſe? Profecto quod ſciā, nullus. ut ſi recte ratiocinant? minor ſit eius pars, in qua peccat: utpote non plane per duos caſus. At uero in ſuus per oēs. Per nominatiuum: quale fuit Priſciani exēplum: & in appoſito: ut hoc eſt opus ſuum: per obliquos: ut ego ſum amicus patris ſui: tu non places filio ſuo: legiſti librum ſuum: pone hoc ad pedes ſuos: libris ſuis fruor: in hortis ſuis coenauimus: pro eius, ſiue ipſius, ſiue illius. Quæ dici non latine, ſi qua ratio ita reddi poteſt: in primitiuo quidem, qđ cum inter hunc modum loquendi, quem reformidant: & illum, quo utimur nihil intereſt: palam eſt eos (ſemper enim falſitas ſeipſa conuincit) ſua confeſſione peccare: ut nuper quēdam græcarū litterarū ignarum: quem, quod negaret præter loquēdi conſuetudinem dicendum eſſe Ariſtotelis: ita ſum pcontatus. nōne Ariſtotelicus omnes dicunt? cūq; ille rñdiſſet: etiam: ergo, inquam, ueſtro teſtimonio dici debet Ariſtoteles, nō Ariſtotiles: ut fieri poſſet Ariſtotelicus. In deriuatiua autem, qđ cōſequens eſt: cum ſit hoc eiuſdē naturæ: qđ illi tanq̄ genitori, uel dño, uel duci non licet: id huic uel filio, uel ſeruo, uel militi non licere.

Ariſtoteles nō Ariſtotiles dicendum

Epitome capitis v de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN.

PRIMA cauſa cur multi peccauerunt eſt: quia uiderūt ſummos auctores: ut Virg. interdum dormitaſſe.

Dicit enim Aeneid. 4. Nanq; ſua patria antiqua cinis ater habebat: pro ipſius & in eiuſdem. 3. Viuite felices: quibus eſt fortuna peracta iam ſua: pro ueſtra. niſi ſubaudiatur ut ſic: Viuite felices ut quibus eſt fortuna peracta iam ſua. Aut certe reciprocatio potuit eſſe in eo quod ſublatum eſt ut ſic: Viuite felices quibus eſt fortuna peracta iam ſua: nō poterunt nō dicere eſſe beati &c.

Prima cauſa cur ſui, & ſuus abutamur pro eius, uel ipſius, uel illius. Cap. v.

Erum hic quiſpiam neq; hac mea ratione cōtentus, neq; Priſciano tradēti ſatis fidei habens, aget nobiſcū auctoritatibus: opponetq; Virgilianū illud. Tum breuiter Barcem nutricē affata Sichei. Nāq; ſuam patria antiqua cinis ater habebat. Quod haud dubie illi ſimile eſt: ſeruus ſuus miniſtrat mihi: ſiue ſeruum ſuum uidi: & cætera, quę protuli pauloante per omnes caſus exempla. Vbi & ſi abeſt, ad quod referat ſuus: idem tamē ſubauditur. nemo enim dicat ſuus: niſi de eo, cuius habita ſit mentio: ut ſi roganti ubi eſt Titus? reſpondeas neſcio: ſeruus ſuus eſt hic: uel ſeruum ſuū uidi. In quo ſi ſolœciſmus eſt: & in uerſu Virgiliano ſit, neceſſe eſt. Sin in hoc nō erit: falſo ait Priſcianus in illo eē. Quid igitur ad hoc dicemus? ſi Virgilium dānamus, tñ uirum, & poetarū latinorū longe principem: quis ferat? & non eius auctoritatem qualibet ratione potiorem exiſtimet? Sin Priſcianum: iam omnis huius ars ſubuertatur: nullam autem ſuperuacuā maximorū auctorū fuiſſe dicamus obſeruationem oportet. Ego & ſi uideo Priſcianum, ſi modo animaduerterit: id diſſimulaſſe: tamen ipſe non diſſimulabo: aut iam non diſſimulaui potius, quippe qui ſuperioribus exemplis ſimile eſſe cōfeſſus ſum. Sed uel poeticā licētiam excuſandam reor: uel operis impfectionem. Etenim credere libet Virgilium, cū talem quēdam uerſum faceret: Nāq; ſuā. patria liquerat tellure ſepultam: impeditum prima ſyllaba uerbi lōga, mutaſſe formam dicendi: atq; in ſolœciſmum (ſi dictū fas eſt) incidiſſe. Annon illud huic ex ſupiori libro & ſi non perſimile, tamen non diſſimile prorſus eſt? Viuite felices: quibus eſt fortuna pacta iam ſua: ſcilicet eodē modo, quo diceremus. Viuant felices, quibus

Virgilii locus

Virgilii laus

Sua ꝑ uſa

eſt fortuna peracta Iam ſua. pro ueſtra poſitum eſt ſua. Quod ſiquis dicat poſitum eſſe pro ꝓpria: recteq; hoc diciiur id recte diceretur: Viuite felices, qbus e fortuna peracta Iam ꝓpria: hic nihil dicat: cum ſuum ẽt pro ꝓprio acceptũ natura tertiæ ꝑſonæ non mutet: nemoq; ſic loquaẽ: eſt mihi, aut, eſt tibi uſus ſcribendi: cum tñ dicamus: eſt mihi, aut eſt tibi ꝓprius ſcribẽdi mos. Nã i illo huius eiuſdẽ poetæ uerſu, Quiſq; ſuos patimur manes: nõ referẽ id ſuos ad primã ꝑſonam: qa ſic reſoluenda eſt oratio. Nos patimur manes: ſed quiſq; noſtrũ ſuos: cuiuſmodi paſſim reperiunẽ exẽpla: ut. cum in bibliotheca nos ad ſuũ quiſq; ſtudium libros euoluerimus. Nẽpe cum libros euolueremus: & ad ſuũ qſq; ſtudium illos euolueret. Nõ eſt autẽ huic Virgiliano, de quo diſputauimus: Ouidianũ illud ſile. Reſpice Laertem: ut iam ſua lumina condas. ubi nõ nihil rõnis eſt: qđ utrũq; uerbũ eidẽ ſeruit ſuppoſito. Hæc igiẽ Virgilii auctoritas, & ſiqua ſũt eiuſmodi apud alios loca: quoꝝ nõ nulla poſterius attingã: prima extitit cã, ut iam cauſas enumerare incipiam: uulgaris erroris.

Quiſq; ſuos patimur mães

Epitome capitis. vi. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN

SECVNDA cã eſt, qa multi libri corrupti ſunt: ita ut nos auctores erraſſe putare poſſemus cũ i ſcriptorib' ſit error. Quæ res efficit ut non ſolũ reciprocatione abutamur: aut eam perperam omittamus: uerumetiam encliticam coniunctionem non ſuo loco ponamus. Vult enim ſemper poni in fine. Poteſt autem poni in medio ſed non in ſolo. Vnde ineptus eſt uerſiculus ille: Dãt duo bos: impos: compos: cuſtoſq; ſacerdos: qui aptior eſſet ſi more Virgilião hypermetrum feciſſet ſacerdoſq; &c.

Secunda cauſa. Cap. vi.

Alteraiqđ nonnullis in locis ſiue hominum, ſiue tẽporum culpa libri corrupti ſunt: ut apud Cice. in Saluſtiũ. Quod ſi iſtius uita memoriam uicerit aliam patres conſcripti: non ex oratione, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis. Quem locum, niſi emendetur: non confidam me expoſiturum. At ii, qui ſe exponere poſſe confidũt: ut in tota ſententia, ſic in uerbo ſuis, quid oratio poſcat, non reſpiciunt. Nec ſolum communis eſt huiuſcemodi mẽda librorum: ſed etiam priuata in ſuis cuiuſq; codicibus. Nec aliunde factum eſt: ut q; encliticam quidam præponãt: quorum ſunt Ebrardus, & Alexãder: niſi quod Virg. male leguntur in illo uerſu. Sę ſatis ambobus Teucriſq; uenire, Latiniſq;.

Ciceronis locus i Saluſtium.

Epitome capitis. vii. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN.

TERTIA cauſa eſt: qa ſæpe non reſpicimus qũo accipiatur Suus: aut quo referatur reciprocum atq; ita putamus malam eſſe reciprocationem ubi bona eſt.

Vt Aenei i. En Priamus: ſunt hęc etiã ſua premia laudi: ubi ſua nõ referẽ ad Priamũ: ſed ad laudi. i. uirtuti ſunt ſua ꝓpria & debita premia: ſicut dicitur: dicam ſuo ordine. i. proprio & debito: quam rem pluribus exemplis declarat textus.

Tertia cauſa. Cap. vii.

Atq; hæ quidem cauſæ citra noſtram forſitan culpam ſunt. totidem autem, quæ ſequuntur: nobis utiq; aſſignandæ ſunt: non nihil ex duabus ſuperioribus alimenti ſumentes. Prior: quando non ꝓuidemus quo referatur hoc pronomen, quadã ambiguitate decepti: ut apud Virgilium. En Priamus: ſunt hic etiam ſua pręmia laudi. Et apud Quintilianum. Itaq; accedam in pleriſq; Ciceroni: atq; in iis ero, quę ĩdubitata ſũt, breuior. in quibuſdam paulum fortaſſe diſſentiam. Nam cum etiam iudicium meum oſtendero: ſuum tamen legẽtibus relinquam. quaſi id ſuum de Cice. dicatur: non de legentibus. Et alibi: dum idem auctor, cur Ciceronis exẽplum contraxerit: inquit. Quæ quia erant lõgiora: non ſuis uerbis expoſui. Suis acciperẽt pleriq; pro Ciceronis: cum accipiendum ſit eo modo, quo illud. exponam altercationem noſtram ſuo ordine, ac ſuis uerbis. Idem quoq; in primitiuo contingit: ut apud eundem. Nam & de filio nihil aliud perdiderat miſera: niſi dies: nec iam timebat ne ille, quo fruebaẽ: mori poſſet. Planctibus, lachrymiſq; pene improbe dixerim parcius utebatur. nec ſibi permittebat dolor lugere uenientem. Nam id ſibi, ad dolorem refertur: non ad matrem. Permulta ſunt huius generis exempla: in quibus errandi ambiguitas eſt cauſa. Ibi minime. qui non minus lubricus locus eſt: ex quadam rei ſimilitudine nobis labantibus: ut, quia illud bene dicitur: Adoleſcens aſſidue a me increpatur: obiurgatur: caſtigatur: hoc ſuis non placet: uideatur & hoc bene dici: Adoleſcentem aſſidue increpo: obiurgo: caſtigo: hoc ſuis non placet: quod ipſarum ſtatim iudicio aurium probabile eſt. hoc autem ſecus, & perinde, ac ſi dicas: me increpare adoleſcentem aſſidue, obiurgare, caſtigare, ſuis non placet. Niſi quis uelit uerba hæc actiua paſſiue reſolui poſſe: & huius generis locum illum eſſe Ciceronis. Qui autem annus ei primus ab honoꝝ perfunctione aditũ omnium conceſſu ad ſũmam auctoritatem dabat: is eius omnem ſpem, atq; omnia uitæ conſilia morte peruertit. Fuit hoc luctuoſum ſuis: acerbũ patriæ: graue bonis omnibus. Illud tranſeo: quod in neminem, niſi ſtultũ cadat: ut hoc non intelligat: quale eſt apud Quintilianum. Tu prima docuiſti ſibi non parcere potius, q̃ plus flere. ubi ſubauditur illum: ut. tu prima docuiſti illum ſibi non parcere, ſeu ſuis.

Quintiliani locus.

Quintiliani locus

Quintiliani locus

Epitome capitis. viii. de reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN.

QVARTA cauſa erroris eſt: q quia interdum indiffe

renter loqui licet: ſummoſq; auctores locutos inuenimus: putamus perperam ſemper indifferenter loqui licere: cum ſit differentiæ ratio.

℄ Verbi gratia indifferenter dicere licet: Omnes optant qđ ſibi: & quod eis aut ipſis utile eſt: ubi uidetur quaſi duplex ordo. Alter ſic: Oẽs optant ſibi quod utile eſt. Alter ſic: Omnes optãt quod utile eſt eis: qñ in priore non liceret dicere eis: nec in poſteriore ſibi. Et ĩ illo: Vt mihi ignoſceret tubero: cũ de ſe eadem dicerẽ ſi ſic muteſ: ut mihi ignoſceret tubero: cũ eadem dicerem de ſe non uideatur tam apta locutio.

℄ Quãdo uero p inter loqmur: ſæpe ĩdifferẽter & reciproco & nõ reciproco utimur añcedẽte: pſertim gtõ, dtõ, uel abltõ, nõ aũt nñõ uel actõ, quo precedẽte aptius ſeqtur reciprocũ.

℄ Vt textus declarat. Cauſa autem uidetur: qa in pleriſq; exẽplis duplicia ſunt uerba: quorum alterum reciprocum petit: alterum refugit potius.

℄ Interdũ tñ ubi unũ eſt uerbũ indifferenter loq licet utiq; nõ intercedẽte copula: qa tũc nulla eſt reciprocatio in cæteris ſi ſubſtãtiuũ pnominis reſpicit ad ſuppoſitum dicendum eſt Suus. ſm ad oppoſitum ſępius Illius aut ipſius quã Suus.

℄ Ad ſuppoſitũ: ut tueť nos Deus pptet ſuã clementiam: nõ eius. Ad oppoſitũ: Amamus Deum propter bonitatem eius.

℄ Interdum tñ ẽt ad oppoſitũ reciprocũ damus: ut Cepi leonẽ ĩ antro ſuo. & ĩ antro eius. Si uero appoſito addaſ adiectiuum: aut uerbũ ad qđ reciprocatio fieri debeat: utemur ea. Vt inueni leonẽ iratũ ob amiſſam prædã ſuam. i. qa amiſit prædam ſuam. Scio neminem patienter ferre contemptum ſui.

℄ Quando uero ſuus eſt ſubſtantiuũ ſignificans neceſſarios familiares: aut propinquos, aut qñ accipitur pro pprio, uix eo abuti poſſemus. Vt comperi illum inter ſuos, aut cũ ſuis, nihil dixit locis ſuis, aut tempore ſuo.

℄ Quarta cauſa. Cap. viii.

Poſterior, quæ eadem quarta eſt cauſa: qđ uidemus indifferẽtis eſſe: an qs dicat: oẽs optant, qđ ſibi utile eſt: an quod ipſis, ſiue eis utile eſt. Ille repetit qđ ſuum eſt: ſiue qđ ipſius eſt. Quiſq; uult, qđ ſibi, uel quod ei, ſiue ipſi expedit: prodeſt: conducit: placet. Idq; apud ſũmos quoſq; ſcriptores. Cice. pro Marcello. Multi dubitãt qđ optimum eſſet: multi quid ſibi expediret. Idẽ pro Ligario. Legatus in pace pfectus in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit: ut ei pacem eſſe expediret. Idem in Philippicis. Dicit enim. ſiquis eoꝝ, qui prius ſe rogati eſſent: grauiorem ſñiam dixiſſet: in eam ſe ituꝝ. Quinti. in milite mariano. Neq; ignorauit quæ manerent eũ pericula. Dixi de is: dicam de ipſe: addãq; de ille. Cic. pro Rabirio. Nec enim cuiq̃ eius cõſiliũ uehementius, q̃ ipſi diſplicet. & in offi. iii. Vas factus eſt alter eius, ſi ille nõ reuertiſſet: moriendũ eſſet ipſi. Et in eodẽ. Qui erranti comiti monſtrat uiam: quaſi de ſuo lumine lumẽ accendit: facit ut nihilominus ipſi luceat: cũ illi accẽderit. Idem pro Marcello. Eſt uero fortunatus: cuius ex ſalute nõ minor pene ad oẽs, q̃ ad illum uẽtura ſic lætitia peruenerit. Quintilia. in pariete palmato. Quapropter nõ petit ut illum miſeꝝ putetis: niſi & inocens fuerit. Et in milite Mariano. Affirmo tibi Caii Marii: non ſic nuper repugnaſſet: ſi illũ tribunus uoluiſſet occidere. Adiiciam unum de libris eccleſiaſticis exẽplum: de qbus poſtea locuturus ſum. Iuſiurãdum: quod iurauit ad Abraã, patrem noſtrum, daturꝰ ſe nobis: ut ſine timore de manu inimicoꝝ noſtroꝝ liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia corã ipſo. Aliqñ uidere licet: ubi deſideres eum: ibi eſſe ſe: & rurſus ubi ſe: ibi eum. Cic. pro Ligario. Atq; hoc propterea de me dixi: ut mihi Tubero, cũ de ſe eadem dicerem: ignoſceret. & per amphiboliã lib. offi. i. Nam negligere qđ de ſe quiſq; ſentiat: nõ ſolum arrogãtis eſt: ſed etiam oĩno diſſoluti. Nõne licebat hic dicere: qđ de eo qſq; ſentiat? ut in illo eiuſdem pro L. Sylla. Quid eſt huic: qđ eũ in hac uita teneat? Quod melius eſt: q̃ ſi diceretur: qđ eſt huic, qđ ſe in hac uita teneat? E diuerſo alibi. Hic igiť T. Ligarius qui tum nihil aliud egit, (neq; enim hoc diuinabat) niſi ut tu, cũ ſtudioſum, & bonum uirũ iudicares: nunc a te ſupplex fratris ſalutem petit. Vbi ego citius dixiſſem ſe: q̃ in illo eiuſdẽ ad Atticum: Subquerulas lr̃as miſerat: qđ quædam a ſe conſtituta reſcinderem: qa nõ minus belle diceret: quod quædã ab eo, ſiue ab ipſo. Hanc eãdem differentiam agnoſcas interuentu præpoſitionis: ſed magis in ipſe, q̃ in is. Quinti. in. v. inſtitutionũ. Nec exemplũ libenter, qđ in ſe recidat facit. Idem in ſexto. Quanquã aliqui reperiuntur: qui ne id quidem, quod in ipſos recidere poſſit: euitent. Sæpe duo hæc coniuncta repias uel nulla, uel aliqua ĩteruenientẽ præpoſitione: & pręcipue inter. ut idẽ in decimo. Cum ſit diuerſa nõ cauſaꝝ modo inter ſeipſas conditio: ſed in ſingulis etiam partibus cauſæ: ſintq; alia leniter, alia aſpere, alia cõcitate, alia remiſſe, alia docẽdi, alia mouẽdi gratia dicenda: quoꝝ oĩum diſſimilis, ac diuerſa inter ſe ratio eſt. Huius præpoſitionis & illa pprietas eſt: qđ nõ nihil intereſt: an ſe, an ipſos utaris: cum antecedit uel genitiuus: ut in pximis exẽplis, & in hoc Tulliano: Nec mihi cæteroꝝ iudicio uideť ſolum, ſed etiam ipſoꝝ inter ipſos conceſſu ita tributũ fuiſſe: uel datiuus, ablatiuuſq;: ut apud eũdem Quintilianum. Circa quem inexplicabilis & grãmaticis ĩter ipſos, & philoſophis pugna eſt. & iteꝝ. Nam in magnis quoq; auctoribus incidũt aliqua uitioſa: & a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa. Secus quotiens antecedit nominatiuus, accuſatiuus: ut apud Ciceronem. Vt enim pulchritudo corporis apta cõpoſitione mẽbroꝝ mouet oculos: & delectat hoc, quod inter ſe oẽs partes quodam lepore conſentiunt. Et iterum. Damonẽ, & Pythiam Pythagoreos, ferũt hoc

Ciceronis teſtimõia plura.

Quintilianus

Iuſiurãdũ qđ iurauit ad Abraam

animo inter ſe fuiſſe. Vbi ego nõ auſim dicere inter ipſas, & inter ipſos. nã illud ab hoc genere diuerſum eſt: q̃le apud Quintilianũ. Nemo igit̃ dubitauerit: lõge eſſe optimũ genus antiquorũ: in quo ut eſt aliq̃d inter ipſos cõmune: ideſt iudicium acre, tertiumq;: ita ingenior̃ plurimæ formæ. Hactenus exempla de ſui: nunc de ſuus pferam.

Suus.

Cicer. officior̃, unde modo ꝑtuli exẽpla: lib. i. In primiſq; uerſutũ, & callidũ factũ Solonis: q̃ quo tutior eius uita eſſet: furere ſe ſimulauit. & in eodẽ. Illa tñ præſtãde debebit: quæ erũt in ipſius poteſtate. rurſus in tertio. Agamẽnon, cũ deuouiſſet Dianæ: q̃d in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet: & in eodẽ. Piſcatores ad ſe cõuocauit: & ab iis petiuit: ut ante ſuos hortulos poſtridie piſcarent̃. inuſitatiũs in eodem. Quid dominus nauis? eripiet ne ſuũ? Minime: non plus quã ſi nauigãtem i alto eiicere de naui uelit: q̃a ſua ſit. Nec minus inuſitate ꝑ L. Sylla: ſi modo ſyncera ſcriptura eſt. Sylla, ſi ſibi ſuus pudor, & dignitas non ꝑdeſſet: nullũ auxiliũ requiſiuit. Vtrũq; ꝓbatur ex altero: illic q̃dem licuiſſe dicere: q̃ bo tutior ſua uita: & quæ erunt in ſua poteſtate: hic autem quod in ipſius regno: & ante ipſius hortulos: & quia eius illa ſit: &, ſi eius ſuus pudor. cæter̃ in his teſtimoniis duplicia fuere uerba. Quid, ubi ſunt ſingula? ſæpe idem fieri uideſ: nec differre utrũ dicas: cepi colũbam cum pullis ſuis: an cũ pullis eius: inueni turturẽ in nido ſuo: an in nido eius: expuli leonem ex antro eius: an ex antro ſuo: necaui lupam, & catulos ſuos: an & catulos ei⁹, ſiue ipſius: tuet̃ nos deus ꝓpter ſuam clementiã: an ꝓpter eius, ipſiuſue clemẽtiã: ante domũ ſuã me iclamauit: an ante domum eius; ipſiuſue: & ſimilia.

Eius ipſius quádo loco Suus

Ego uero ita ſentio: q̃n interuenit copula: nõ licere uti ſuus: quia tunc nulla intereſt reciprocatio. Ideoq; nõ catulos ſuos dicendũ: ſed eius. in cæteris, ſi ſubſtantiuum ꝓnominis reſpicit ad ſuppoſitũ: ſuus utiq; dicendũ: ſin ad appoſitum: ſæpius ẽt dici ſiue ipſius, ſiue illius. Ad ſuppoſitum. ut tuetur nos deus propter ſuam clementiam: non ꝓpter eius: quemadmodum dicimus: tuetur nos deus ſua bonitate: non eius bonitate. Inclamauit me ante domum ſuam: nõ ante ipſius: quemadmodum dicimus eiecit me domo ſua: non domo ipſius ſiue eius. Ad appoſitum. Amamus deũ propter bonitatem eius. Allocutus ſum hoĩem ante domum eius: liberius dixerim, quam ſuã. Ita cœpi columbam cum pullis eius. Inueni turturem in nido eius. Expuli leonem ex antro eius. Nec tamen ratio obſtat: quin & ſuo dicatur: ac ne auctoritas q̃dẽ. Cice. de repu. li. vi. Itaq; illum de ſuo regno, ille me de noſtra rep. percontatus eſt. Teren. in Adelphis. Suo ſibi hunc gladio iugulo. Niſi ſi quod addatur appoſito adiectiuum, uerbum ue: ad quod fieri reciprocatio debeat. quod genus eſt. Inueni leonem iratum, ac ſæuiorem ob amiſſam prædã ſuam. Video colũbam triſtem in periculo pullor̃ ſuor̃. Noſti illum minus ſuo, q̃ ſuor̃ caſu perterritum. ſentio hominem ambulantem per domum ſuam: non per domum eius. Item ſcio illum dolere fortunã ſuã: et in primitiuo quoq;. opinor hunc cognoſcere contẽptum ſui. Illud tranſeo: neminẽ poſſe errare: q̃n ſuus eſt ſubſtãtiuum: ut eius, aut ipſius, aut illius intratur: ut cõperi illum cum ſuis, ſiue inter ſuos. Quin etiã uix erratur: q̃n accipitur pro proprio: ut. de hac re dixi ſuo loco: nõ ipſius. Et referam hæc oia ſuis locis, ac temporibus: non eorum.

¶ Epitome capitis ix. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN.

¶ E DIVERSO multi in reciprocatione poſuerunt non reciproca: quorum quibuſdam fuit errandi occaſio: q̃ uideſunt apud græcos genitiuum autu ſiue aut ipſius eſſe cõmunem tam reciprocis q̃ non reciprocis. Vnde incaute tranſferentes, nec attendentes apud latinos eſſe diſcrimen: errauerunt: & multos in errorem traxerunt.

¶ Cauſæ cur eius, ipſius, illius, abutamur pro ſuis. Cap. ix.

Atq; ex his quidem, quæ cõmemoraui: non utcũq; modo factum eſt: ut multi pro eius, ſiue ipſius, ſiue illius uterentur ſuus: uerũ etiam ut e cõtrario pro hoc illius abuterẽtur. de quo ſolœciſmo Laurentius Vallam fecit Priſci. mẽtionem: qualia ſunt mea proxima exempla: ut uideo columbam triſtem in periculo pullorum eius: uel colũba luget pullos eius: & quale Donati grãmatici: (ut grãmaticos potiſſimum ſuæ artis admoneam) ſi modo Donati grãmatici libellus eſt de uita Virgilii: in quo quoq; alterius generis uita deprehẽdas. Ait. n. loquens de Virgilio. Voluit ẽt eius oſſa Neapolim transferri: ubi diu & ſuauiſſime uixerat. Ac paulo poſt. Tranſlata igitur iuſſu Auguſti eius oſſa; prout ſtatuerat, Neapolim fuere: ſepulta uia Puteolana intra lapidem ſecundũ: ſuoq; ſepulchro id diſtichon, q̃d fecerat, inſcriptum eſt. Et cæte. Item rogauit quo pacto q̃s altam, felicẽq; eius fortunam ſeruare põt. Superius uero. Quod cũ magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet: duplicari ſibi in mercedem panes iuſſit. Et alibi aliquotiens ſibi, uel ſuo, pro eius, & ei⁹ pro ſuo, uel ſibi. Verũ e græca quoq; figura non minimum cauſæ acceſſit huic erroriid quod me pollicitus ſum oſtẽſurum. Nam cum pro uno αὐτοῦ liceat dicere, tum ſuus, tũ eius, tum ipſius, tum illius: non tamẽ quodlibet

Eius pro ſuus.

Virgilii uita q̃ Donato aſcribit falſo iaſcribi

Oſſa Virgilii

Sibi p ei⁹. Eius pro ſuo & ſibi

ſemper tardus, aut indiligens interpres, q̃ hoc illud comperatum n̄ deſpicit. Q uo uitio nē interpretationes quidem eccleſiaſticoꝝ libroꝝ oēs uacant: quoꝗ quottidiana lectitatiō ita nos decepit: ut ipſos interpretes decepit lingua pegrina: ſed nos ipſi digni reprehenſione: qui maioribus credimus: illi uero digni, maioribus ſuis credere noluerunt. Q uo magis ex his præcipue uitioſa a me ſunt exempla pferēda: ut errorem noſtrum, ubi fontem eius agnouerimus: deuitemus. Cum tñ ex hoc contumelia nec ulla fiat libris eccleſiaſticis, hebræa tñ, aut græca lingua loquentibus: neſcio an honor potius habeatur: nec magna eoꝝ traductoribus: ſi modo dignitatis horum ratio habenda eſt: qui uel incerti ſunt, uel ignoti: uel inter ſe diſſidentes. Hoc mihi diſſimulādum non fuit, uel ob id, ne quis mihi iſtoꝝ obiiceret auctoritatem. In pſal. igitur, quos Hiero. certe non tranſtulit: ubi pleraꝗ huiuſmodi recte tranſlata ſunt: illud non recte. A gloria eoꝝ expulſi ſunt: pro a gloria ſua. & iteꝝ: Q ui exacuerūt ut gladium linguas eorum: pro linguas ſuas. & iteꝝ. Saturati ſunt filiis: & dimiſerunt reliquias paruulis eoꝝ: pro ſuis. & iteꝝ. Perierunt ꝓpter iniquitatem eorum: pro ſuam. Neꝗ abnuerim in quibuſdam codicibus recte legi ſua, ſuas, ſuis, ſuā. Sed ego rem, non hominē noto. Nec nō ibi. Et abſtulit ſicut oues populum eius: qđ melius legitur ſuum. Sicut ibi quoꝗ. Sicut locutus eſt per os ſanctoꝝ: qui a ſæculo ſunt prophetarum eius. Alibi melius. Per os ſanctoꝝ prophetaꝝ ſuoꝝ: qui à ſæculo ſunt. In is oībus græce eſt genitiuus αὐτῶν, & αὐτοῦ: αὐτῶν ille, pluralis: hic ſingularis. Aliq̃ñ etſi eius, ſiue ipſius, ſiue illius tollerari poteſt: tñ latinius eſt ſuus. ut in eiſdem pſalmis. Neꝗ deſcendit cum eo gloria eius: pro ſua. tāetſi aliqui non legunt eius. Et iteꝝ. Deſiderium cordis eius dediſti ei: & uoluntate labioꝝ eius non fraudaſti eū: pro ſui, & ſuis. & iteꝝ. Brachium eoꝝ non ſaluabit eos: pro ſuū. & iteꝝ. Benedicite dño oēs angeli eius: benedicite dño oēs uirtutes eius: Bñdicite oīa opera eius: pro ſui, ſuæ, ſua. quale eſt illud in Apocalypſi. Opera enim illoꝝ ſequuntur illos. quod ego citius dixiſſem: opera enim ſua. Huius tñ generis non eſt: ſi interuenit uerbum, ad hunc modum. Q uod pater non amauit te: ſiue patrem nō amaſſe te, probat ipſius teſtamentum: potius q̃ ſuum. ut eſt apud Q uintil. lib. i. Q uo & ipſum, & Virg. quoꝗ ſcripſiſſe manus eoꝝ docent. Nam in illo apud pſalmum, Oīa a te expectāt: ut des illis cibum in tpe: dāte te illis: colligent. illis, pro ſibi poſitum eſt.

Bñdicite oēs angeli eius p ſui.

Illis p ſibi ſui p eius

De ſecūdo illis magis loquor: quod ſibi quoꝗ tranſlatum inuenio: ſuo aūt pro eius: quod ſuperioris generis ultimum eſt illic. Ad nihilū deductus eſt in conſpectu ſuo malignus. & iterum. Si aūt dereliquerint filii ſui legem meā. q̃q̃ lego in qbuſdam editionibus utrobiꝗ eius. & iteꝝ. Aīa autem mea exultabit in dño: & delectabit ſuper ſalutari ſuo. Nam id ſuo ad dñm refert: non ad aīam αὐτοῦ. At ibi neſcias an uarietate gauiſus interpres ſit: an conſilio mutauerit. Quoniam ſm altitudinē cæli a terra corroborauit miſericordiā ſuam ſuper timētes ſe. Q uō miſeretur pater filioꝝ: miſertus eſt dñs timentibus ſe. & in eodem pſal. paulopoſt. Miſericordia dñi ab æterno, & uſꝗ in æternum ſuper timētes eū: & iuſtitia illius ſup filios filioꝝ, his, qui ſeruant teſtamentum eius: & memores ſunt mandatoꝝ ipſius. pro his quinꝗ noſtris, ſuam, ſe, eius, illius, ipſius, unum eſt pronomen græce αὐτόν, & αὐτοῦ, αὐτὸν: idem, qđ modo dixi: quod nunc, aſpiret, nec ne, non attinet dicere: ut taceā raris in codicibus pſalmoꝝ reperiri hanc diligētiam: nam cæteroꝝ eccleſiaſticoꝝ libroꝝ nullis adhuc reperiri: nec eam iudicio meo ſatis exactā. Vter tñ ſermo melior, ſuper timentes ſe, an ſuper timentes eum: Lucis dūtaxat gratia, ſuper timentes eum, uel ipſius interptis teſtimonio: qui priorē quodāmodo poſteriore correxit: niſi uarietatis id gratia fecit. Huius generis quoꝗ locus eſt. Stabūt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt. Quod ſi dixiſſet aduerſus eos, qui ipſos anguſtiauerūt: obſcuritatē deuitaſſet: ut taceā, quod magis ad uerbum etiam tranſtuliſſet.

ℭ Epitome capitis. x. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ℭ SAEPE autem per reciproca ſui & ſuus generaſ amphibologia i. dubia ſnīa: dum neſcif utrum reſpiciat reciprocationem: quæ uitabitur ſi pro reciproco ponatur: ubi id fieri licet, is, ille, aut ipſe: ut exemplis docet auctor.

ASCEN. Vitandæ amphibologiæ rō.

ℭ Q uō uitetſ amphibolia in ſui, & ſuus. C. x.

ENimuero deuitatur obſcuritas hæc amphiboliæ per aliquot fere trium pnominum: is, ipſe, ille: quā cū aliis duobus ſui, & ſuus, modo pugnant: modo cōueniunt: ritu Troianoꝝ pueroꝝ: ut eſt apud Virgilium. Et nunc terga fuga nudant: nunc ſpicula uertunt Infenſi: facta pariter nunc pace feruntſ. Mutaui modo ſe in ipſos: mutabo alio exēplo in eos: ut fecit interpres ſuperius in pſalmis: ſi tñ mutaſſe dicēdum eum. Cicero in Bruto. Is ſoceri inſtituto, quē, quia cooptatus in auguꝝ collegium non erat: nō admodum diligebat: Præſertim cum ille Qu. Scæuolā ſibi minorem natu generꝭ pertuliſſet. Nam id ſibi (ut Quintilia. uerbis utar) qui eum notat: & ad

Is Ipſe Ille p ſui & ſuus.

Ciceronis locus

ſoceꝛ referri, & ad Fannium poteſt. At ſi dixiſſet ei: de Fannio utiq; locutus intelligeretur: aut ſi ipſi, aut ſi illi, ſic. præſertim cum is Q. u. Sceuolam illi. Et ego quidem deuitare docea amphibolia. At Priſcianus, cuius hoc erat officium: cum eam notarit: nõ modo id non facit: ſue rumetiam in ipſam incidit paulo poſt: dum ait. Vel cum tranſitum facit in aliquos ſibi coniũctos: ut ille miſeretur eorum, qui ſecum uiuũt: uel ſibi parentium, uel ſecum degentium: dat ſibi fauentibus: incuſat ſecum certantes: & inuidet ſe indigentibus. Nam id ſibi, & id ſe, cũ tã pluralis ſit numeri: quam ſingularis: quo refertur, ambiguum eſt. Sed hæc amphibolia in primitiuo eſt nulla, quam ipſe notat in deriuatiuo. Rogat iſte illum ne ſuo noceat filio. Quaſi uero nihil ad rem faceret illud de Cice. & Varrone, aliud ambigui protulit exemplum.

Amphibolia i pnominibus ſo uitet

Epitome capitis xi. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN. SVVS eſt illius ſeruus, aut Doceo ſuũ illius ſeruũ non dicemus: neq; ab alio q̃ a Priſciãno uſurpat⁹ ē eiuſmodi ſmo.

Suus eſt illius ſeruus, & ſilia, male dici. c. xi.

Suus eſt illius ſeru⁹ male dici

IN quo ẽt exponendo, q̃d in illo nõ feciſſet: errauit: ut ad illam q̃ſtionem tranſeamus. Errauit enim ingens. Ambiguum cuius filio ſuo: iſtius, an illius. Cuiuſmodi eſt, q̃d ſuperius dixit. Doceo ego, uel tu, ſuũ illius ſeruũ. & iteꝝ. Suus eſt illius ſeruus. Et iteꝝ. Suus illius, iſtius, ipſius hominis. Inq; alia longe poſt materia. Niſi ſubſtãtiuis, uel uocatiuis uerbis adiũgant: ſicut & noĩa: meus es filius: meus uocat ſeruus: tuus nominor parẽs: tuus eſt pater: ſuus illius ſũ filius: ſuus illius es filius: ſuus illius eſt filius. Et aliquanto poſt non ſemel: quæ uerba mox ſubiũgam. quoꝝ Priſciani exemploꝝ unũ eſt: ſuus Virgilii uerſus: ſimile illi: utrũ Platonis, an Ariſtotelis ſuũ. q̃d ſermonis genus (quantũ memini) nuſq̃ inueni. Eoq; mallē aliena prop̃ſiſſet exẽpla is, q hoc tradit: q̃ ſua finxiſſet. Ad hoc p̃bandũ ea quoq; facient, quæ de coniuncta huic materia diſputabimus.

Epitome capitis xii. de Reciprocatione ſui & ſuus.

ASCEN. DISCREtionis uel abũdantiæ cã nõ eſt addendũ ſuus: addit tñ cũ notat ꝓpriũ: ut ſui eſt cuiq; mos: ſuus eſt Homeri uel Homero mos Non aũt q̃n poſſeſſionē: q̃le eẽt: Suus eſt Homeri liber aut filius: in quo ſuus redũdat: q̃d nõ idē eſt: q̃d abundat: ut Priſ. abutit: q̃ inumeris tertiaꝝ pſonarum uocibus: innumeras tertias perſonas eſſe dixit.

Quod neq; diſcretionis, neq; abũdantiæ cã poſſit addi ſuus. Cap. xii.

Suus non addi poſſit nec diſcretiõis: nec abũdãtiæ cauſa

NAm uerba, quæ modo p̃miſi me ſubiunctuꝝ: utriq;, atq; adeo multiplici q̃õni ſeruienti: & iccirco prolixius recitentur. quæ hæc ſunt. Diſcretionis quoq; cã, uel abundantiæ ſolæ: cũ genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeſſiui: ut ſuus eſt Homeri mos: intelligit cui non alterius. &. ſuus Cic. filius hæres eſt patris conſtitutus: Su⁹ dicitur ad diſcretionem illius, q ſecundũ leges non eſt ſuus. i. ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Q̃d aũt ſuus pro uniuſcuiuſq; proprio accipiatur: uſus confirmat. Virgi. Ge. i. Molles ſua tura Sabei. Teren. in phormione. Quot homines: tot ſentẽtiæ. ſuus cuiq; mos eſt. Sin aũt in poſſeſſionem ſit a poſſeſſore tranſitio: obliq̃s poſſeſſiui utimur: ut Cice. Miſeret filii ſui: præbet filio ſuo. Si extrinſecus ſit trãſitio in poſſeſſionem tertiæ perſonæ: ſufficit genitiuo uti ipſius poſſeſſoris. miſereor filii Ciceronis: dono filio Ciceronis: accuſo filiũ Ciceronis. Licet tamen etiam addere poſſeſſiui caſus conſequẽtes uel diſcretionis cauſa, uel abundantiæ: ut egeo ingenii ſui Ciceronis: benedico ingenio ſuo Ciceroni: & ſimilia. Illud quoq; ſciendum: q̃d cũ in aliis poſſeſſiuis omnibus liceat primitiui genitiuo pro omni eorum uti caſu: quod oſtendimus in hoc quoq; poſſeſſiuo pronomine tertiæ perſonæ: q̃n̄ in aliis tunc utimur: cũ ipſe poſſeſſor aliquid agat in poſſeſſionem ſuam: & cũ in aliam tranſitum oſtendat facere pro ſua poſſeſſione: ut amat ille ſuum filium: & amat ſui filiũ: bene dicit ſuo filio: & bene dicit ſui filio. ſi ita tamen poſſeſſio in poſſeſſorem faciat tranſitionem: non eſt congruum uti primitiui genitiuo pro poſſeſſiuo: quia uim habet compoſiti græci: ut Ciceroni redit ſuus filius: non ſatis cõmode pro hoc dicitur: Cicerõi redit ſui filius: pro ſuus filius: & ſimilia: quia hæc apud Græcos bene dicit ik: κερῶνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός. i. Ciceronem amat ſui ipſius filius: niſi ſi more attico pro ſimplici accipiat. & ſciendũ: quod, quia primitiuũ eius tam ſingulare, quã plurale eſt: licet in poſſeſſiuo & unum, & plures poſſeſſores intelligere pro ſignificatione genitiui ad poſſeſſorem ptinentes: ut ſuus illius: & ſuus illorum. nec mirum, ſi per retranſitionem Romani utuntur his pronominibus. i. ſui, ſibi, ſe, a ſe, & eius poſſeſſiuo: ut oſtẽdimus: nec nõ ſi ad coniũctionem ſui ad alias etiam perſonas aliq̃d agat: ut ille uocat me ad ſe: ducit te ſecũ: trahit omnia in ſe: uel cum tranſitum facit in aliquos ſibi coniunctos: ut ille miſeretur eorum, qui ſecum uiuũt: uel ſibi parentum: ſecum degẽtium: dat ſibi fauentibus: incuſat ſecum certantes: & inuidet ſe indigentibus. Et uident hæc omnia poſſeſſiuorum uim habere: & ſimilia: nec incongrue huiuſcemodi conſtructionem habuiſſe: cum attici quoq; uti ſoleãt huiuſcemodi compoſitis conſtructionibus. Xenophon αὐτῶν

μονἑδμα τε prio ἄλλοσ σοκρâτενίων. Quod autem etiam genitiuo, uel datiuo, qui loco genitiui poſſeſſoris: bene additur etiam poſſeſſiuum, ut ſupra diximus: nō ſolum noſtrorum, ſed etiam Atticorum uſus cōprobat. Virg. in Bucolicis. Et me Phœbus amat: Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt, lauri: & ſuaue rubēs hyacinthus. Teren. in Adelphis. Suo ſibi hunc gladio iugulo. Plato in Timæo. μὴ γὲ ἄρα ἀργύριον μήτε χρυσίον μήτε ἄλλο τοιοῦτον κτῆμα ἑαυτοῦ ἴδιον νομίζον. &, quod mirū eſt: hoc ipſum τοῖδιον etiam primæ, & ſecundæ adiungit perſonæ. apud illos. ισομοσ ἐντῶ τρόπω σε ηκλεϊ. & ἰνουκαν ταῖς ἴδια τα ἐμ κὐτεῦ. pro quo nos dicimus: meū proprium, & tuū proprium. Dicitur tamen & ſuū proprium illius: ut non putetur abūdare ſuum: ſed indubitabilem diſcretionem ſignificare. Illud quoque notandum: quod tertiæ perſonæ poſſeſſiuū ad inumerabiles (ut diximus) refertur perſonas: quippe cum ad oia tertiæ perſonę pnomina, & ad oia nomina, & pticipia poteſt referri: ut ſuus illius, ſuus iſtius, ipſius, huius, eius, ſuus Virgilii uerſus, ſua diſcentis diligētia. Primæ aūt perſonæ poſſeſſiua, & ſecūdæ non egent per ſe prolata adiunctione alicuius genitiui: cū uim genitiui finiti in ſe habeant: quō nec ſuus eget genitiuo ſui primitiui: quem in ſe poſſidet: ſed extrinſecus alterius uocis propter multitudinem tertiarum perſonarum. Præter rem fuerit hoc notare quod ait: multas, atque adeo inumerabiles perſonas tertias: cū tm̄ una ſit: ſed huius perſonæ inumerabiles uoces. Primū aliud eſt ſuus illius filius: & cætera: alid, ſuus eſt Homeri, uel Homero mos: & ſuus cuique mos: & apud Catullū: Suus cuique innatus eſt error: quia hic accipitur ſuis pro proprius: illic minime. Deinde nulla illic reciprocatio: quæ hic eſt: quippe intercedēte uerbo inter ſuus, et gtm̄, datiuumue: ſic. Homeri, uel Homero eſt mos ſuus: ſiue, mos ſuus eſt Homero: cuique eſt mos ſuus: ſiue mos ſuus eſt: cuique eſt inatus ſuus error: ſiue ſuus error eſt innatus cuique. Phœbo ſunt ſemper lauri ſua munera apud me. de quo genere conſtruēdi, poſterius quid ſentiam, apparebit. Nam illud exēplum, India mittit ebur: molles ſua thura Sabæi: inutile exēplum eſt: in quo non accipitur ſua pro propria: ſed quō cū dicimus: mittūt ſuos legatos: ſuos milites: ſuas naues: ſua agmina. quo etiam modo accipitur in Terentiano exēplo. Suo ſibi hūc gladio iugulo. Quod ſibi, nulla, niſi feſtiuitatis cuiuſdam gratia additum eſt: nec ita cohæret cū hoc ablatiuo datiuus ſui primitiui: ut fit in illis genitiuis, ſuus Ariſtotelis, Platoniſue, nullo pacto ſeparabilibus. Nam ſi ſeparares eam: alterum genus loquendi erit: de quo non loquitur Priſcianus hoc loco: ſuuſque ſignificabit, quod pprius. Separes autem interiecto uerbo ad hunc modum. Suus eſt illius mos: ſua eſt illius natura: ſuus eſt Ariſtotelis: ſuum Platonis genus: ſuus eſt Virgilii ſonus: ſua eſt dicentis diligentia: ſua docētis: & ſine uerbo ſubſtātiuo: ſuus tenet dolor patrem: ſuus matrem: nec procul ab hoc eſt uirgilianum illud. Feſſoſque ſopor ſuus occupat artus. Quapropter non eadem eſt (ut Priſciano placet) ratio dicenti. ſuus eſt Homeri, uel Homero mos: uſitatiſſimū loquendi genus: & ſuus Cice. filius hæres eſt patris inſtitutus: quod dici ratio uetat. Nā quod ait: ad dicretionē illius, qui ſecundum legē non eſt ſuus: ideſt ſub poteſtate patris legitimi non eſt: nulla ratio eſt: niſi & doceat ſic locutos eē, uel legum latores, uel principes: ſenatūue, aut populū, uel ptores, uel iuriſcōſultos: qui ēt definitū reliquerunt quis ſui dicatur, uel heredes, uel ſerui: nunquam hoc pnomen cum genitiuis eiuſmodi copulantes: & (ut rationem quoque reddā) ſuus hæres ad eū, cuius quis hæres eſt, refertur, ſicut ſuus ſeruus ad eū, cuius eſt ſeruus: ut ſi dicā: nemo pōt ſuū iſtituere hæredem ſeruū ſuū: & ſua tutela ad illū refertur, cuius tutela eſt: nec aliter dicitur ſuus ad diſcretionem alterius: quā meus, tuus, alienus. Cū ergo nihil agat ſuus: ſi apponatur ad Ciceronis filius: palā eſt: redundare: nō aliter, quā in altero exēplo. Egeo ingenii ſui Ciceronis. Bn̄ dico ingenio ſuo Ciceronis. ubi ſuus redūdare nō diffitetur Priſcianus. Sed p redūdantia dixit abūdantia. Sane abūdātia aliquid interdū cauſæ habet: redūdātia nihil. Nā quo dictionē, non dico abſurdam: ſed ocioſam? ac ſimilem mēbro, quod integro corpori, ueluti ſextus in manu digytus, agnoſcitur? quam ipſe quoque, qui ait, tacite reformidat lōge poſt: cum de uocatiuis pnominū ait inquiens. Itaque quanuis quantum ad ipſam rerum naturam recte uideatur poſſe dici: o ſue fili Euandri: & o ſua uxor Euādri: ut ſi dicā Euādrie fili: & euandria uxor: cum in hoc duę tertiæ intelliguntur pſonæ poſſeſſoris, & poſſeſſionis: uſus tn̄ deficit. cur uſus Priſciane deficit? Nēpe quia deficit ratio: atque ipſa rerum natura: qm̄ ſuæ, & redundat: & reciprocationem, quod ipſius pprium eſt: perdit. At tu uis addi etiam pprium: nec tn̄ tunc redundare, ſiue abundare ſuum: ſed indubitabilem ſignificare diſcretionem. Harum rerum cū tecum ratio non faceret: ſi nulla uſpiam reperiebas exempla: tradere præcepta non debuiſti: ſi reperiebas: & illa debuiſti proferre. quod feciſſes opinor: ſi repperiſſes.

Poſſeſſiuum tertiæ pſonę

ASCEN. ℭ Epitome capitis.xiii.de Reciprocatione ſui & ſuus.
ℭ SVVS aiт probari poteſt non carere uocatiuo: licet in uſu non ſit cum uocandi caſui decenter cohæreat ut Defendite Cæſarem o ciues ſui.

Suus uocatiuum habere

ℭ Suus non caret uocatiuo. Cap.xiii.

QVod ſi uſus, & uitandæ redundantiæ, & cōſeruandę reciprocationis cauſa reſpuit talem uocatiuum: o ſue fili Euandri: quid faciet neutra obſtante iſtarum cauſarum? Profecto uocatiuum oportet admittat: cū natura, Priſciano quoq; teſtante, nō reſtagetur. At quo pacto reperietnus nec redundantē, nec reciprocum uocatiuum? Id iterum iam ſuperius oſtendimus. Si enim illic, Benedicite domino angeli ſui: id angeli, uocatiui eſt caſus: perinde ac ſi diceret: o angeli ſui: & quale eſſet: deſcendite, adiuuate, pregite Cæſarē uita pielitantē o amici ſui, o milites, o ciues ſui: qdni uocatiuū ſuus habere dicendū eſt? Q. ſi nulla huiuſcemōi reperiāt exēpla: nec mirū. q̄ raro fit opus hoc ſermone: & ratio tam ualida eſt, ut ipſa poſſimus eſſe contenti.

ASCEN. ℭ Epitome capitis.xiiii.de Reciprocatione ſui & ſuus.
ℭ NON per ſolū nom̄: ſed etiam per alios caſus loquimur qn̄ ad ſuum poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionem facit: & non ad alium: ut Ciceronis ſuum filium piget.

ℭ Non tantum per nominatiuum, quale eſt, uidet ille ſuus filius: licere loqui: ſed etiam p alios caſus. Cap.xiiii.

SIcut mea quæſtione, quæ reliqua eſt ex Priſciani uerbis, ſic pauloante dicentis. Eſt tamen aliqua differentia in poſſeſſiuo tertiæ pſonæ: cuius nominatiuo tūc utimur: qn̄ ad ſuum poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionem facit: & non ad alium: ut indiget illius, uel Ciceronis ſuus filius: uidet illum, uel Ciceronē ſuus filius. ſimiliter paſſiua: quæ a poſſeſſore ſolo fiunt: nominatiuum poſſeſſionis exigunt. Amaſ ab illo, uel a Cice. ſuus filius. Bene meret de illo, uel de Cice. ſuus filius. Nec non tā noīatiuo, q̄ aliis caſibus poſſeſſiui licere uti cū poſſeſſorē oſtēdimus extrinſecus facientē trāſitionē ad aliq̄ aliam pſonam: p ſua poſſeſſione: ut rogat me ille ut ſuus legat apud me filius: & ut ſuus doceatur a me filius: ut ſui miſerear filii: & ut ſuo donem filio: & ut ſuum ſequar filium: & ut ſuo potiar filio. Nam cur ad nominatiuum coartat hanc regulam? An nō per accuſatiuum eiuſdem generis eſt? Piget Ciceronis ſuū filium. Rumor eſt Cæſari inſidiari familiares ſuos. Cōſtat ſuū eſſe Homeri morē: fugere Pōpeium ſua intereſt. Fratris iam pigere incipit uxorē ſuam. Nā per accuſatiuū latinius dici, quā p noīatiuum, fic: fratris iā incipit uxor ſua pigere: alibi docuimus. Cuius ſimile eſt illud

Poſſeſſiui pronois oibus caſibus poſſe uti.

ſua Itereſt

Quin in milite mariano. Nec ſi ſit uitæ cupidiſſimus: pœnitere eum ſui facti poteſt.

ℭ Epitome capitis.xv.de Reciprocatione ſui & ſuus.
ℭ QVOTIES proprium nomen, pronomen, aut aliud ad quod fiat reciprocatio pponitur cum uerbo ſuo, & ſequitur aliud ſuppoſitum cum uerbo: licet illi ſuppoſito addere ſuus propter reciprocationē in priorem ſermonē, aut aliud pnomē & eius, illius, ipſius, ppter ſecundum. Quando autē ſuus tm̄ caſus ſine uerbo ſ cedit: ſi ad ipſum fieri pōt reciprocatio. non habet locum aliud pronomen. ASCEN.
ℭ Exempli prioris ut ille, aut Iohues, aut ſeruus tuus rogat te ut ſuus, aut eius apud te legat filius. Exēpli ſecundi: ut Pythagoram uenerabantur diſcipuli ſui non diſcipuli eius.
ℭ Item quando per ablatiuum in deſignatione ſequelæ poſitum loquimur. indifferenter utimur reciproco propter priorem partem. & non reciproco propter poſteriorem: quæ in ſuppoſitum ſeu uerbum reſolui poteſt: ut Beatus eſt ille tot ſe, uel tot eum amantibus.

ℭ Quæ dixeriq̄ præceptorū: qn̄ indifferenter utimur his pnominibus. Cap.xv.

HArum porro duarum Priſciani regularum, quas nunc ad litteram ſubieci: in poſteriore licet pro ſuus, uti eius, ſiue ipſi⁹, ideſt genitiuo: ut rogat me ille ut eius legat apud me filius: & ut ipſius doceatur a me filius. In priore non item: quod ſuperius quoq; ſignificauimus. Etenim (ut diuerſa promam claritatis gratia exempla) nō auſim dicere: Pyphagoram uenerabant diſpuli eius: ſed ſui: nec quēq; decet ipſius defenſio, ſed ſua: ſiue ſui, ut apud Valerium Martialem. Et ſua riſerunt ſecula Meonidem. nam id, quod in principio negaui, ſub ſpecie tranſitionis caderet: ſua quēq; delectāt: ſua cuiuſq; ſunt: ſuū cuiq; reddatur: nam admonuimus non poſſe mutare pnomen: q nunc ſubſtantiuū eſt. Illud aūt ancipitis uſus eſt: qd in poſtremo cōſultō reſeruaui: quotiēs p ablatiuū loqmur abſolutū. ut. Beatus eſt ille, tot ſe, uel tot eū amātibus: Poteſt iam ſecure uiuere tāta ſibi, uel ei accēdēte hæreditate. Quo ī genere nōnunq̄ uſu uenit ut per ſe, nō per eum, uel ipſum utiq; loquendū ſit.

Eius Ipſius pro ſuus.

ℭ Epitome capitis.xvi de Reciprocatione ſui & ſuus. ASCEN.
ℭ QVANDO autem ablatiui illi abſoluti cum reciproco præcedunt: non habet aliud pronomen locum: unde non dicam: Tradito ei: ſed tradito ſibi puero: dicendi penitus ingenium eius in primis naturamq; perſpiciat. Sed quando in oratione ſimplici habente obliquum: ad quem fiat reciprocatio ponitur: reciprocum ſuus: & ipſam orationem grammatice conſtruere uolumus: reſoluemus ſuus in is: ille, ipſe, & obliquum in eum caſum: quem exigit dictio cui adhærebat reciprocum: ut illud Sene. Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua: reſoluitur ſic: Scelera magiſtri ſæpe redierunt in ipſum, aut in eum, aut illum. Quando tamen ſuus & ſubſtantiuum non facile reſoluitur: ut hoc ſuum cuiq; ſoluatur: niſi dicamus ſic: Quod cuiq; eſt: id ei ſoluatur. Preterea quādo ſuus idem eſt quod proprius difficillima eſt reſolutio: ut ſuus eſt Homeri mos: Sunt & ſua dona parēti: Sunt hic etiam ſua premia laudi: quarum orationum reſolutionem per circumitionem textus ponit quidem: ſed non approbat.

¶ Quemadmodum in conſtruendo reſoluatur ſui, ſuuſq;, in is, ipſe, ille. Cap. xvi.

Sui

D T, quo admireris, ab ipſo ſe incipiendum: ut apud Quinti. inſti. i. Tradito ſibi puero, docendi peritus ingenium eius in patris naturamq; perſpiciat. Nõ enim dixerim tradito ei puero: ſibi, in eo, mutato: aut eius, & puero, pmutatis, ſic. Docendi peritus in patris ingenium pueri naturamq; perſpiciat: tradito ſibi eo. Sed magis hoc

Suus quõ reſoluant per is ipſe ille

in ſuus permittitur, quã in is: ob id, quod ſequitur: illud, in conſtructione: ideoq; reſolui in quodlibet trium, de quibus diſſeruimus, pronominum, is, ipſe, ille, tanq̃ affinitatis quodam; aut conſanguinitatis gradu propinquorum: ut apud Senecam. Sæpe in magiſtrum ſcelera redierũt ſua. qđ ita conſtruendum erit, reſoluendũq;. Scelera magiſtri ſæpe redierũt in eum, ſiue in ipſum, ſiue in illum. Nõnunq̃ reſolui non poteſt: non modo qñ eſt ſubſtantiuum: ut ſuum cuiq; ſoluat: ſua cuiuſq; ſunt: niſi longa, & pinde dura circuitione utamur: quod cuiuſq; eſt, ei ſoluat: quæ cuiuſq; ſunt, ipſius ſunt: ſed etiã quando accipitur proprius: ut ſuus eſt Homeri mos: ſunt & ſua dona parẽti: ſunt hic etiam ſua præmia laudi. Niſi & hic circuitione utamur, Mos Homeri eſt eius: dona parẽtis ſunt ipſi: ꝓmia laudis ſunt illi: qđ mihi non probatur. Eſt autem & alter per hæc ipſa tria ꝓnomina reſolutionis genus: ut ſi dicas: Sæpe in magiſtrũ ſcelera redierũt ipſius; uel eius; uel illius: quale eſt illud ſupius eſt Quintiliano. Quo & ipm, & Virg. ſcripſiſſe manus eorum docẽt. Reſoluas enim. ſæpe ſcelera magiſtri redierẽ in ipm; uel in eũ, uel in illum. Item quõ manus, & ipſius, et Virg. docẽt eos ſcripſiſſe. ſed hoc tráſeo: & eſt nõ tam natiua materiæ, q̃ adoptiua. Ná gratius facere ſcriptorẽ exiſtimo: qui nõ nihil, q̃ qui nihil omittit: ne ſaltem plus magnitudini uoluminis, q̃ utilitati legẽtium ſtuduiſſe uideatur.

¶ De reciprocatione Sui & Suus non contemnendus Epilogus in præcepta digeſtus.

¶ Præceptum primum.

ASCEN.

¶ NON utimur more græcoꝝ indifferenter reciprocis & non reciprocis: nõ enim habemus ut illi eã cõmunẽ: ueꝝ diligentius ea diſtinguemus: in qua re ſi uel magnos auctores dormitaſſe cõpererimus: non tñ imitabimur: ſed non prius dormitaſſe cẽſebimus: q̃ cõpertum habeamus quo fiat relatio: ne non illi: ſed noſtra erret cenſura. Cæterum ſi quãdo cõmuniter per reciproca & non reciproca propter geminũ reſpectum loqui licet nõ continuo id ubiq; factitabimus: ſed ubi id fieri permittatur accuratius annotabimus.

¶ Præceptum ſecundum.

¶ BONA autem cenſebitur reciprocatio qñ pronomen reciprocum ad ſuppoſitum principale refert: quod fit quando loco reciproci poni poteſt in uero ſenſu ipſemet; aut ipſe idem cum dicto ſuppoſito. Verbi gratia in illo Terentiano Orare iuſſit ſi ſe amas heram iam ut ad ſeſe uenias uidere te ait cupere ait ſe principali ſuppoſitum: hoc eſt prioris uerbi eſt hera: ad quod fit reciprocatio, nam in uero ſenſu ſic dicere poſſum: ſi amas ſe. i. ſemetipſam heram, aut ipſam eandem heram: quod non fit quando barbari ſic loquuntur. Petrus neſcit an Ioannes ueniat: dixit tñ ſibi & filio ſuo: quia principale ſuppoſitum eſt Petrus: ad quod neq; ſibi neq; ſuo pertinet: quia non licet dicere ſibimetipſi Petro: ſed ſibi uidelicet Ioãni: unde dicendum erat ipſi, aut ei, aut illi, & filio eius, aut illius, aut ipſius: quia non reſoluitur ſuo: ideſt ipſius eiuſdem Petri: ſed Ioannis. Nõ tamen licet pro experimento id ſignidamus belle loquaris ſic: dixit ſibimetipſi Ioannes: quia pronomina (ut Seruius docet) poni uolunt pro nominibus non cum noibus. Nihil autem eſt facilius q̃ obſeruare reciprocationem ubi indifferenter loqui non liceat, at ubi licet nihil eſt periculi. Bona eſt ergo reciprocatio in his: Quiſq; ſui memor eſt. Sibi quiſq; indulget. Se quiſq; fouet. A ſe quiſq; fouetur. Homo ſui & ſuorum aut liberoꝝ ſuoꝝ immemor belua deterior eſt. Vir ſibi & uxori ſuæ nõ proſpiciens frugi nõ eſt. mulier ſe & domum ſuam non colens accidioſa eſt. Qui a ſe & a ſuis non colitur cõtemptibilis eſt. Contra ineptæ ſunt locutiones ſi nõ reciproca in his poſueris: ut quiſq; eſt eius, aut ipſius memor: niſi addatur ſui uel ſuiipſius. Quiſq; diligit ſeipſum & liberos eius: ſi de eodem loquamur. Item quando in non reciprocis utimur reciprocis: ut ego dixi fratri meo & coniugi ſuæ. Nihil frater faciet quod non dixi ſibi. Bene tamen dicitur quod ſibi non dixi. Cæterũ ut ſpecialibus regulis rem apertiorem faciam collegi has.

¶ Preceptum tertium.

¶ VBI principale ſuppoſitum eſt. Quiſq; aut unuſquiſq; fere locum habet reciprocatio: ſi tñ ſuperior ſeruetur regula. ¶ Verbi gratia aptus eſt ſermo: Quiſq; ſui memor ſibi fauet, ſe amat, a ſe colitur, ſuoꝝ immemor eſſe non poteſt: ſuis inuidere nequit non poteſt quin ſuos diligat, a ſuis honoratur. Suoꝝ liberoꝝ miſeretur, ſuis liberis conſulit, ſuos liberos fouet, a ſuis liberis ueneratur. Contra ineptus: Ioannem nemo diligit: cũ tamen unuſquiſq; liberos ſuos diligat: ſi de liberis ioannis loquimur. Nam dicẽdum eſt liberos eius aut ipſius. Neq; opus eſt: ut quiſq; ſit nominatiui caſus. Nam apta eſt locutio. Sua cuiuſq; intereſt. Sui cuiq; colendi ſunt. Trahit ſua quẽq; uoluptas. Sui ab unoquoq; colendi ſunt. Et in primitiuo: Sui quẽq; miſereſcit. Sibi quenq; fauere decet, ſe amare, a ſe coli: Et in datiuo: Sui miſereri cuiq; licet: ſibi fauere, ſe amare, a ſe amari &c. Repetenda eſt hic regula cap. lxiii. in lib. iii. habita.

¶ Præceptum quartum.

¶ QVOties ſuus ponitur pro proprio: ac debito, aut ſubſtantiuum eſt: fere locũ habet, nec eo abuti facile poſſumus. ¶ Recte enim dicimus: dicã loco ſuo, tẽpore ſuo, ſuis horis Res geſta eſt a ſuis magiſtratibus. Ioãnes amat ſuos, nemini impertit ſua. Hoc aũt diſcriminis habẽt pronomina poſſeſſiua ſubſtãtiuata in maſculino & i neutro genere: q; in maſculino ſignificãt ꝯſanguineos, affines, ꝓpinquos, familiares, notos, & amicos: in neutro res, aut (ut dicũt) bona ſeu fortunas.

¶ Præceptum quintum.

¶ QVOties gemina eſt locutio ita ut bina complectatur ſuppoſita: licet ad prius dare reciprocum, aut ad poſterius non reciprocum: in qua re animaduerſione opus eſt: atq; auctorum inſpectione.

¶ Verbi gratia: recte dicas ille repetit quod ſuũ eſt, & quod ipſius eſt. Quiſq; uult qđ ſibi aut qđ ei expedit: q̃ ſi reſpicio ad ſuppoſitum prioris uerbi dicã ſuũ & ſibi: ſi ad poſterioris ipſius, & ei aut ipſi ſic: id qđ eſt ipſius: id qđ expedit ei, aut ipſi. Iuuenis non petit ut illum miſeꝝ pateris: aut ut ſe miſerũ pateris: ſed dicamus ſpecialibus.

¶ Præceptum ſextum.

¶ QVOties autem ſic ante ꝓpoſitionem interponitur genitiuus, datiuus, aut ablatiuus: licet reciprocũ & nõ reciprocũ ſubdere. Quoties noiatiuus aut accuſatiuus habens uim ſuppoſitalem uendicat ſibi locum ſe reciprocum.

¶ Vt grammaticorum inter ſe aut inter ipſos grammaticis

inter ſe aut inter ipſos:a grãmaticis inter ſe aut inter ipſos:ſed grãmatici inter ſe diſputat. Scio grãmaticos inter ſe diſſentire: exẽpla ſunt latius poſita capi.viii.huius opuſculi.

ℭPræceptum ſeptimum.

Nota reſpectum ad ſuppoſitum & obliquũ.

ℭQVANDO uero ſingula ſunt uerba:ſed duplex reſpectus: alter ad ſuppoſitum,alter ad obliquum ſi pronomẽ ſuppoſitum reſpicit: erit reciprocum:ſin obliquum potius non reciprocum:reperitur tamen & reciprocum.

ℭExemplum prioris:ut Tuetur nos Deus propter clementiã ſuam non eius. Exemplum ſuperioris:ut Cepi columbam in nido eius,& etiam ſuo. Cepi lupam in antro ſuo & eius: amamus Deum propter bonitatem ſuam & eius.

ℭPræceptum octauum.

ℭSI tamen obliquo addatur uerbũ aut adiectiuum:ad qđ fieri reciprocatio debeat erit ei locus.

ℭVt inueni leonem iratũ ob amiſſam ꝑdam ſuã. Vidi hoieꝫ ambulantem ꝑ domũ ſuã:nõ per domũ eius:q̃a illic gemina eſt in uirtute oratio.idẽ eni eſt iratũ,& q iraſcebaẜ, & ambulantẽ ac q ambulabat:ut ergo nõ dicã:q ambulabat ꝑ domũ eius:ſed ſuã:ita non dicam ambulantem per domũ eius, niſi de alterius domo loquor:q̃ ipſius ambulantis.

ℭPræceptum nonum.

ℭQVOties autem interuenit inter obliquos coniunctio non eſt reciproco locus.

ℭVnde non dicã. Cepi leonẽ & catulos ſuos:ſed & catulos eius. Adde huic regulas capitis.xiiii.&.xv.huius opuſculi.

ℭPræceptum decimum.

ℭIN conſtruendo aũt ſi nequit apta fieri reſolutio:præponemus etiam obliqui caſus antecedens.

ℭVt quẽq; ſua uoluptas trahit:nõ ſua uoluptas trahit quẽq;. Non poteſt enim relatiuum ſine antecedente intelligi: ſed hæc regula quantum ad elegãtiam parui:aut nullius eſt momenti. Cæterum ne prolixitate diſpliceam: uerbum non amplius addam:præterq̃ pauca.quæ ad ſequentis perorationis declarationem faciãt. In cuius initio utiẜ ea clauſula: qua cæteros auctores uti ſolitos ꝑdocuit:hæc habui &c. Cuius quæſtionis tantum abeſt &c. Huius quoq; dictionis prius edocuit elegantiam:poteſt autem ſic reſolui. Cuius quæſtionis non ſolum non timeam ne quis tenuitatem,facilitatemq; inſectetur:uerũetiam uerear ne magnitudine potius ac difficultate deterreatur:ſed elegantior eſt & ſignificantior loquendi modus per tantum abeſt q̃ per non ſolum. Graphice autem utiẜ antithetis:iam magnitudo tenuitati & difficultas facilitati contraponitur,& quidem.i & certe non qualis difficultate: ſed labyrinthea.ideſt qualis erat euadendi labyrinthi: addit Cretẽſis:q̃ illius exeundi difficultas ſummis auctoribus cõprobata eſt. Fuit autem Labyrinthus portentoſiſſimum humani ingenii opus a Dædalo Athenienſi fabro ingenioſiſſimo fabricatum. Is nãq; cum ab Areopagitis expulſus eſſet in Cretam aufugit:ubi primo uaccam ligneam dicit Paſiphæ extruxiſſe:in qua illa partim Minotaurũ concepit monſtrum biforme.(Nã partim hõ ex ſemine Minois,& partim taurus ex tauro fingitur fuiſſe) quo nato Dædalus deinde labyrinthum extruxit: Aedificium admirabile itinerum ambages: occurſus & recurſus inexplicabiles continens:& crebris foribus ad fallendos exitus redeundumq; in errores eoſdem patens. Quatuor autem labyrinthi fuiſſe præcipui memorantur. Primus in Aegypto:unde Dædalus exẽplar ſumpſit:ſed centeſimam tantum portionem imitatus: Creticuſq; quem fecit ſecundus. Tertius in Lemno. Quartus in Italia fuit: quẽ Porſena Rex Hetruriæ aut ſepulchri cauſa: aut ad pompam extruendum locauit:erant autem omnes lapide polito fornicibus tecti. Bene ergo dicit auctor. Nã cõplures fuiſſe memorãtur. In illo autẽ Cretenſi incluſus Minotaurus. Athenienſiũ quotannis ſeptena corpora: ideſt ſeptem marium,& totidẽ fœminarũ deuorauit:quæ Athenienſes ob cædem Androgei ſeu Androgeo filii ipſius Minois:mittere cogebantur:nõ delectu:ſed ſorte habita:donec Theſeus uir fortiſſimus & regiſq; filius ſorte miſſus ab Ariadna filia Minois,& Paſiphæs adamatus,& clam ſponſus effectus eius auxilio ſertus filum glomeratum in primis foribus affixit:a quo Minotauro peremipto ad exitum ductus euaſit. Amphitheatrum autem dicitur ædificium:circũquaq; ad ſpectaculum patens. Nam amphi dicitur dubium,& tam circum theatrum ſpectaculũ:a theoro quod eſt inſpecto. Quale ſummi pontificis palatium. Bonam eius laudandi occaſionem nactus ad eius laudes ingreditur. Caſam:ideſt tugurium a cadendo dictam. Cum regia. ſcilicet domo,tophum.ideſt lapillum ſcabrum. Sed finem facio:cætera enim manifeſtaria ſunt.

Declaratio perorationis.

Labyrinthus

FINIS.

ℭPeroratio operis, atq; concluſio. Cap.xvii.

HAec habui Ioannes, de ꝓnominũ ſui, & ſuus reciprocatione quæ dicerem. Cuius quæſtionis tñ abeſt ut timeam ne q̃s tenuitatem, facilitatẽq; inſectetur:ut uerear ne magnitudine poti⁹, ac difficultate deterreaẜ: & q̃dem (ſicut initio dixi) labyrinthea. Etenim me quoq; iuuat ad eius finem, uelut ad exitum labyrinthi peruenisſe illius cretẽſis. Nam cõplures fuiſſe memoranẜ: quẽ Virg. idem alibi narrat. Parietibus textum cæcis iter,ancipitemq; Mille uiis habuiſſe dolum:q ſigna ſequendi Frangeret indeprenſus, & irremeabilis error. Verũ nõ eſt cur ego iam uerear iſtam legentium,ſi qui modo hunc libellum legent desperationem. Nãq; omnem,quæ antea erat difficultatem ut illis demerem, ipſe ſuſcepi:uniuerſaſq; fere ſcrutatus cæcæ domus ambages de labyrintho,ut amphytcatrum facerẽ, elaboraui:quale in media urbe uiſitur a Veſpaſiano extructum:aut quale Puteolanum,cãpanumue,aut Veronenſe. Nam eiuſdem exempli ſunt plurima:mille uias illud q̃dem habẽs:ſed ſine cæcitate, ſine dolo, ſine errore aut, quo magis e uicino ſimilitudinem ſumam:quale ſummi pontificis palatium:quod ꝓxime Nicolaus Quintus ex confuſo, & labyrintheos anfractus habenti, auguſtiſſimũ reddidit: non tñ abolitis eoꝝ titulis:q illud ædificarãt, exornarãtq;: ſed reparatis,ac magnificẽtius reſtitutis:ut non immerito ueteres ſummi pontifices, ſi quis illis harũ rerũ ſenſus eſt:plus huic, quantum ad ædificationem pertinet, quam ſibiipſis debere fateãtur:a quo ædificante plus ornamẽti acceperũt. factum haud dubie omni palatioꝝ magnificentia præclarius. Cui non nihil noſtrum fortaſſe conferri poterit:qui priſcoꝝ auctoꝝ, quantum in nobis eſt, reſtituimus:reparamuſq; dignitatẽ. Sed q̃d demens ago? qui meum cum illius opere coner ulla ratione cõparare? caſam cum regia:tofum cum marmore: æs cum auro:litterulas cum excellente uirtute:ac ſingulari ſapientia? Præſertim cum opuſculum hoc non auſim edere:niſi prius ab eo comprobatum, optimo litteraꝝ cenſore, non ſolum litteraꝝ præſide ac principe. Etenim ille ut ſemp antea doctrinaꝝ

Labyrinthus

Palatium pontificis Ro. Nicolai pontificis quinti laus

omnium cultor cenſorq;, ita nunc nō modo Romani pōtificatus ac Romani imperii, uerū etiā Romani eloquii imoderator, & princeps. Quę tria cui nam poſt homines natos affuiſſe dicemus? ideſt ad duo priora hoc tertium acceſſiſſe? In primis curam gerendi ut cum omnis doctrina, tum uero lingua Romana, quę uſitatius latina dicitur: cunctarum doctrinarum ſeminarium coleretur, & creſceret: res profecto, ſi uere æſtimemus: maioris laudis, ꝙ cætera. Siquidem illa ad nos aliorum iudicio, & interdū inuitos deferuntur: hoc nō niſi iudicio noſtro, ſtudioq; contingit: illa nōnunquam parum recte adminiſtrantur: hoc nō uideo quemadmodum nō recte queat adminiſtrari: illa huius operam, atq; opem deſiderat: hoc, etiā ut illa non aſſint: per ſe poteſt eſſe contentum. itaq; ego Nicolaū Quintum cum propter alia ſummum hominum iudicio, tum uero propter id, quod nō tantum cultor eſt ſapientiæ: ſed plurimos etiam cultores efficit: haud iniuria comparandum cęſeo choro Muſarum: ſi quæ unquā Muſæ extiterunt: quæ & ſapere ipſæ omnia, & nobis ad capeſcēdam omnem ſapientiam auctores eſſe creduntur. Ab hoc igitur Ioannes, cuius tu intimus es: (ut ad nos reuertar) oraculum poſces: nunquid hic liber tibi dedicatus editione ſit dignus?

Lingua Romana latinaq; edeut.

¶ Calphurnius

Antonio Paſqualino de Sancto Germano Campaniæ. S.

Reſtituit quondam patriæ uexilla Camillus:
Et raptas Gallis ſolus ademit opes.
Rettulit eloquium noſtro Laurentius æuo:
Et Capitolinæ contulit arcis opem.
Barbara cūcta iacēt: ſunt hoc & uindice pulſi,
Quicunq; a Gothis ſigna relicta coluut:
Quo tibi debebit ſemper ſtudioſa iuuentus
Campani Antoni gloria magna ſoli:
Nāq; tua impenſa totum uulgatur in orbem
Vallenſis, notus quā fuit ante magis.

Diſtichon Aſcenſianū de lucubratiuncula ſua.

Hac quoq; (ſiqua piis fiducia rebus opella)
Lectorem potui demeruiſſe rudem.

¶ Finis operis de elegantia linguæ latinæ.

¶ LAVRENTII Vallenſis Lima quædā per Antonium Mancinellum Veliternum ad reuerendum Aedis Geminianæ Antiſtitem: Diuiq; Marci Canonicum: Nicolaum Rubeū patritium Venetum: omnium bonarum artium: & uirtutis cultorē.

BENIGNI (Sapientiſſime præſul Nicolae Rubee: pbitate cunctis omnibus præſtans) ingenii eſt id agere: qd cæteris cōſulatur. Nam nemo noſtrum ſibi ſoli natus eſt. Itaq; aīaduertens Laurentii Vallenſis Elegātias paſſim ferme in manibus eſſe (Plurimum quippe orationi latinæ cōferunt) uiſum eſt: ut & magis & fidelius conferre poſſent loca quædā curſim & breuiter a me obſeruata in medium dare: eo aīt aīo: eo conſilio: eodemq; ritu: qbus mea etiam ſcripta recogniouiſſem. Nō enim cōtumeliis: non praua mēte qd agimus: uti pleriq; ſolēt dum alioꝝ quieq; offendūt: ac ſi ipſi quoq; non uſpiam laberent: Quod certe fieri nullo modo poteſt: hinc ait ille: Demoſthenes & Homerus M. Tullio dormitare qñq; uident. Quid mirum? Sūmi qdem fuere: at homines tñ. Quæcunq; uero mihi obſeruata ſunt: ad te præſtanti prudentia uirū: ad te ſūma ſapientia præditū: ad te eloquētiæ fontem: litteratorūq; oium portum, & auram dirigo. Curabis igit noſtra hæc qualiacūq; una cū uiri doctiſſimi elegantiis perlegant (ſic eni cultiores fient) dulces, iucūdi, chariſſimiq; alumni tui Ioānes Iacobi uiri clariſſimi fili⁹: Frāciſcuſq; rubeus Ioānis. Quoꝝ prior cum reuerēdus, uenerabilis, ſapiens: incorruptuſq;: diui Leonardi titulatus (ſic eni appellant) ſacerdos: itum oī uirtute uir optimus, cōſtans, ſeuerus, grauis. Alter uero aduleſcētulus, indole, forma, igenio, memoria inſignis, clarus, iduſtrius, diſciplinæ: honoriſq; ſtudioſiſſimus. A tua ſiqdem Socratica officina huiuſeemodi opera prodeunt: felicēs ergo quibus id contingit: ut te religionis parentem: Muſarūq; hoſpitem adire, uiſere, colere poſſent. Viue, uale, ſalue pſidium meū. Viue. Venetiis nono Calen. Februa. M.cccexcii.

¶ Limæ Lau. Vallenſis Tituli, lvii.

Filia filiabus & filiis.	titu. i.
Nana natabus & natis.	ti. ii.
Aſinabus.	ti. iii.
Seruabus.	ti. iiii.
Frictio.	ti. v.
Axilla. Ala. Maxilla. Mala. Malula.	ti. vi.

Plantarium.	tit.vii.
Donaria.	tit.viii.
Euentus.Euentum.	tit.ix.
Iuſſu Iuſſum.Permiſſu Permiſſum.	tit.x.
Iugeris.Iugere.Iugerum.	tit.xi.
Apertile.	tit.xii.
Senior.	tit.xiii.
Sermonem quem audiſtis.	tit.xiiii.
Prior ad plures quoq; refertur.	tit.xv.
Quiſq; cum poſitiuo.	tit.xvi.
Quiſq; cum comparatiuo.	tit.xvii.
Quam pro ualde cum poſitiuis.	tit.xviii.
Quam pro ualde cũ cõparatiuis.	tit.xviii.
Quam pro q̃tum cum ſuperlatiuo.	tit.xix.
Fore cum participio in dus.	tit.xx.
Erit cum participio in rus.	tit.xx.
Gerundia in Di.	tit.xxi.
Oratum ire:oratum eſſe.	tit.xxii.
Experiundum.	tit.xxiii.
Verſus.	tit.xxiiii.
Procul.	tit.xxv.
Age.Agedum.Agitedum.	tit.xxvi.
Neq; autem.	tit.xxvii.
Non uero.	tit.xxviii.
A quibus literis præponi ſolet.	tit.xxix.
Quatenus Quatinus.	tit.xxx.
Scilicet.	tit.xxxi.
Videlicet.	tit.xxxi.
Eſſe uox infinitiui.	tit.xxxii.
Caue ne.	tit.xxxiii.
Necubi.Nequo.	tit.xxxiiii.
Interdico.	tit.xxxv.
Pluit.	tit.xxxvi.
Fama.Rumor.	tit.xxxvii.
Sementis.	tit.xxxviii.
Autorare.Exautorare autoramẽtũ	tit.xxxix.
Concio.	tit.xl.
Paſco paſcor.	tit.xli.
Veſcor.	tit.xlii.
Frondes.	tit.xliii.
Lamina:Bractea.	tit.xliiii.
Conſularis.	tit.xlv.
Campania laboriæ campi.	tit.xlvi.
Beatus.	tit.xlvii.
Fruitus fruiturus:fructus ſum.	tit.xlviii.
Fœneror:Fœnero.	tit.xlix.
Mutuo:Mutuor.	tit.l.
Adamare.	tit.li.
Carere.	tit.lii.
Abhorreo.	tit.liii.
Alumnus.	tit.liiii.
Nuncius:Nuncium.	tit.lv.
Punctus.	tit.lvi.
Quot menſibus.	tit.lvii.

Laurentius Vallenſis lib.i.c.i. Filius filia filiabus.

Antonius Mancinellus Titulo primo.

¶A filia filiabus & filiis legitur. Plautus quippe I Sticho ait: Sed ego ibo itro,& gratulabor ueſtrum aduentũ filiis. Verba ſunt Antiphonis ſenis:q itẽ in ſcænæ principio dixerat. Ita me dii bene ament:mealq; mihi ſeruaſſent filias &c.

Lau.li.i.c.i. Natus nata natabus. Manc.tit.ii.

¶A nata quoq; natabus & natis legitur. Ouidi.in lib.xiii.metha. de q̃tuor filiab⁹ Anii regis Deli ait:Effugiũt quo quæq; poteſt:Eubœa duabus:Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.

Lau.lib.i.c.i. Nõ aſina aſinus aſinabus. Manc.tit.iii.

¶Phocas grammaticus ita inquit. Pauca ſunt primæ declinationis nomina:quæ cõtra regulam datiuum & ablatiuum numeri pluralis in bus ſyllabam mittunt diſcernendæ ambiguitatis:ideſt ſexus cauſa. His & ab his Deabus. Filiabus. Mulabus, Equabus, Libertabus, Natabus, Aſinabus: quæ à uiris peritis uſurpata ſunt. Priſcia.quoq; lib.vii.docet:his natabus: filiabus, deabus, mulabus, libertabus, aſinabus. Et recte qdẽ. Nã ſi mula mulabus. Equa equabus. Cur non aſinabus? Siqui uero grãmaticis fidem adhibere noluerint. Digeſtoꝝ libros euoluant. legent & enim & aſinabus & huiuſmodi alia.

Lau.lib.i.c.i. Non Seruus ſerua ſeruabus. Manc.tit.iiii.

¶De fundo inſtructo lege ꝑdia maritima paragrapho Aſini duo Digeſtis:ita legitur. Quæſitum eſt an ea mancipia fidei cõmiſſo cedant: Cum quædam ex iis ruſticis officiis ad tempus peregrinationis deducta ſunt:relictis conſeruabus & filiis ſuis & quædam patribus & matribus relictis &c.

Lau.li.i.c.ii. Frictum fricatio:non frictio. Manc.tit.v.

¶Cornelius Celſus lib.iii.c.ix.de curatione lentarum febriũ ſic ait. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidetur. Capite uero.xi.ita ſcribit. Cõtentiq; medici quidam una frictione ẽt ex quolibet oleo ſunt. Et capite.xii. Adhibeatq; frictio quantam is ſuſtinere poterit. Item paulo inferius. Vltima quoq; poſt hæc auxilia ſunt:geſtatio & frictio.

Lau lib.i.c.vi.

¶Hæc diminutiua in ellus ella exeunt. Sunt quædã in illus illa:inter ea autem priora Priſcia.ponit Ala:uultq; facere diminutiuum Axilla. Cice.tñ iter poſter ſoraduo enim maſculina totidemq; fœminina donat hoc genere terminationis. Palus paxillus Talus taxillus Malã maxilla. Ala axilla.

Manc.Tit.vi.

¶M.Tullius in lib.de perfecto oratore ad M.Brutum inuit ab Axilla Alam: à Maxilla Malam eſſe factas:ait enim ita Quĩ etiam uerba ſæpe contrahuntur nõ uſus cauſa: ſed aurium: quomodo eni ueſter Axilla Ala factus eſt.niſi fuga literæ uaſtioris? Quam literam etiam e maxillis & axillis, & uexillo, & paxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Catullus autem à mala malula diminutiuum fecit:ait nãq; Mœſta neq; aſſiduo tabeſcere malula fletu Ceſſaret, triſtiq; imbre madere genæ.

Lau.li.i.c.viii.

¶Plantarium non locus plantaꝝ: ſed ipſæ plantæ etiam ſi euulſæ, aut non conſitę fuerunt. Nec me fallit Seruium ſeparare plantaria à plantis dicentẽ: plantæ ſunt raptæ de arboribus:plãtaria uerò quæ ex ſeminibus nata cum radicibus & terra ꝓpria transferuntur:ad quod ſentiendũ uidetͬ allexiſſe cũ Virgilii uerſus. Et uiua ſua plantaria terra.

Manc.Tit.vii.

¶Plantarium locum eſſe plantarum oſtendit Pli.li.xvii.c.xiiii.ubi de arborum inſitione ſic ait. Quædam in plantario inſita eodem die transferuntur. Vt autem ex uerſu illo Virgilii lib.ii.G.apparet:plantaria etiam plantæ dici poſſunt. Ait ille. Siluarũq; aliæ preſſos propaginis arcus Expectant, & uiua ſua plantaria terra. Sic quoq; donaria & loca ipſa & dona dicuntur:ut iamiam oſtendemus.

Lau.li.i c.viii.

¶Donaria non locus repoſitor ĩ̃ donorum:ſed ipſa dona licet Ser.dicat ubi dona ſunt:ut lectiſternia dicuntur ubi homines in templo ſedere conſueuerunt.

Manc.Tit.viii.

Manc. Tit. viii.

¶Donaria eſſe loca in quibus dona reponuntur deorum: abuſiue autem templa ut Serui. inquit. Verum eſt Maro enim lib. iii. G. ait. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Aulus Gel. etiam lib. ii. c. x. ita inquit. Vbi reponi ſolerent ſigna uetera: quæ ex eo tẽplo collapſa eſſent, & alia quædam religioſe donariis conſecrata. Et Apuleius li. ix. ſic. Cantaroq; & ipſo ſimulachro quod gerebam apud ſani donarium redditis ac conſecratis. Altera die &c. Idem quoq; lib. ii. floridorum: de Iunonis fano apud Samum inter alia ſic ſcribit. Ibi donarium deæ perquam opulentum. Plurima auri & argenti ratio in lancibus ſpeculis poculus & huiuſcemodi utenſilibus &c. Macrobius autem donaria pro donis ipſis poſuit: ait enim lib. iii. ſat. Ornamenta uero ſunt clypei: coronæ, & huiuſmodi donaria. Neq; enim donaria dedicantur eo tempore quo delubra ſacrantur.

Lau. lib. i. c. ix.

¶Euentus in ſingulari generis maſc. & declinationis quartæ eſt: eius plurali. M. Tul. ſæpiſſime in neutro genere & declinatione ſecũda utitur: ut in oratore. Ex aliorũ factis & dictis aut euentis. Idem de diuinatione. Si euenta quærimus &c.

Manc. Ti. ix.

¶Euentus in ſingulari generis eſt maſculini, & declinatiõis q̃rtæ. Eius aũt pluralis numerus eſt euentus: ut uſus. M. Tul. lib. i. de orato. Vt eni qs optime dicit: ita maxime dicẽdi difficultatẽ: uarioſq; euẽtus orõnis expectationẽq; hoium ptimeſcit. Virgi. lib. vi. de Aenea: caſuſq; uolutat Euentus aio lecũ. Poſſem & plures afferre teſtes. Hoc uerũ euentũ hæc euẽta facit. Tul. eni in partitionibus ait. Si cuiuſq; facti & euẽti cã ponetur. Et Lucre. lib. I. Euentũ dici poterit quodcũq; erit actũ. Inde igitur eſt euenta & non ab hic euentus.

Lau. lib. i. c. ix.

¶Similia ſunt huic iuſſu & permiſſu tuo: quorum pluralia ſunt ſecundæ potius declinationis: in ſingulari fere nunquã. Neq; enim dicerẽ ſolemus iuſſo tuo: ſed iuſſu. Vel pmiſſo tuo: ſed permiſſu. Horatius tamen utar permiſſo: ideſt re pmiſſa: non autem permiſſione. Nec dixiſſet permiſſo tuo. Nec iuſſibus permiſſibuſq; tuis dicimus: ſed iuſſis permiſſiſq; tuis: nec iuſſus permiſſuſq; tuus: ſed iuſſa & permiſſa tua &c.

Manc. Tit. xi.

¶Ab hoc iuſſu tñ, & ab hoc permiſſu legi᷑: hoc aũt iuſſum & permiſſum: hæc iuſſa, & permiſſa faciunt. Sillius lib. vi. ire iubet cãpis eqtem: ruit ipſe citatum Quadrupedem planta fodiens: ſcutataq; raptim Cõſequi᷑ iuſſo manus & muralia portat &c. & lib. ix. Nec iuſſo mora: collectis ſumãtia lucẽt Terga elephantorũ flãmis &c. Aulus Gel. lib. ix. c. xx. hæc ſcribit. Atteius capito publici priuatiq; iuris pitiſſimus qd lex eſſet: hiſce uerbis diffiniuit. Lex inqt gñale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu &c. poſtea ſubdit. Nam niſi populus aut plebs roge᷑ nullũ plebis aut populi iuſſum fieri põt. Apparet igi᷑ hoc iuſſũ iuſſi iuſſa pluraliter efferre. Et pmiſſũ pmiſſa. Cum permiſſa etiam in plurali ſubſtantiuum ſit.

Lau. lib. i. c. ix.

¶E diuerſo iugerũ in ſingulari ſecundæ: in plurali tertiæ eſt declinationis: nõ aũt ut ait Priſcia. iuger iugeris. Cũ oẽs dicãt in ſingulari iugerum, & in plurali iugeribus &c.

Manc. Tit. xi.

¶Priſcianus lib. vii. Ita inquit: dicitur tamen & hoc iugus iugeris. Iuuenalis: Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Itaq; recte dixit. Pomponius enim. Mela. lib. iii. De Araxe ita ſcribit. Frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium, atq; ob id ingenti cum murmure ſonanſq; deuolui᷑ adeo citus: ut qua ex præcipiti caſurus eſt in ſubiectam non declinet ſtatim undã: ſed ultra q̃ canalẽ habet euehat plus iugeris ſpatio ſublimis & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferens &c. Et Tibullus lib. ii. inquit. Prædator cupit immenſos obſidere campos. Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Plinius item lib. xix. c. xix. ubi de cæpis meminit ſic ſcribit. Cæterum cæpas ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpatis radicibus herbarum in iugere denas libras &c. Variabimus igitur huius iugeris: ab hoc iugere, hæc iugera, horum iugerum, his iugeribus, hęc iugera, o iugera, ab iugeribus. Hoc uerò iugerum, huius iugeri: huic iugero, hoc iugerũ, o iugerum, ab iugero, hæc iugera, hæc iugera, o iugera: nec ulterius.

Lau. lib. i. c. x.

¶Apertile latus quod apertum eſt. ut Oui. de triſtibus: Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri.

Manc. Tit. xii.

¶Aptile nõ qđ aptũ ẽ dici᷑: ſed qđ aperi᷑ uel aperiri põt: ut uerſatilis axis qui uerſatur: plicatilis criſta: quæ plicatur, uel plicari poteſt: hoc pacto Ouidii illud exponi debet. om

Lau. lib. i. c. xiiii.

¶Comparatiuum pro minori ui accipi quã ipſum poſitiuũ habeat ait Priſci. ut Virgi. Triſtior & lachrimis oculos ſuffuſa nitentes. Triſtior enim hic ex parte triſtis accipitur. Sæpe per ſe poſitum pro ipſo poſitiuo: ut comites ſenioris Aceſtæ. pro ſenis: in quorum utroq; eſt cauſa: cur aliquid nos addamus. Nam illud triſtior plane pro triſtis: non pro ex parte triſtis accipitur: ut ait Quin. Vtimur uulgo comparatiuis ꝓ abſolutis: ut ſiquis ſe infirmiorem appellans non dixit pro minus q̃ infirmus. Et hoc ſenior potius pro ualde ſenex quã tantum ſenex: ut idem Quin. de Iſocrate. Euq; iam ſeniore: octauum enim & nonageſimum compleuit annum præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouidi. de triſtibus: Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes, & olim imperium regat hoc cum ſeniore ſenex. senior

Manc. Tit. xiii.

¶Recte quidem. meo iudicio expoſuiſti Laurenti: Triſtior pro triſtis, & ſenior pro ualde ſenex. Nam & alio in loco idẽ Virgilius inquit: Hoc Helimus facit: hoc æui maturus Aceſtes. Et lib. vi. de Charonte ait. Iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Vbi itẽ ꝓ ualde ſenex exponendũ eſt: quod dai᷑ intelligi ꝑ uerba illa. Sed cruda deo uiridiſq; ſenectus: q̃uis eni᷑ ualde ſenex Charon eſſet: attamen crudus & uiridis erat. Verum illud ulterius addemus ꝙ ſenior ẽt pro magis ſenex accipitur. Seneca enim epiſtola. lxxv. ita ſcribit. Quemadmodum ex duobus ſapiẽtibus qui ſenior deceſſit: nõ ẽſt beatior eo cuius: inter pauciores annos terminata eſt uirtus. senior

Lau. li. i. c. xv. De comparatiuo.

¶Nam inter duos: ut dixi: damus genitiuum. Quidam dant genitiuum etiam ubi plura duobus ſunt: ſed tantummodo eccleſiaſtici: præſertim imitati græcos auctores unde interpretantur. Nulla enim litera eſt latina noui teſtamẽti. Dicũt ergo Maior diſcipulorum. Minor frater &c.

Manc. Tit. xiiii.

¶Nulla enim litera eſt latina noui teſtamenti Laurentius inquit: quod ſecus eſſe alibi ipſemet confitetur. Ait nãq; li. iii: c. xxii. Tale enim in euangelio. Sermonem quem audiſtis nõ eſt meus: quod in græco hoc eſt fonte eſt ſermo: non ſermonem. Vnde interpres noſter tranſſerens maluit latine q̃ grammatice loqui &c. Parcius igitur agendum erat.

Lau. lib. i. c. xv.

¶Quin ipſe Priſcianus q̃q̃ diſſentit: tñ paulopoſt q̃ſi iprudẽs qđ negauerat ꝯfeſſus eſt: Prior referri ad unũ: primus ad plura: qđ antea Diomedes Donatus, & Seruius dixerant.

Manc. Tit. xv.

¶Prior non ſolum ad unum refertur: ſed ẽt ad plures. Nam Aulus Gellius lib. xiiii. c. vii. refert Varronem in literis quas ad Oppianum dedit ſcripſiſſe ita. Quotieſcũq; uſu ueniſſet. ut omnes iſti magiſtratus eodem tẽpore Romæ eſſent: q eorum prior aliis eſſet: ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Saluſtius itẽ in Iugur. ſcribit Micipſam Maſiniſſe filium Iugurthæ Manaſtabalis fratris ſui filio ita dixiſſe. Cęterũ ante hos te Iugurtha: quia ætate & ſapientia prior es: ne aliter qđ eueniat prouidere decet &c. Ante hos autẽ intelligit Adherbalem & Hyempſalem filios ſuos Micipſa. prior

Lau. lib. i. c. xvi.

¶Igitur ſuplatiuus aſciſcit ſibi qſq;: relinquit aũt omnis uel cũctus poſitiuo: ut optimus quiſq;, ſapientiſſimus qſq; pro eo.

quod eſt unuſquiſq; qui eſt bonus ac ſapiens. Vel oẽs boni, & oẽs ſapientes. Non enim liceret dicere boni quiq; & ſapientes quiq;. Nec omnes optimi: & cuncti ſapientiſſimi.

Manc. Tit. xvi.

¶ Boni qq; & ſapiẽtes qq; latine nõ barbare dicit̃. Apuleius eni pria orone inqt: nãq; pc̃m̃ ſemel ut bonus qſq; ſollicitus cauet: ita &c. Trãquillus de Othone: ferebat̃ & uagari noctibus ſolitus: atq; inualidũ quẽq; obuiorũ, uel potulentũ corripere: ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus lib. xii. Trepidatione uulgi inualidus qſq; obtritus.

Lau. lib. i c xvi.

¶ At uerò Cõparatiuis nõ qſq; cõuenit: ſed oĩs. Vegetius tñ nõ ppolitus ſanè ſcriptor inqt: Honeſtiores qq; milites ꝓ honeſtiſſimi qq;. Et Lactãtius de opificio. Nã ſi ita eſſet placidiora quęq; aĩalia, uel nihil fellis oĩo, uel minus hãberẽt q̃ feræ. Maluiſſem ego dicere oĩa placidiora animalia &c.

Manc. Tit. xvii.

¶ Vegetiũ & Lactantiũ recte ſcripſiſſe Quin. oſtẽdit. Nã li. ii. c. iii. ita inqt. Erit ergo ẽt obſcurior: quo qſq; deterior.

Lau. Tit. xix.

¶ Per poſitiui proprium eſt: q̃ ſuperlatiui: ut pulchre, perbelle: q̃ pulcherrime: q̃ optime, hoc intelligitur: quoties accipitur q̃ pro ualde ſine uehementer.

Manc. Tit. xviii.

¶ Quã pro ualde poſitiuis ẽt rite iungit̃: Cæſar lib. iiii com. de bel gal. Vt q̃ celerẽ atq; inſtabilẽ motũ haberet: ideſt ualde celerẽ. Gellius lib xiiii. c. ix. Immo inq̃ potius nos & q̃ audaces & q̃ licẽtes ſumus q frõtem iprobe: indocteq; nõ uirili genere dicimus &c. Itẽ li. xvi. c. ii. Etatq; hoc ſanè q̃ utile exercitiũ ad cõciliandas nobis ubi ueniſſet uſus uerborũ ſniarũq; elegantiũ recordationes. Apuleius libro octauo: Sed heu tu inqt Charite q̃ ꝓbe ueſte cõtectus omniq; comite uiduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas. Sillius li. iii. Magnis q̃ læta frõte ſacerdos Exceptos, hoſpes tectis inducit Arſibas. Tullius in Lælio: Quã multa eni: quæ noſtra cauſa nunq̃ faceremus, facimus cã amicorũ &c. Pli. li. xxxiii. c. iii. Quare qſo niſi ut q̃ multi eas cõſeriũ inferrẽt? Scribit ea Pli. de lãcio numero & põdere. Præterea q̃ pro ualde ꝯparatiuo quoq; recte adiungit̃: nõ ſolũ ſuplatiuo & poſitiuo: ut patuit. Tullius li. v. Tuſ. Abacoſq; q̃ plures ornauit argẽto auroq; cęlato. Sene. in Epi lxxviii. Cõuocauit q̃plures amicos Tul. li. ii. ad Herẽniũ: Poſtea admonuimus cauſas eſſe, q̃plures in quibus &c.

Lau. libi. i c. xix.

¶ Quã ꝓ q̃tum: nunq̃ cũ ſuplatiuo: ſemper cũ poſitiuo.

Manc. Tit. xix.

¶ Quã pro quantũ ſuplatiuo quoq; adiũgi ſolet. Varro enĩ libro ſecũdo de canibus ait: Quã pauciſſimos relinques: tam optimi in alẽdo fiẽt. Cato itẽ ĩ re ruſtica capite. lxv. Quã acerbiſſima olea erit, & oleũ facies: tã oleũ optimum erit.

Lau. li. i. c. xxviii.

¶ Fore qdem habet uocẽ infinitiui: ut eſſe: ſignificationẽ uero participii quod eſt futurũ eſſe: nõ tñ eſſe, licet forẽ fores foret idẽ ſit qd eſſem eſſes eſſet. Quare cũ noĩe iungi debet fore nõ cũ participio: ne duo participia ſimul ꝯfundamus. Spero te amatorẽ uel amicũ fore: nõ aũt amaturũ fore: ſed tñ amaturum: ne uideatis hoc dicere te futurũ amaturũ: quod ratio non patit̃ cũ futurũ ſuperuacuũ ſit: Idem de participio paſſiuo futuri. Timeo te uerberandũ fore: ſatis erat uerberandum uel adiũcto infinito uerberãdũ eſſe &c. poſtea ſubiicit. Sicut & participiũ paſſiuũ futuri in nomẽ reuertit̃: tũcq; ẽt, recipit fore: ut Spero hunc puerũ admirandũ uirum fore.

Manc. Tit. xx.

¶ Participium paſſiuum futuri ẽt ſi in nomen non reuertit̃ legimus recipere fore. Tullius enim lib. iii. Epiſtolarũ familiarium in epiſtola quadam ad Appium pulchrum ita ſcribit. Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum: ſic cum de tuis rebus geſtis agebatur inſeruiebam honori tuo. Et lib. ix. Digeſtorũ ſic legit̃: Sufficeret id præſtari quod præſtandum foret. Sed tñ aſſeris idem eſſe forem fores foret: quod eſſem eſſes eſſet. Ouid. quoq; participio futuri in rus erit futuri uocem iunxit. Ait enĩ lib. ix. Met. Siquis tñ Hercule ſiquis Forte deo doliturus erit.

Lau. li. i. c. xxix.

¶ Quidam non indoctus hac ętate ſcribere auſus eſt: Namq̃ urbs in periculo capiendi eſt: pro eo quod eſt iam urbs in periculo eſt ne capiatur. Siue hoſtis parum abeſt a capienda urbe. Cum ſemper ſine ſubſtantiuo gerundium accipiatur actiue, aut ſi à neutro uenit neutraliter: niſi aliquando (ut oſtendimus) in ablatiuo.

Manc. Tit. xxi.

¶ Amandi & huiuſmodi gerundia in di paſſiue quoq; proferri inuenimus. Iuſtinus enim ſiue Trogus eſt li. xvii. ita ſcribit: Athenas quoq; erudiendi gratia miſſus: de regio quodam puero dixit, & in prologo primi uoluminis ait. Quod ad te imperator Antonine non tam cognoſcendi: q̃ emendandi cauſa tranſmiſi.

Lau. li. i. c. xxx.

¶ Dico aliud eſſe Oraturum eſſe, & Oraturum ire. Ego quidem cœnaturus ſum: non tamen eo cœnatum, ſiue ad cœnandum. Et ſcio te cœnaturum eſſe: ſed non protinus ire cœnatum, uel ad cœnandum. Nam participium futuri cum uerbo ſubſtantiuo non habet actionem illam & motum: quem habet uerbum eo. At qui in paſſiuo fuerat uериſimilius ſi dixiſſet: quo etiam frequentius utuntur auctores: idem eſſe dãnãdum eſſe & damnatum iri. Nam eodem loco dicere poſſumus. Credo peccatum meum reſciendũ eſſe, & reſcitũ iri &c. Poſtea ſubdit: Deniq; ut eo reuertar unde egreſſus ſum & ſemel Priſciano reſpondeam: non idem eſſe oratum ire & oraturum eſſe. Alterum præſentis temporis eſt: ut uideo te accuſatum ire me. i. nunc. Alterum futuri: ut uideo te accuſaturũ eſſe me. Et tamen accuſatũ iri me abs te uideo: accipitur pro eo quod eſt uideo te, uel accuſatum ire me, uel accuſaturum eſſe me. Vel abs te accuſandum eſſe me.

Manc. Tit. xxii.

¶ Idem eſſe oratũ ire, & oraturũ eſſe ſatis patere poteſt uel ſolo infinitiuo huius uerbi eo is it. Idẽ nãq; eſt itũ ire & iturum eſſe. Adde ẽt q̃ uti & tute ipſe aſſeris in paſſiuo idẽ eſt dãnandũ eſſe & dãnatum iri. Quod qdem eſſe non poſſet: niſi damnatum ire in actiuo infinitiuo eſſet futuri tẽporis. Quo enim pacto id quod in actiuo præſentis eſt temporis. In paſſiuo futuri eſſe poſſet? Itaq; Priſcianus optime docuit.

Lau. li. i. c. xxxvii.

¶ Mutatur autem e in u. Reperendarum enim erat dicendũ: ſed tertia coniugatio præter cæteras hoc iuris habet: ut literam hanc immutare poſſit &c.

Manc. Tit. xxiii.

¶ Id itẽ in quarta coniugatione licere Aulus Gelliu: lib. xv. c vi. oſtendit. Nã ita ſcribit: Redeũtes Græcia Brũduſium nauem aduertimus: ibi qſpiã linguæ latinæ literator Roma a Brundiſinis accerſitus: experiundũ ſeſe uulgo dabat &c.

Lau. lib. ii. c. viii.

¶ Verſus cõtra naturam pręppoſitionis ſemper poſtponitur: ut Italiam uerſus. Megaram uerſus &c.

Manc. Tit. xxiiii.

¶ Verſus euphoniæ gratia quandoq; præponitur potius: hinc lib. i. de lingua latina Varro dixit. Cliuus proximus ad florales uſus uerſus Capitolium uetus: quod quidem euphoniæ gratia feciſſe apparet.

Lau. li. ii. c. xi.

¶ Procul apd̃ quoſdã caſui ſeruit. Apd̃ Curtiũ: Procul urbẽ.

Manc. Tit. xxv.

¶ Dicimus quoq; procul oceano, & procul ab oceano. Pli. enim lib. v. c. x. de Nilo ita inquit. Originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ non procul oceano habet. Et Phœdra Ouidiana ait: Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina cõpti. Catullus item: Procul a mea tuus ſit furor omnis Hera domo.

Lau. li. ii. c. xvi.

¶ Age ſingularem numerum deſiderat. Agite pluralẽ. Agedum uero nõ ſingularẽ tantum ſed etiam pluralem &c.

Manc. Tit. xxvi.

Age & ſingulari & plũ iũctũ legimus. Statius: Ite age & obſeſſus uigilẽ circũdate flãmã. Valeri. Flac. lib. iii. Vos age funereas ad littora uoluite ſiluas: Et ſocios luſtrare rogos. Plau. in Sticho. Age ſultis. Itẽ Age licemini. Præterea ſicuti Agedum utriq; nũero iungitᷣ: ita agitedũ plurali ſolũ. Liui. li. vii. Nũm inqt peditũ illd milites eſt opus: Agitedũ ut me uideritis qua cũq; inceſſero in aciẽ hoſtiũ ferro uiã facientem: ſic p ſe qſq; obuios ſternite. Et paulo inferius: Agite dum ite mecũ &c.

Lau. li. ii. c. xxv.

Habent tamẽ aliquando neſcio quid differentiæ in utendo. Cur nãq; non dicimus Neq; aũt: ſicut neq; uero &c.

Manc. Tit. xxvii.

Neq; aũt qui dixerit: recte quidẽ. Apuleius enim lib. i. Floridorum ſic ait. Procõſulis autem tabella ſnia eſt: qua ſemel lecta: neq; augeri litera una Neq; aũt minui poteſt &c.

Lau. lib. ii. c. xxv.

Contra non dicimus Non uero: ſicut non autem. Vt ſum tibi amicus Non autem aſſentator &c. Et capite dicti ſecundi libri inquit idem Laurentius. Neq; uero idem eſſe quod non uero: ſi modo non uero dicere liceret.

Manc. Tit. xxviii.

Non uero dicere licet. Tullius nãq; in Catone maiore ſeu de ſenectute ſic ait. At ii quidem iam mortui ſunt. Non uero tam iſti q̃ tu ipſe nugator &c.

Lau. li. ii. c. xxx.

Ab cum duabus liquidis, & cum i quando fit conſonans adiungi ſolet: ut ab lege, & ab legatis, ab literis, ab Rege, ab rogo, ab re, ab Ioue.

Manc. Tit. xxix.

De Ab longe melius Priſci edocuit. Ait eñi libro primo de. xii. car. A qdem uel abs uocabuli ſequẽte nõ ponimus. Ab uero nõ ſolũ uocalibus ſequẽtibus: ſed ẽt cõſonantibus qbuſdam nõ male ſonãtibus antecedẽte ab: ut abduco, abdo, hæc, ille: licet igiᷣ ẽt dicere ab duce ab domo. Sæpius deniq; reperitur ab conſonante ſequẽte ꝓpoſita. Pli. lib. ii. c. ix. Et in tenebraꝝ remediũ ab natura repertũ &c. Itẽ lib. xix. c. ii. Mox Cæſar dictator totũ foꝝ Romanũ intexit. Viamq; ſacrã ab domo ſua ad cliuum uſq; in capitolium &c. Plura inuenies & in cõmentariis Cæſaris, & in Tito Liuio atq; aliis.

Lau. lib. ii. c. xliiii.

De quandoquidem & quando.

Eiuſdem ſignificati eſt Quatenus apud ſæculum dũtaxat Quintiliani. Is ita ait. Sed quatenus luctus noſtri in ius uocantur, & fletu diſputandũ eſt: & orbitati ſuæ mater iraſciᷣ ſuæ premus: quã exorare nõ poſſumus. Et eius diſcipulus Pli. minor. Et quatenus negaᷣ nobis diu uiuere relinquamus aliqd quo nos uixiſſe teſtemur. Nã Cicero dixit. Quatenus ſolũmodo p inquantũ: ſicut eatenus pro intantũ. Vt in Lælio. Viuẽdum eſt quatenus amicitiæ tribuendum eſt. Sæculum autem Quintiliani ab Liuio. Virg. Horatio exordior. Quorum ultimus in ſermonibus ſic ait. Surrentina uafer qui miſcet fece phalerna Vina columbino limum bene colligit ouo Quatenus ima petit uolẽs aliena uitellus.

Manc. Tit. xxx.

Aliud eſt quatenus p e. Aliud eſt Quatinus p i. Vnde Crp. grãmaticus ita ſcribit. Quatenus p e aduerbiũ eſt. Quatinus p i cõiunctio cauſalis: ut ſi dicas. Quatinus hoc ſine plagis nõ facis En tib plagas. Quatenus aũt aduerbiũ tẽporis aut loci. Tpis cũ dices. Quatenus hos mores exercebis: loci cum dicimus. Quatenus ibimus &c. Feſtus quoq; ſic: Quatenus ſignificat qua fine: ſicut hactenus hac fine. Quatinus uero qm̃ &c. Itaq; legendũ eſt illud Quintiliani. Sed Quatinus luctus noſtri in ius uocanᷣ. Sic quoq; Plin. illud & quatinus negaᷣ nobis illud item Horatii Quatinus inq̃ petit uolens aliena uitellus Quatinus inq̃ p i. Vnde Iuuenalis Sat. xii. inqt. Quatinus hic non ſunt nec uenales elephanti &c.

Lau. lib. ii. c. ulti.

De ſcilicet, & uidelicet.

Apud quos uix reperias uulgo uſitatiſſimum modum: cũ ea quæ confuſe dicta ſunt: per ſingula poſt exponimus quale eſſet. Quatuor ſunt uirtutes ſcilicet uel uidelicet, prudentia, iuſtitia, fortitudo, modeſtia.

Manc. Tit. xxxi.

Tu ipſe Laurenti tertii uoluminis ꝓlogo eo qdẽ mõ: quẽ apud doctiſſimos inuſitatũ eẽ aſſeris: uſus fuiſti: ſcribis enim illia. Quæ eñi diſciplina: ſ. quæ publice legiᷣ tam ornata atq; (ut ſic dicã) tã aurea: ut ius ciuile. Et capite. xxxvii. eiuſdẽ tertii uoluminis ita: Illd tñ ſciendũ eſt apd Ouidiũ in. xiii. ſic legendũ. Tuq; tuis armis nos te poteremur Achille. Nõ potiremur antepenultima breui nõ lõga: a tertia. ſ. nõ a quarta cõiugatione. Id aũt, oẽ recte qdem. Nã lib. xxxvii. digeſtoꝝ ita ſcribiᷣ: Seruus nõ manumiſſus libertatẽ cõſequiᷣ: ſcilicet is: q ea lege diſtractus eſt: ut manumittaᷣ intra tp̃s. Et Seneca epiſtola. lxxxii. ſic ſcribit. Nõ magis q̃ beneficiũ dare qſq̃ ſcit niſi ſapiẽs: hic. ſ. q magis gaudet dato q̃ alius accepto. Et Cato Maior apud Cic. ita inqt. Diuinus Plato eſcã maloꝝ uoluptatẽ appellat: qꝑ ea uidelicet hoies capianᷣ: ut hamo piſces Libro ẽt. xli. Digeſtorum in principio ſic legitur. Velut certam quãtitatem exprimit pro uiribus uidelicet patrimonii.

Lau. li. iii. c. xxv.

Quædã uerba cũ nominatiuo iungi recuſant: immo pleraq;. Nã ut recte dico: Incipe mihi eſſe familiaris: noli eſſe illi intimus. Ita inuſitate dicã ꝑcipe illi eſſe mihi familiaris. Ne libeat tibi eſſe itimus: hoc tñ genus loquẽdi nõnunq̃ reperimus. Vt apud Lucanũ in. ix. Tutũq; putauit Iã bonus eſſet ſocer. Et apud Oui. de põto. Ecquis in extremo poſitus iacet orbe tuorum Me tamen excepto qui ꝑcor eſſe tuus Dicere potuiſſet: ſed non tam uenuſte: quẽ ꝑcor eſſe tuum &c.

Manc. Tit. xxxii.

Præcipe illi eſſe, mihi familiaris: Ne libeat tibi eſſe intimus. Nullo pacto latine diciᷣ. Nõ eñi hoc genus loquẽdi apd aliquẽ ꝓbatũ auctorẽ reperiᷣ Nã ſi recte aduertimus Lucani illud: Tutũq; putauit Iã bonus eſſe ſocer. Non ſimile eſt illis: ꝑcipe illi eſſe mihi familiaris: ne libeat tibi eſſe intimus: hic eñi dtũs ꝑcedit. Apd Lucanũ uero ꝑcedit & ſeqᷣ noiatiuus. dicẽdũ igiᷣ: præcipe illi eſſe mihi familiaris, uel ꝑcipe illi eſſe mihi familiarẽ: ne libeat tibi eſſe intimo, uel ne libeat tibi oẽ intimũ. Ouid. lib. viii. Meth. Vobis imunibus huius Eſſe mihi dabiᷣ. Quint. lib. iii. An illi accidat uiro bono eſſe uel malo: Hypermeſtra ad Linũ: Quo mihi cõmiſſo nõ licet eſſe piam. Quin. lib. vii. An huic eſſe ꝓcuratorẽ liceat. Et lib. iiii. Procuratorẽ tibi eſſe nõ licuit. Terẽ. in Heau. Nõ expedit bonas eſſe uobis. Cæſar lib. vi. de bel. gal. Quibus iã licet eſſe fortunatiſſimas. Luca. iii. Nunq̃ tibi magne p umbras Perq; meos manes generꝝ nõ eſſe licebit: illud aũt Ouidii. Me tñ excepto q ꝑcor eſſe tuus. Et grãmatice & latine dictũ: cũ & ꝑcedat & ſubſequatur noiatiuus. Neq; inficias eo & grãmatice & latine etiam dici. Quem precor eſſe tuũ Nam talis ordo eſſet quem tuum eſſe precor: ut Naſonis illud lib. v. metha. Quantum eſt Eſſe Iouis fratrem. Terẽ. in eun. Apparet Seruum hunc eſſe domini pauperis. Quod etiam dicere licuiſſet ita. Apparet Seruus hic eſſe domini pauperis. Vatinius enim li. v. epiſto. ad Ciceronem inquit. Dicitur mihi tuus Seruus fugitiuus Vardacis eſſe. Cæterum Lucani illud dicendi genus. Tutumq; putauit Iam bonus eſſe ſocer: apud alios quoq; legere eſt. Oui. lib. xiii. metha. Sed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Et lib. i. de ponto ad maximum. Hoc ubi uiuendum eſt: ſatis eſt ſi conſequor aruo Inter humanos eſſe poeta getas.

Lau. lib. iii. c. xxx.

Vnde male quidam hunc locum ſcribunt: Pater adeſt. Caue ne te triſtem ſentiat. Si enim hoc eſt: dicis uide ut te triſtẽ ſentiat. Nam & ne & caue prohibentis eſt.

Manc. Tit. xxxiii.

Caue: & caue ne idẽ eſt. Plau. in Sticho. Caue quẽq̃ floccifeceris. Cicero lib. xvi. Epiſto. xi. hæc tibi nota eſſe uolui: quç caue ne te pturbent, & impediant ualetudinẽ tuã. Tu itẽ Laurẽti lib. ii. c. xxxvi. ita ſcribis. Ideoq; cauendũ eſt ne uerba que momentaneã actionẽ ſignificãt aduerbiis applices: quale eſt &c. Oui. itẽ lib. i. de põto ad Maximũ. Hæc mihi uerba malæ minuerunt tædia uitæ: Quæ tu ne fuerint Maxime uana caue.

Quin lib.v.c.x. Cauendum ne incaute reſpondeas. Plautus in ſticho: Pridiecaueat ne faciat quod pigeat poſtridie.

Lau lib iiii.c.xxx.

¶Ne unq̃ pro nequaquã. Et ipm nequaq̃. Et nuſq̃ & nuſpiã ſimplicẽ negationẽ indicãt. Ideoq; uno uerbo cõtenta ſunt. Vt nequaq̃ ueniã, necubi uero duplicem. Ideoq; duplex uerbum poſtulat. Volo necubi mihi obuius fias: ideſt ne alicubi ut Sicubi pro ſi alicubi. Sicunde pro ſi alicunde &c.

Manc. Tit xxxiiii.

¶Necubi & nequo ẽt uno uerbo cõtenta ſunt. Liuius enim in principio lib.iii. de bel. punico ſecundo ait. Hiſpanos & Afros & oẽ qd ueterani erat robur exercitus admixtus ipſorum impedimentis necubi ꝯſiſtere coactis. Neceſſaria ad uſus deeſſent: primos ire iuſſit &c. Cato I re ruſt. capite.v Villicus ne ſit ambulator: ſobrius ſiet ſemper. Ad cœnam nequeo eat. familiam exerceat. Idem capite.cxlii. Neue ad domum neue ad ſeſe recipiat. Ad cœnam neq; eat: neue ambulatrix ſiet.

Lau. lib. iii.c.xlii.

¶Interdico tibi aq̃ & igni: nõ aũt iterdico tibi aquã & ignẽ.

Manc. Tit.xxxv.

¶Interdico tibi aquã & ignẽ dici ẽt poſſe plures oſtendũt. Iuſtinus lib.v. Et cui pauloãte oẽm humanã opẽ iterdixerat. Seneca epiſtola.lxvii. interdices mihi inſpectionẽ rerum naturę. Ouidi⁹ lib.vi. metha. Cui quõdã regia cõiũx Orbẽ iterdixit.

Lau. lib.iii.cxliii.

¶Pluit caret ſuppoſitu habens appoſitum ablatiuum ut Liuius Nunciatum eſt in albano lapidibus pluiſſe: licet nunc dicamus Deus pluit carnem, pluit manna, pluit eſcam &c.

Manc. Tit.xxxvi.

¶Pluit ſanguis uel lapis, pluit ſanguinẽ & lapidibus. Pluunt lapides in nominatiuo.ſ. Et Deus pluit aquã recte dicit. Tibul. lib.ii Multus ut in terras depluerit q; lapis. Statius lib.vii. th. Saxa pluunt. Pli. lib ii. Præter hæc inferiore cælo relatum in monumẽta eſt lacte & ſanguine pluiſſe. Ibidẽ. Eff gies quæ pluerat ſpongiarum ſere ſimilis fuit. Plautus in muſtel. Venit imber lauat parietes. ꝑpluunt tigna: putrefacitq; operã fabri. Ibidem. Quam mihi amor & cupido in pectus perpluit meũ. His igitur patet pluit habere ſuppoſitum nominatiuum, uel ablatiuum, & Deus pluit carnem & huiuſmodi dicendi genus non ſolum nunc dici: ſed Plautum quoq; dixiſſe.

Lau. lib. iiii.c.vii.

¶Rumor & fama idem ſunt: quorum alterum latinum. Alterum e græco eſt &c. poſtea ſubiungitur. Significatur autem his duobus nominibus ſermo quidem in populo ſine certo auctore de re aliqua recenti ſiue bona ſiue mala &c.

Manc. Tit.xxxvii.

¶Quintiliano qdẽ auctore lib.v. fama cõſenſus ciuitatis uelut publicũ teſtimoniũ uocat Rumor uero ſmõ ſine ullo certo auctore diſpſus. Cui malignitas initiũ dederit incrementum credulitas.

Lau. lib. iiii.c.xxv.

¶Sementis eſt ſatio. ſiue (ut ſic dicam) ſeminatio. Liuius: Cãpani ſementem facere poſſent. Miror q; quare cum in aliis locis apud Hieronymum plurimis: tum in geneſeos principio Sementis pro ſemine poſitum eſt.

Manc. Tit.xxxviii.

¶Sementis ꝓ ſatione, & ꝓ ſemine lib.I. faſto. apud Ouidi. legit. Ait eni: Villice da requiẽ terrę ſemente pacta: Da requiẽ terrã q coluere uiris. Et paulo inferius. Vos date ꝑpetuos teneris ſemẽtibus auctus: Ne noua per gelidas herba ſit uſta niues. Collumella uero lib.ii.c.x. Sementẽ ꝓ ipſo ſerẽdi tpe poſuit. Ait.n. ſic de lẽte. Sationes eius duas ſeruamus: alterã maturã p mediã ſementẽ: ſeriorẽ alterã menſe febr uario.

Lau lib.iiii.c xxxiii.

¶Etiã duces militũ auctores uocabant. Vnde Auctorare. Liui. li.xlvi. Signo ſuo ĩpreſſas tabellas miſit: & uero pignore uelut auctoratũ ſibi ꝓditorẽ ratus eſt.i. obligatũ & ſubiectũ. Et Valerius Maximus lib.iiii. de Auctorato ſociis officio. Sueto. lib.iii. de legẽdo uel auctorãdo milite ac legionũ & auxiliorum deſcriptione. Ex quo ſit auctoramentũ: uel q̃ſi obligatio nexuſq;, uel q̃ſi ſtipendiũ quoddã, uel ꝑcium cuiuſdã militię ac pugnę actionis: ut Quinti. Nec difficilẽ ſine ſub illo ꝑſerti auctoramẽto habuiſſet miſſionẽ: ſed nolui gladiatoe uiuere.

Manc. Tit.xxxix.

¶Referã hic qđ Domitius in epiſtola Sapphus poetice ſcribit. Aſſerit eni q auctorare eſt eligere I militiã. Mileſq; auctoratus a ĩperatore ei operã ꝓſtat receptus.ſ. in iura militaria & ĩperatoris fidẽ. Inde exauctorare diminuere eſt, & auctoramẽtũ ſignificat illã aſcriptionẽ ſimpliciter nõ aũt ſtipendiũ. Auctorat ergo Imperator militẽ cũ eũ aſcribit. Nã qcquid deinceps agit miles auctoratus ad Imperatorẽ refert: cui uictoriã parat: hæc & plura illa Seneca ꝑterea epiſtola prima lib.xviii. ſic ait. Multũ aũt a fortuna petẽdũ eſt. Deinde ſperandæ opes auctoramẽta ſunt ſuitutũ: ubi qdẽ methaphoricos locutus ẽ.

Lau. li. iiii.c.xlvii.

¶Concio eſt populi multitudo cõgregata uel ex magiſtratus iuſſu uel publici ſacerdotis, uel ſua interdũ auctoritate & ſponte: proprie ad audiendũ oratorẽ cõcionantẽ in bonum publicum. Cuius etiam oratio uocat concio &c.

Manc. Tit.xl.

¶Aulus Gellius lib.xviii.c.vii. ſcribit Cõcionẽ tria ſignificat. locũ ſuggeſtũq; unde uerba fiũt. Itẽ ſignificare cœtũ populi aſſiſtẽtis. Itẽ orõnem ipſam quæ ad populũ diceretur.

Lau. lib.iiii.c.liii.

¶Quomodo enim paſco neutrũ, & paſcor deponens idem ſignificant Priſci. uiderit: qui hoc ſibi perſuaſit. Eſt enim paſcor comedo & uoro ſempq; regit accuſatiuum: illud uero ſine accuſatiuo: ut Paſcentes ſeruabit Tityrus hædos.

Manc. Ti.xli.

¶Paſco neutrum, & paſcor deponens idem ſignificare ipſe oſtendam: & utrũq; regere accuſatiuum. Oui. lib.i. Faſt. Pauit ouis pratum: ideſt comedit. Virg. lib.ii. Aenei. Et miſeros morſu depaſcitur artus: ideſt comeſt, uorat: legimus item paſcor & paſco ſine accuſatiuo in eadem quoq; ſignificatione. Teſtis Maro, lib. tertio G. Paſcitur in magna ſilua formoſa iuuenca. Cætera paſcuntur uirides armenta per herbas Saltibus in uacuis paſcant & plena ſecundum Flumina. Patet igitur idem eſſe paſco & paſcor, & utrũq; regere accuſatiuum Vtrũq; etiã ſine accuſatiuo legi. Quandoq; tamen diuerſa ſunt. Nã ut dicimus herba paſcit illũ. Cadauer paſcit aues. Tuo corpore paſcis uolucres. Ego paſco uitulos &c. ita nõ dicimus herba paſcit illum. Cadauer paſcitur aues. Tuo corpore paſceris uolucres &c. Lucã. lib.iiii. En nobile corpus paſcit aues. Virg. li.iii. Aenei Euulſis paſcũt radicibus herbæ. Naſo in ibin. Aerias uolucres corpore paſce tuo. Virgi. In B. Pierides uitulã lectori paſcite ueſtro. Præterea paſcor nõ ſolum regit accuſatiuũ: ſed ab ablatiuum quoq;. Virg. lib.iiii. G. paſcũtur uero ſiluas. Et in B. Frondibus hirſutis & carice paſtus acuta: item. Dũq; thymo paſcent apes: dum rore cicadæ. Et lib.iii. G. Frõdibus & uictu paſcuntur ſimplicis herbæ.

Lau. lib.iiii.c.liii.

¶Proprie paſcere beſtiarum eſt: ſicut ueſci hominum: niſi q hoc regit ablatiuum.

Manc. Tit.xlii.

¶Veſcor tum ablatiuo: tũ accuſatiuo iunctũ legimus Tibul. lib.ii. Vera cano: ſic uſq; ſacras innoxia laurus Veſcar & æternũ ſit mihi uirginitas. Manſilius li.v. Teſtiq; auro iã ueſcimur aurũ. Vir. Viſceribus miſerorum & ſanguine ueſcit atro. Veſcor ꝑterea non ſolũ ad cibos refert: ſed ad alia quoq; ſicut utor. Hinc Tibullus ait Laurus ueſcar. Et poeta: Si ueſcit aura. Hora. Itẽ lib.ii. carm. Quicſiq; terrę munere ueſcimur. Addimus ulterius ueſci brutorum ẽt non ſolum hoĩum eſſe. Plin. enim lib.ix.c.xv. ſic ait. Nunc principatus ſcaro dat qui ſolus piſciũ dicit ruminare: herbiſq; ueſci non aliis piſcibus.

Lau. lib.iiii.c.lxvii.

¶Frondes arborum ſunt tantum: folia autem & arborum & herbarum & florum quoq;.

Manci. Tit.xliii.

¶Frondes non arborum tantum eſſe legimus. Plin. enim lib.xix.c.xix. de Getio aſcaloniarum genere ſic ait: Getiõ per

te ſine capite eſt: ceruicis tantum longæ, & ideo totum in fronde. Item capi.xii.eiuſdem lib.ala.ubi de Raphanī generibus tractat ita ſcribit. Etiamnum unum ſilueſtrē Græci cheriam uocant: Pontici Armon alii lucem: Noſtri Armoraciā fronde copioſius q̄ corpore.

Lau.lib.iiii.c.lxxiii.

¶ Laminam tam ferream, æream, plumbeam, ſtāneam: q̄ auream, argenteam, electream, aurichalceam dicimus. Bracteam potius ex his poſterioribus. Aut certe Bractea tenuis eſt, & ſua ſponte plicabilis: lamina uero craſſior ex qua armatura conficitur, & qua incenſa olim homines torquebantur: neq; crepitat: ut Bractea præ tenuitate &c.

Manc. Tit.xliiii.

¶ Prima ſignificatio uerior habet: Aulus Gellius enim lib. i.c.iii. ita ſcribit. Sicuti eſt magnum pondus æris parua lamina auri ſit pretioſius. Cæterum lignea quoq; lamina dici poteſt. Plini. enim lib.xviii c.xxxix. ſic ait. Delia quaſſa ſtreſe, ipſorumq; laminas ſcabendo purgare, aut notas facere: bractea præterea ex alia quoq; materia q̄ ex prædictis dici poterit. Pli. nāq; lib.xvii.c.v. ubi terrarum & cretę genera explicat inquit: Columbinam gallia ſuo nomine Glaucopelon appellat, glebis excitatur lapidum modo ſola gelatione ita ſoluit: ut tenuiſſimas bracteas faciat: hæc ex æquo fertilis &c.

Lau.li.iiii c.lxxxiii.

¶ Prætorius qui præturam. Conſularis qui conſulatum. Quæſtorius qui quæſturam. Aedilitius qui ædilitatem. Cēſorius qui cēſuram. Tribunitius qui tribunatum. Primipilaris qui primipilatum geſſit.

Manc. Tit.xlv.

¶ Conſularis qui conſulatum geſſit dicitur, & conſulatu dignus. In prima ſignificatione teſtis eſt Liuius lib.v. ab urbe condita: ubi de gallis ait: Sedēs triumphales conſularesq; ſimul. Et Cice. de claris oratoribus de Hortenſio dicens. Nam is poſt conſulatum credo q̄ uideret ex conſularibus neminē eſſe ſecum comparandum: negligeret autem eos qui conſules non fuiſſent: ſummum illud ſtudium remiſit quo a puero fuerat incenſus &c. In altera uero teſtis quoq; idem Cice. lib.x. epiſtola ad Plancum ita ſcribens: Complures in perturbatione reip. Conſules dicti: quorum nemo conſularis habitus niſi animo extiterit in repu. conſularis. Paulo item inferius inquit. Hæc ſi ages & ſenties: tu eris non modo conſul & conſularis: ſed magnus etiam conſul & conſularis. Et pro Milone ſic ait. Tribunum uirtute conſularem.

Lau.li iiii.c lxxxiiii.

¶ Campani ex oppido cumanorum in campania: quam nunc prauē uocant Terram laboris. Campaniam uero eam regionem quæ illi finitima eſt Romam uerſus.

Manc. Tit.xlvi.

¶ Non campaniam terram laboris appellant: ſed campaniæ partem. Neq; nunc duntaxat: ſed iamdiu priſci ipſi laborias appellarunt. Teſtis eſt Plinius lib.xviii.c.xviii. de Agro cāpano ſic enim ſcribit: In campania tamen laudatiſſimus cāpus eſt mōtibus ſubiacet nimboſis totis quidem.xl. milibus paſſuū planitie: poſtea ſubiicit autem uniuerſas terras Campus hic cāpanus antecedit: tantū ipſum pars eius quæ laborię uocantur: quem Phlegreum Græci appellāt: finiuntur laboriæ uia ab utroq; latere conſulari: quæ a Puteolis & quæ a Cumis Capuam ducit: hæc ille, ubi autem Laurentius ait. Campaniā uero eam regionem: quæ illi finitima eſt Romā uerſus. Sciendum eſt duplicem eſſe campaniam: nouam & ueterem. Nam apud Strabonem lib.v. ſic legimus. Picentes autem uſq; Silarin perueniunt fluuium: qui ab hoc agro ueterem ſeparat cāpaniam. Cui quidem fluuio proprium illud ineſſe traditur: ut in eius aqua demiſſa uirgulta ſaxificentur.

Lau.li.iiii.c.ciii.

¶ Beatus q rebus oībus ad uitæ uſum ornatūq; ſpectantibus abūdat. Ideoq; locupletes ſane hoīes Beatos uocamus &c.

Manc. Tit.xlvii.

¶ Beatus ꝓprie qui dici poſſit a Seneca: a M. Tullio, ab Horatio, ab aliis pluribus docemur. Seneca enim epiſtola prima lib.vi. ita ſcribit. Si utiq; uis uerborum ambiguitates deducere, hoc nos docet beatum nō eum eſſe quem uulgus appellat: ad quē pecunia magna confluxit. Sed illū cui bonū omne in animo eſt erectū & exciſum & mirabilia calcantē: q neminem uidet cū quō ſe cōmutatū uelit: qui hoīem ea ſola parte extimat: qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur ad illius leges cōponitur: ſic uiuit quomodo illa præſcripſit: cui bona ſua nulla uis excutit: qui mala in bonū conuertit, certus iudicii inconcuſſus, intrepidus, quem aliqua uis mouet: nulla ꝑturbat: quem fortuna cū in eū quod habuit teli nocentiſſimum ui maxima intorſit, pungit, non uulnerat, & hoc raro: Nā cætera eius tela quibus genus humanum debellatur: grandinis more diſſultant: quæ incuſſa tectis ſine ullo habitatoris incommodo crepitat ac ſoluitur. Apuleius etiam in libro de phīa ſic ait. Verum enimuero illum oībus beatum uideri cui & bona ſuppetunt, & quemadmodū carere uitiis debeat calleat. Et M. Tullius li.v. Tuſcu. ita ſcribit. Videamus qui dicēdi ſunt beati: equidem hos exiſtimo: qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Horatius uero lib.i. epiſtola ad Quintium inqt. Neu te putes alium ſapiente bonoq; Beatum.

Lau lib.v.c.iiii. de fruor.

¶ Deniq; frui eſt delectationē capere ex utendo. Itaq; in idē recidūt. Ideq; efficiūt frui: delectari, uoluptatēq; capere. quo fit ut nō fuerit cauſa cur recentiores hoc ſolum uocabulum frui unde uenit fruitio ſolis rebus diuinis dare uoluerint: habet enim hoc uerbū duo ſupina fruitū & fructū: quoꝝ primū nūc in uſu eſt: niſi apud eos: qui uerboꝝ nouitatibus & gaudent & gloriantur. Secūdum ſignificat cōſuſum: ut fructus fortaſſe familiaritate quæ eſt ei tecum auſus eſt confiteri.

Manc. Tit xlviii.

¶ Fruitus & Caper grammaticus, & alii uſi ſunt. Ait autem Caper: fruitus ſum illa re. Veteres uix dixerunt fructus ſum illam rem. Gellius item lib xvi.c.ii. Refert Næuium dixiſſe: qui non par ſit apud ſe fruitus eſt. Et Cicero lib.iii. Tuſculā. fruiturum dixit: ubi ait. Conſideretq; ſe fruiturum &c. Cæterum fruor etiam fructus ſum facit Cicero enim in Hortenſio inquit: Vt amœnitate ſumma fructus eſt. Quod quidem Priſcianus lib.x. aſſerit.

Lau.li v.c.xxv.

¶ Fœnero tibi dicit. Et fœneror abs te. Qui fœnerat pecuniā dat ad uſurā. Qui fœneratur pecuniā ad uſurā accipit.

Manc. Tit.xlix.

¶ Fœneror, & fœnero idē ſignificat. Seneca epiſtola.ii. Quantum paſcat aut fœneratur. i. ad uſurā det. Et epiſtola.xli. Multū ſerit: multū fœnerat &c. Cicero itē in Lælio inqt. Vt eni beneficii liberaleſq; ſumus: nō ut exigamus grām: neq; eni bñficiū fœneramur: ſed natura ꝓpenſi ad liberalitatē ſumus. Sic amicitiā nō ſpe mercedis adducti: ſed q̄ oīs eius fructus in ipſo amore ineſt expetendā putamus. Et puerbioꝝ.xix. fœneratur domino: q miſeretur pauperis. Aulus Gellius item li.xvii.c.xii. ſcribit: fœneror pro fœnero dictū eſſe: ſicuti aſſentior ꝓ aſſentio, & pigneror pro pignero. Et Feſtus inqt: fœnero & fœnerius dici potes. Sciendū tñ eſt fœnero tibi, & fœneror tibi: ut ſuperius patuit: idē eſſe. Fœneror aūt a te aliud ſignificat: e nā idē eſt quod ad uſurā accipio: legimus eni li.xxxi. Digeſtoꝝ ꝓpe finem. ſi aūt aliqs eoꝝ uoluerit uēdere partē ſuā (domorum ſupple) uel fœnerari ſup eā poteſtatē habeat uēdere coheredi ſuo, & fœnerari ab eo. Inueniunt aūt & plura eadem terminatiōe diuerſa ſignificare diuerſis qdem caſibus: ut Comitor illū actiua ſignificatione: comitor illo paſſiua.

Lau li.v.c.xxv.

¶ Mutuo tibi dicit. Et mutuor abs te. Qui mutuat pecuniā dat mutuō. Qui mutuat pecuniā mutuo accipit.

Manc. Tit l.

¶ Mutuo & mutuor idem ſignificant: ſicuti fœnero & fœneror: ut diximus. Seneca enim epiſtola lxxxii inquit. Quanto hilarior eſt qui ſoluit, q̄ qui mutuat &c. id eſt qui mutuo accipit. Priſcianus etiam lib.viii. ſcribit q̄ multa ancipiti terminatione in una eademq; ſignificatione protulerunt antiqui: ut partio & partior: meridio & meridior: Mutuo, & Mu

tuor &c. Quod quidem & Iſidorus non ignorauit: ait eni lib. xx. c. v. ſic. Sed utrum Latinis ab Græcis: an Græci ab Latinis hæc uocabula mutuaſſent incertum eſt.

Lau. li. v. c. xxxvii.

¶ Adamare eſt amatorie amare: ut Quint. multis locis: ſed unus ſuffecerit. Me quidem marite: ſi quis interroget omnes matres liberos ſuos: tanquã adamauerint amant &c.

Manc. Tit. li.

¶ Adamare eſt item honeſte ac ualde amare. Cicero. li. ii. epiſtola ad Curionem. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædam expectatio: quam tu una re facillime uinces: ſi hoc ſtatueris, quorum laudum gloriam adamaris: quibus artibus hæ laudes comparantur in his eſſe laborandum. Et lib. tertio de oratore ſic inquit. Deinde ab Antiſthene qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamarat Cynici primum &c. Alibi quoq; eodem in libro ita ſcribit: Demoſthenem ſequi uultis, & ſi illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſtis &c.

Lau. li. v. c. lxxxv.

¶ Vacas ſapientiæ: das operam ſapientiæ. Vacas ſapientia: cares ſapientia: quãuis Carere proprie eſt uacare quibus indiges &c.

Man. Tit. lii.

¶ M. Tullius lib. i. tuſcu. ita ſcribit. Carere igitur hoc ſignificat: egere eo, quod habere uelis: ineſt enim uelle in carendo & poſtea ſubiicit: dicitur etiam alio modo carere: cum aliquid non habeas & non habere te ſentias: etiam ſi id facile patiare &c. Subſequitur inde: carere enim ſentientis eſt; nec ſenſus in mortuo nec carere quidem igitur in mortuo eſt. Præterea carere de omnibus fere non ſolum de illis quibus indiges dicitur: hinc Plinius lib. xxviii. c. i. de capra loquens ait. Quod equidem miror. Cum febri negetur carere. Et Oui. li. xv. Metha. Morte carent animæ. Horatius item lib. ii. Carmi. Quæ caret ora cruore noſtro. Tu uero lector attende ulterius errare illos qui uolũt Careo habere ſignificatum: quod habet deſum. Duo enim careo ſignificatuũt p Ciceronis uerba patuit. Egeo ſcilicet, & non habeo. Nec idem eſt deſum & non habeo: ut ignaui quidam eſſe contendunt: hinc careo ſentientis eſt. Aliud igitur eſt careo denariis: id eſt egeo denariis: ſiue non habeo denarios. Aliud deſum: quo ita utimur: deſunt mihi denarii.

Lau. lib. v. c. ci.

¶ Exhorreo hanc rem: idem eſt ꝙ expaueſco. Abhorreo ab hac re: idem eſt ꝙ perquã alienus ſum ab hac re: hoc ſemper poſtulat huiuſmodi ablatiuum; illud uero nunquã ſed accuſatiuum.

Manc. Tit. liii.

¶ Abhorreo non ſolum ablatiuo iungitur: ſed etiã accuſatiuo. Catullus enim ait: Sæuaq; abhorrebas priſci præcepta parentis. Porphyrio itẽ ode tertia ibi uidelicet: Quem mortis timuit gradum ait: Quam mortem inquit abhorrere poteſt: qui monſtra maris & aſperrima ſaxa ſine lachrimis uidere potuit. Apuleius lib. x. Met. Nam & quid potiſſimũ abhorreſet aſinus excogitantes ſcrupuloſe &c.

Lau. lib. vi. c. i.

¶ Alumnus enim ſignificat (ut Nonius Marcellus inquit) & qui ab aliquo altus eſt, & qui aliquem aluit: cui in prima ſignificatione ſuffragor: in ſecunda refragor &c.

Manc. Tit. liiii.

¶ Alumnus quidem (ut Nonius Marcellus ait) ſignificat. Silius nãq; libro ix. ſcribit Palladem ita loqui loquentem: Non Teucros delere aderam: ſed numen alumnæ Hannibalem Libyæ pelli florentibus annis Vita atq; extingui primordia tanta negabam. Et plinius lib. iii. de Italia loquens ait. Terra omnium terrarum alumna eadem & parens numine Deum electa. In Calce quoque totius operis inter multas Italiæ laudes inquit, Italia rectrix parenſq; mundi alia. Strabo etiam lib. v. de Sabinia loquens: ita latine dicit. Vt autem ſummatim dicam Italia cuncta pecorum & frugum præſtantiſſima, nutrix eſt: hæc addidi ut illud: Terra omnium terrarum alumna: nutrix ſine controuerſia intelligatur. Virgi. item in Cyri ſic: Magna queror: nec ut illa quidem communis alumna Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.

Lau li. vi. c. xv.

¶ Nuncius (inquit Seruius) eſt qui nunciat: quod autem nunciatur, licet neutro dicatur: tamen inuenietur & maſculino: miror cur ita dixerit. Ego quidem nuſꝗ̃ hoc nuncium legi: ac ne ipſe quidem: ut opinor. Cum Feſtus Pompeius uetuſtior eo auctor ita ſcribat. Nuncius & res ipſa & nuncius dicitur.

Manc. Tit. lv.

¶ Seruium non erraſſe antiquorum teſtimonia probant. Lucretius enim ait: Et ad callidum decurrũt nuncia ſenſum. Catullus de Berecynthia & Aty. Geminas deorum ad aures Noua nuncia referens. Tibullus li. iiii. in epiſtola: Dii meliora ferant: Diui uera monent uenturæ nuncia ſortis: Vera monent Thuſcis exta probata uiris.

Lau. li. vi. c. xli.

¶ Neq; uero ſicut reperitur fundus & fundum: ita reperitur punctus & punctum. Errantq; philoſophi cum punctus & linea dicunt &c.

Manc. Tit. lvi.

¶ Pũctus g. m. apud Plinium legitur. Is enim lib ii. c. lxx. ita ſcribit: Hæc tot portiones terræ: immo uero (ut plures tradidere) mundi punctus: neq; enim eſt aliud terra uniuerſa. Hæc eſt materia gloriæ noſtræ: hæc ſedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus &c.

Lau. li. vi. c. lx.

¶ Corrũpere eſt iſtud Vlpiane atq; Põponi linguam latinã, non adiuuare. Quis unꝗ̃ dixit. Quot diebus, & nõ potius, quotidie. Quis etiam: Quot mẽſibus & nõ ſingulis mẽſibus?

Manc. Tit. lvii.

¶ Sicuti Quotannis dicitur pro ſingulis annis: ita & quot diebus, & quot menſibus pro ſingulis diebus, menſibuſue dici poteſt. Vnde Cato in re ruſtica capite xliii ſic ait: Si uoles uineas cito creſcat, & olea quam ſeueris: ſemel in menſe farrito ſulcos, & circum capita oleagina quot menſibus (donec trimæ erunt) fodere oportet: eodem modo cæteras arbores procurato. Et Plautus in Stico inquit: Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum: qui minus meminiſtis, quod opus ſit facto facere in ædibus? Varro præterea de lingua latina ubi de uia Sacra loquit ſic ait: Qua Sacra quot quot menſibus feruntur in arcem.

HAec Hactenus Nicolae Rubee doctorum antiſtes mihi notanda (cum ſim nãq; Laurentii opus perlegimus) occurrerunt: Siquæ alia forte occurrẽt iis adiiciemus. Poterunt quoq; alii linguæ latinæ ſtudioſiſſimi plura forſitan deprehendere. Tu uero hæc qualiacũq; nobis primum animaduerſa hilari fronte ſuſcipies. Viue & Vale. Mereque ut facis, ama. Datũ Venetiis pridie Cal. Feb. M.cccc.xcii.

Finis Limæ Antonii Mancinelli in Laurentium Vallenſem.

¶ In Antonium Raudenſem Laurētii Vallēſis opu/
ſculum aureum: quo & errores caſtigantur: & litteræ
bonæ docentur: ad Ioannem Lucinam Alphonſi re/
gis ſecretarium.

INTELLEXI Ioannes cū alias
nōnunq̄ tum uero in p̄ſentiarū ac/
cidere ſolere, ut quædam agamus
inopinati: ut quæ uoluimus, nolui
mus: quæq; rata habuimus (ut in/
quit Terē.) irrita, ut quæ facta ſunt
infecta cupiamus. Cū enim caſum
exiſtimaſſem ita fere poſſe: ut in
amicum, in familiarem, in eum,
quem libris ornaſſem, ſcribere, aut cogerer: aut debe/
rem: aut uellem. Etenim (ut alia neceſſitudinis ſigna
prætercam) inter me, & Antonium Raudenſem qd
magis oſtendi potuit: q̄ q̄ in libris de uero bono par/
tes ei (ut ſic dicam) cenſories tribui: defenſionēq; reli/
gionis: ut nō plus in libris de rep. tribuerit, aut Scipio/
ni Cicero, aut Socrati Plato. eum nunc q̄buſdam in
locis operis ſui cogor refellere, & carpeē, quē laudaui.
poſtea dicam cur debeā, uelimq;. Teſtor mi Ioannes
mutuam nr̄i charitatē, & ipſius amicitiæ ſanctiſſimū
numē, me tibi rem geſtam enarrare candidam: atq;
ſimplr̄ nullo admixto mēdacio: quod cū per ſe obſcę
num eſt: tum uero quoties nō ſui defendendi, ſed al/
terius accuſandi, calūniandiq; gr̄a adhibeť. Cum eſſe
mus nuper Baroli: Raudenſianus codex Mediolano
miſſus regi dono datus eſt: quē Ioānes Olzina, quaſi
alter hoc ſæculo Mecœnas, cum tranſcribendum cu/
raret: mecum egit (eram enim tūc eius cōtubernalis)
ut ſi qua in parte diſſentirem ab illo: operi ſubnotarē.
Cui ego ſi qd diſſentirē: id me in opere de elegantia
tradidiſſe reſpōdi: p̄terea nolle cōmittere, ut dū ami/
co morem gerā, amicum alterū lædā. tum ille, nō ua/
cat mihi inqt: nec per tot occupationes licet multam
euoluere: & tu ūcū iſto opere cōferre. Ad hoc multa
hic ſunt, quæ in illis fortaſſe ut minuta tu qdem, ſed
tn̄ multis utilia omiſiſti: p̄ſertim Ioanni meo filio uni
co: cui hāc rem nō minus, q̄ mihi p̄ſpicio: adoleſcen/
ti, ut ex epiſtolis ſuis iudicaꝛ potuiſti, ſtudioſo, acuto,
dignoq;, q in imitandis libris minime fallatur. Nam
quod de amicitia lædenda uideris uereri: neq; has an
notationes alius p̄ter filium leget: & ſi qn̄ forte qs le/
get: has tuas eſſe p̄fecto nō diuinabit: utpote nullius
noīe ſcriptas. Hæc ille cū diceret: magis hoīs me mo/
uebat auctoritas, q̄ ratio: magiſq; iuberi uidebar, q̄ ro
gari. Trāſcripſi itaq; opus paucolis admodum diebus,
annotās pene inuitus ſi quid forte reperiebam. Cum
autem ad uocabulum oīs perueniſſem: meq; illic, etſi
non noīatim, tn̄ aperte rep̄hendi aīaduertiſſem: non
exiguam ſane bilem, uel criminis, uel accuſatoris indi
gnitate contraxi: intellexiq; famæ meæ, q̄ a falſis ami
cis in diſcrimen adduceretꝛ: a eſſe ſuccurendū. Neq; id
ob hunc tantūmodo locū, ſed ob uniuerſum de lati/
nitate, & elegantia opus, quod ab iſto damnatum, &
ideo ſuum poſt noſtrū finxiſſe cōpoſitum; aliq nō ad/
modū prudētes fortaſſis opinarentꝛ. Quo factum eſt:
ut non tn̄ neceſſario, ſed et iuſte ad hanc rem libēter
deſcenderem: nollēq; ea re illum a me unq̄ fuiſſe lau
datum. Huc acceſſerunt tertio loco literæ tuæ: quæ
nō modo ut opus uni conderem, ſed ut oībus etiam
ederem induxerunt: quodā p̄fecto miraculo. ſiquidē
ſcribendi mihi Raudenſianas annotationes illæ ſunt
redditæ cum deguſtatiōe quadam operis ipſius: cūq;
hoc mō (ut ſic dicam) elogio. uideť nāq; copia mul/
ta abūdare: ſed non radicem attingere. Confer tēpo/
ta, q̄bus tuæ literæ ad me datæ: q̄buſq; rex Baroli, ſeu
Foggię erat. i. qn̄ codex ille regi donatus eſt: & una
reperies atq; eadē fuiſſe: ne dubitare deberē id aggre/
di: quod tot cauſis aggrediendum eſſe diuina uolun/
tas (ut interpretor) demonſtraret. Nam prima q̄dem
cauſa uehemens ac neceſſaria erat: ſequens uero ho/
neſtiſſima: tertia autē perpēſiſſima, & quaſi celeſti nu
tu cōmendata. Etenim cum tuo amori nihil dene ga/
re poſſum: tum literarū ipſarū, quas tam lōginquo ter/
rarū tractu miſiſti: ut dixi, miraculum, ita obſtupefecit
pectus meum, atq; penetrauit: ut non modo facerem
quod poſtulabas: uerūetiam ipſum tibi potiſſimum
opus inſcriberem. Facio tn̄ fortaſſis imprudenter: qui
antea librum inſcribo, q̄ ſciētia, an editione, &, quod
pluris facio, an te tā docto & exculto uiro ſit dignus.
Sed ueritus ſum ne quod elegantiis accidit: id huic li
bro accideret: cum enim illas ad nullum ſcribo: ſed ad
te, atq; ad Ioannem Auriſpam cognoſcendos mitto:
te abſente Auriſpa publicauit: ut iam poſt īfinita exē/
pla uix auſim eas ad aliquem ſcribere. ſed quia m &
ſuades, & hortaris: faciam, propeq; diem, qa inemen
datæ ſunt (ut ais) ad te emendatiſſimas mittam: q̄ nō
ſines, ut alter fecit, ab indoctis librariis corrūpi: quod
Quintilia. intelligēs miſſo ad Tryfonem opere inqt.
Multum aūt in tua quoq; fide ac diligētia poſitū eſt:
ut in manus hoīum q̄ emēdatiſſimi ueniant. hoc cur
tam ſapiēs auctor dixiſſet: qui tn̄ in aliena fide ac di/
ligētia reponeret: nō antea q̄ meo doctus experimen
to didici. Tu tn̄ non minus in me & fidelis, & diligens
eris: q̄ Triſo in illū fuit: & interim uolui hoc opus an/
teuertere: ut literis tuis nō tam reſponderem, q̄ pare/
rem: Hoc tn̄ teſtificatum a me uolens, quo uiris bonis
ſatiſfaciā: qui amicitiā ſancte, iuiolateq; uſq; ad extre
mū ſeruandā putāt: inter me, ac Raudenſem paruā ſa
ne familiaritatē interceſſiſſe: paucisq; diebus cōſuetu/
dinē fuiſſe: nec eā unq̄ epiſtolis nos mutuis cōfirmaſ/
ſe: ut ipſe ex iniuria mei magis īgratus, q̄ uiolator ami
citiæ eſſe uideaꝛ: & ego me defendens magis benefi
cii mei perdidiſſe rationem, q̄ amico laceſſenti nō pe
perciſſe: & laudem, quā illi tunc tribui liberalius (ut
fieri ſolet) benignuſq; conceſſiſſe: q̄ nunc in eo notan
